HORTUS

CLIFFORTIANUS.

VERKLAARING

VAN DE

TYTELPRENT.

Dus bloeit de HARTEKAMP daar *Pyton* legt gevelt,
En kruiden, boom, noch menſch met zynen damp meer kwelt:
Dank zy het *Licht* der ZONN', 't welk nevens dat der MAANE
De moeder de AARDE ontdekt, opdat ze een doortogt baane
En, door haar *Sleutelen*, zich voor 't gewas ontſluit';
Dies ſtort zy eenen *Hoorn* van zeldzaamheden uit:
Haar ciert een *Veſtingkroon* waar meê zy zit te praalen
Op 't Vorſtlyk *Dierenpaar:* Zy laat zich niet bepaalen
Aan 't geen natuur in elx ſaizoen of luchtſtreek teelt;
Maar word door ARBEID en door KUNST geprangt, geſtreelt
Tot *Water*, *Vuur* en *Glas*, de broejing en het luchten
De groei bevorderen aan planten en aan vruchten.
Dus kan EUROPE hier den *Ommekring* van 't JAAR
Braveeren met *Feeſtoen* gevlochten by malkaêr
Uit de alleredelſte *Gewaſſen*, *Vrugten*, *Bloemen*
Daar AZIE, AFRYKE en AMERIKA op roemen.
Dit tuigt inzonderheid de *Piſang*, welke Plant
Het eerſt op deze Plaats gewyd aan Nederland,
Hier, nevens duizenden, Heer Cliffords yver loonen
En, door Linnæus Pen, zich aan de waereld toonen.

J. WANDELAAR.

J. Wandelaar inv. et fecit 1738.

HORTUS CLIFFORTIANUS

Plantas exhibens

QUAS

In Hortis tam VIVIS quam SICCIS,
HARTECAMPI in Hollandia,

COLUIT

VIR NOBILISSIMUS & GENEROSISSIMUS

GEORGIUS CLIFFORD

JURIS UTRIUSQUE DOCTOR,

Reductis Varietatibus ad Species,

Speciebus ad Genera,

Generibus ad Classes,

Adjectis Locis Plantarum natalibus
Differentiisque Specierum.

Cum *TABULIS ÆNEIS.*

AUCTORE

CAROLO LINNÆO,

Med. Doct. & Ac. Imp. N. C. Soc.



AMSTELÆDAMI. 1737.

VIRO NOBILISSIMO & GENEROSISSIMO

GEORGIO CLIFFORD,

JURIS UTRIUSQUE DOCTORI

S.

CAROLUS LINNÆUS.

CReato tam mirifice Orbe, opere tam imperſcrutabili, immenſo & ſtupendo, tecta fuit Terra undique Plantis, machinis iſtis ſummi artificii, quarum mechaniſmus tantum ſuperat noſtrum captum, ut omnis artificum ars, nec earum punctum rimari vel imitari queat; præparato ſic Orbe, hiſce tecto deliciis & Animalium greges hunc perreptare, perveſtigare, pernatare, perrepere, pervolitare, percurrere, ex plantis, cibis & ferculis tam artificioſis, pretioſis & nobilibus ali voluit & nutriri Naturæ Author. Comedebat Cochlea folia, Apis mel, Sparus Algam, Anguis baccas, Paſſer grana, Capra frondes, Bos gramina, nec reſpiciebat unum ex hiſce animantibus plantam, unde nutrimentum habuerat, nec mechaniſmum plantæ, nec Authorem tantæ artis ſcrutando proſequebatur. Placuit itaque Entium Enti dare ultimum, perfectiſſimum, in terra noſtra ſummum magiſterium, animal producere, eique e meliori luto præcordia fingere, quod ſolum & unicum ex artificio Artificem agnoſceret, æſtimaret, veneraretur. O ſtupenda hominum indoles! O ſtupenda dos ſoli homini conceſſa! in animali tam debili, tam caduco latet afflatus quidam divinus, quo audet de ſe ipſo, de circumſtantibus, de orbe integro, de ſiderum motu, de univerſo,

de

de Diis judicare! Vos reliqua animalia, Bruta, Beſtiæ, Pecora, Vos tangitis, ſapitis, olfacitis, auditis, videtis, neſcientes quid veſtros ferit ſenſus. Beſtia videt terram obductam viridi umbra & maculata, nec unicam Tapezii hujus lineam examinavit. Sus pingueſcit glandibus, nec arborem adſpicit, unde ceciderit fructus. O ſtupida animalia!

Creatum tam mirifice Hominem, ſenſibus & judicio inſtructum, quo ratiocinaretur de adſtantibus, collocavit Creator in mirifico orbe, ubi nihil in ſenſus incurrebat præter naturalia, præſertim plantarum miræ machinæ, an ob aliam cauſam, quam ut ex opere pulcherrimo ductus Magiſtrum admiraretur? veneraretur? Aurea certe ſic prima ſata fuit ætas inter flores in beatiſſimo Paradiſæo Horto, ubi corpus, oculos & animum innocentiſſimi primævi paſcerent. Hæc prima & naturalis lex.

Auream excepit durior ætas, in qua receſſit humana voluptas a natura ad artem & ab innocentia ad Imperium infelici metamorphoſi transiit; in qua debuit labore, ſudore, aſtutia, prævidentia vitam inſtituere novam, planeque alienam; in qua fratres ſubjicere, in ſubjectos imperare, ſubjectis horridum apparere voluit debile humanum corpus, ſuperbiſſima iſta bulla aquea. Certatur de globo terraqueo, quivis hunc conceſſum licet & ſufficientem omnibus ſolus tenere, regere & imperare ſatagit: Phaëtontes Solis currum ducere cupiunt miſeri! ſerit alter, alter exſerit; alter laborioſus colligit, alter conſumit piger. Sic alia mortales hodie quam primitus occupat & tenet cura; Luxuries hominum ſanitati præeſt. Anima & ratio noſtra per totos dies occupatur in abſtractis, cœlique menſurantur, ſidera, æternitates. Vident oculi futura poſt ſecula; ante ſecula præterita. O quam longe reſpicitis aquilino pollentes viſu, cæci magis quam talpæ in domo propria! O quam multi quamque infiniti hodie exiſtunt, immo qui ſapientiores & doctiores videri volunt, qui omnem exhauſiſſe ſcientiam ſeſe jactant, qui tamen animalium inſtar numquam reſpexere cibum unde nutriuntur & pingueſcunt! O Docti homines!

Homines hodie variæ tenent deliciæ; alii poculis generoſis & cibis opiparis; alii palatiorum ſplendore & veſtimentorum fulgentibus cruſtis; alii picturis & dedalæis operibus, armis antiquis & obſoletis alii, chinenſibus teſtis & cochlearum mille modis variegatis cucullis vero alii mentem fallunt, falſaque occupant pulchritudinis imagine, dum brevis avolat hora; trahit ſua quemque voluptas. Nullam tamen Ego innocentiorem judicarem eâ qua potitus eſt creatus primus homo, eâ quæ amiciſſimam mortalibus vitam ſuſtentat. Sit hinc in plantis mea voluptas!

Vita noſtra nobis omnibus gratiſſima eſt, proin & quæ vitam conſervat Diſciplina omnium artium homini maxime neceſſaria, hodie præſertim quo perverſa methodo vivitur, quo omni fere hora vis corpori & naturæ infertur. Medicinæ duplex fundamentum eſt: intima notitia corporis ſani & ægroti alterum, alterum vero remediorum & medicaminum. Conſumunt ſæpe in ſola dignotione corporis humani juvenes medici ſuos annos, vix calcantes Medicamentorum theatrum; evadunt docti theoretici, infelices practici; at qui utrumque ſibi perſpectum habuere fundamentum Medici fecere miracula; quam enim neceſſaria eſt Medico intima cognitio corporis ægroti, tam etiam ipſi intima cognitio Medicamenti; ſi vel omnium morborum cauſſas quam evidentiſſime perſpicerem, nullam harum tollerem absque æque notis remediis. Nulla pars medicinæ, obſtupeſco dum dico veriſſimum, minus eſt exculta quam medicamentorum cognitio; nullibi plures errores, pluresque defectus quam in hac ſola! cauſſa alia nulla quam neglectus ſimplicium, neglectus botanices; ars non habuit oſorem niſi ignorantem. Primus gradus ſapientiæ eſt res noſſe: medicamenta primaria ex Regno Vegetabili petuntur, proin Botanices cognitio primaria, maxime neceſſaria & maxime naturalis eſt. Nulla datur vera cognitio virtutum plantarum, niſi Botanicæ juncta; concedat hoc ambabus

Me-

DEDICATIO.

Medicus omnis experientia & Botanices cognitione inſtructus, concedat hoc qui claſſes noverit naturales, affinitates & familias plantarum.

Nulla ſcientia amplior Botanicâ eſt, nullibi plura & copioſiora objecta, nullibi magis diſtributa magisque variantia quam in Regno Vegetabili; nemo plures obſervationes ſequi debet quam Botanicus, cui centies millia obſervationum pauca ſunt; Rem tamen hanc difficillimam omnium facillimam in plantis tritiſſimis reddidit ſerior ætas humanaque ſumma induſtria, ut Medicus jam brevi addiſcat, quæ antea ne per totam ſuam vitam.

Difficillimam dixi Botanicen, ad exotica quæ ſpectat præcipue, immo & pretioſiſſimam, cum non omnis ferat omnia tellus, cum innumeræ iſtæ plantarum familiæ per totum diſtributæ ſint orbem. Ultimos excurrere ad Indos; novum orbem intrare; caput ferire ultimæ terræ; inocciduum adſpicere ſolem non unius Botanici eſt vitæ, nec crumenæ, viresque inter-cepta cadent. Botanico neceſſaria ſunt Commercia per totum orbem; Bibliotheca fere omnium Librorum, de plantis editorum, Horti, Hybernacula, Hypocauſta, Hortulani; immo aſſidua cura, aſſiduus labor, indefeſſa diligentia; iis non omnium ſufficiunt domeſticæ res & quibus melior conceſſa erat fortuna, ex his perpauci in plantas ſuas quæſivere delicias.

Æterna in Botanicis memoria MAGNATUM eſt, arti noſtræ auxiliatrices qui addidere manus, Scientiæ Botanices amatores, æſtimatores, cultores, promotores qui fuere; Qui ſtudium maxime naturale, maxime neceſſarium, maxime difficile in deliciis habuere, etiam omnium maxime apud poſteros memoriam obtinebunt. Magni itaque nominis & immortalis nobis memoriæ ſunt omnes, qui maximos ſumtus, ſummam curam, aſſiduumque laborem impenderunt, ut plantas undique colligerent, collectas colerent, cultas deſcriberent, deſcriptas per orbem Botanicum diſtribuerent, adeoque publico unice inſervirent. Proin &

Princeps GASTO BORBONIUS, qui tanto delectabatur amore, ut apud *Blæſas* plantas raras undique immenſis ſumptibus coleret, easque *R. Moriſoni* manu deſcriptas orbi traderet in horto Blæſenſi, immortalem nominis gloriam acquiſivit.

Princeps *Badendurlacenſis*, Illuſtriſſimus CAROLUS, quantum ex ipſis plantis oblectamentum ceperit, quanti Botanicen fecerit, delebitur nunquam, dum exſtet Horti Principalis *Carolsruhæ* culti catalogus *Echrodtii* manu conſcriptus.

Princeps Catholicæ DEL BOSCO liberalitate ſumma rariores & elegantes plantas in ea Siciliæ parte, quæ ipſi paruit, dum deſcribi curavit in *Horto Catholico* per Fr. *Cupanium*, ſibi diuturniorem apud Botanicos, quam proprios ſubditos memoriam procuravit.

Senator Regni Sueciæ JACOBUS DE LA GARDIE ex Horto quem juxta Holmiam exſtruxit, publicato per *O. Rudbeckium*, perpetuo florentem memoriam etiam apud Botanicos habuit.

Gubernator Indiæ Orientalis HENRICUS V. RHEEDE V. DRAKENSTEIN dum plantas *Malabarici* Regni delineare, depingere & accurata *J. Caſearii* manu deſcribere voluit, in opere cujus par non exſtitit, & memoriam æternam ſibi comparavit.

Senator GEORGIUS EVERHARDUS RUMPFIUS, Curioſorum *Plinius ſecundus*, dum Amboinæ plantas ſtupenda induſtria delineavit earumque uſus memoriæ prodidit, in opere omnium exſpectationum majore, immortalitatem nominis adeptus eſt, poſtquam prodiit, quod diu, infauſte, latuit *Herbarium Amboinicum.*

Conſul GUILIELMUS SHERARDUS, agnomine apud Botanicos MAGNUS,

GNUS, dum ſuam vitam, ſe ipſum & omnia ſua Rei Herbariæ conſecravit, immortalem apud Botanicos obtinuit gloriam, quæ perennabit virens & florens dum virent & florent plantæ, dato præſertim a *J. J. Dillenio* Phytopinace Sherardiano, uti quoque quondam *Hortus Elthamenſis* Sherardi Magni & Johannis, Fratrum, Dillenio authore, ſine pari prodiit.

Senator Venetus JOHANNES FRANCISCUS MAUROCENUS ex Horto quem Paduæ exſtruxit & *A. Titæ* opera expoſuit, perennat.

Senator Lipſienſis CASPARUS BOSE Hortum Boſianum tot tantisque plantis ornavit, ut parem vix viderit unquam Germania; dum autem eum publicæ luci expoſuit per *P. Ammannum*, *Peinium*, *Wehmannum*, publicum adplauſum reportavit.

Secretarius Statuum Hollandiæ SIMON BEAUMONTIUS, dum in hortum ſuum Hagæ comitum conſitum ex utraque India tot tamque raras plantas accerſere, easque ope *Fr. Kiggelarii* deſcriptas tradere voluit & futura æva in ſui nominis laudabilem memoriam obſtrinxit.

Cardinalis ODOARDUS FARNESIUS ex horto quem ſplendidum & rarum exſtruxerat Romæ, ex iis dico raris plantis, quas publicabat per *Aldinum*, ſplendidam obtinuit memoriam.

Epiſcopus CONRADUS GEMMINGEN dum *Hortum* quem inſtructum rariſſimis (ſuo ævo) plantis *Eyſtetti* in Franconia cultum, ſumptibus immenſis per *B. Beſlerum* cum publico communicabat, ſtatuam in Botanicis, ære omni perenniorem, quam nullum tempus conſumeret, nullæ rerum viciſſitudines mutarent, promeritus eſt.

Non recenſeo plures minoris momenti Hortos, ſua tamen laude digniſſimos omnes, uti Hortum W. W. ADHUN comitis Limburgenſis, quem *Falkenſtein* exſtruxit & publici juris fecit. Taceo Conſulem Hamburgenſem v. BOSSELEN ejusque Hortum in pago *Horn*, expoſitum per *Swerinum*. Reticeo LASTROPPIANORUM Fratrum amorem in raras plantas, quem teſtatur Hortus eorum Eimbsbytteli prope Hamburgum, publicatum per Langium. Taceo HIERONYMI BEVERNINGKII Hortum Warmondæ, quem tantis elogiis condecoravit *J. Breynius* in prodromo primo. Superſedeo enumerare plures, uti TRADESCANTII, CAMERARII, OLEARII, GILLENII, SCHELHAMERI, WALTHERI, MOEHRINGII, &c. hortos, qui publica teſtimonia ſui amoris in plantas dedere, ſuaque nomina apud poſteros commendarunt.

Hi omnes perenni fronde, omni ſeculo florebunt, dum quotannis pereunt Magnatum aliorum Heſperides, Tantali, Semiramides. Hi Horti perennant marmore duriores dum oblivioni mandantur Eugeniorum, Barberinorum, Ludoviſianorum, Burgheſianorum, Comptonianorum, Fagelianorum, Perescianorum, licet non alter præſtantior altero fuit, ſed poſt fata excellentior; tantum eſt publico quid dare; tantum publico quid invidere.

Juſſu parens in Tuas laudes, VIR GENEROSE, non ivi, Dedicationis paginas conſumſi in oſtendendo ſuavitatem, uſum & neceſſitatem Botanices, inque recolendo aliorum nomina, artis Botanices Promotores qui fecere, de Te nil addam, cum loquatur res præſens ipſa.

Perennat interim in Botanicis gloria Bonorum Virorum, eorum inquam qui auxiliatrices arti noſtræ admovere manus; hi famâ Principes & Heroes ſuperabunt. Florent eorum Horti in Muſeis eruditorum dum Regna & respublicæ pereunt vel perſtant; florent dum pereunt ipſi horti virides & ſucculenti; florent poſtquam in loco ubi conſiti fuere nil amplius ſuperſit & poſtquam omnia in triſtem converſa ſint Trojæ ſpeciem. In Hortis floret ſemper Horti inſtaurator, poſſeſſor, Patronus. *Ne autem longa oratione Tibi*, Vir Generoſe, *moleſtus ſim*, *pauca quæ ſuperſunt dicam.*

Ja-

DEDICATIO.

Jacta diu debilis mea navicula per boreales oras, ſecundo tandem vento appulit ad Hollandiæ portum, ad deſideratiſſimam diu terram, terram dico iſtam, quæ produxit ſola plures Amatores, Cultores, Æſtimatores & Promotores Botanices, quam regio alia unquam ulla. Quærebam hic Hermannos, Beaumontios, Bewerningkios, Fagelios, Kiggelarios, Rumpfios, Rheedeos, Commelinos, Ruyſchios, diſceſſere omnes, nullus ſupererat eorum, qui fama ſuper æthera noti; ſolum reperi Venerabilem Senem, incomparabilem Medicum, Magnum BEORHAAVIUM, ſumma corporis & animi integritate vegetum, curis dum laſſum, ſemel in hebdomade relaxantem animum in incomparabili ſuo arboreto, ex toto orbe collecto, obſtupui hunc ejus intrans Paradiſum, Belgii hoc miraculum, cui ſimile excogitavit mortalium nemo. Quæſivi & in Belgio, fruſtra licet, Hortos quondam florentiſſimos Fagelianos, Bewerningkianos, Beaumontianos, qui non amplius in terra erant; priſtino tantem virore & flore fulgebant publici per Belgium Horti Lugdunenſis, Amſtelædamenſis & Ultrajectinus.

Fama de Tuo Horto, *illuſtis* CLIFFORTI, paſſim volitabat, ſed juſto parcior, & ego perſuaſus Hortum Tuum Tantalum modo eſſe vei Heſperidem, qualibus tota fere tegitur cultiſſima Belgarum terra, eum proin ut inviſerem vix operæ pretium judicavi; ſed ſpem omnem rei præſtantia ſuperabat. Meminiſtine diei, quo per Hortum Amſtelodamenſem exſpatiantem peregrinum quærebas Floræ cultorem, præſentem invitabas in Hortum Tuum, tuos ut inviſeret Floras: Ut vidi obſtupui. Præcordia intima ſenſi

Attonitus novis intumuiſſe modis.

vidi hortum Tuam in ipſo meditullio florentiſſimæ Hollandiæ, Harlemum inter & Lugdunum, loco amœniſſimo, viam inter utramque publicam, qua naves, qua currus feruntur; Capti fuere mei oculi tot naturæ, arte adjutæ, magiſteriis, ambulacris, topiis, ſtatuis, aquariis, artificioſisque montibus ac Labyrintis. Me allexere Tua VIVARIA *Tigridibus*, *Simiis*, *Canibus feris*, *Cervis & Capris indicis*, *Tajacis*, *Suibus africanis* referta; hosque interſtrepentes Avium Greges: uti *Falcones Americani*, *Pſittaci varii*, *Phaſiani*, *Pavones*. *Meleagrides variæ*, *Tetraones americani*, *Gallinæ indicæ*, *Cygni*, *Fulicæ*, *Lari*, *Mergi*, *Glauciæ*, *Boſchæ*, *Penelopæ*, *Fuligulæ*, *Clangulæ*, *Querquendulæ*. *Anates* aliæ *indicæ variæ*, *Tringæ*, *Loxiæ americanæ*, *Fringillæ*, *Cardueles*, *Emberizæ*, *Spini*, *Turtures*, *Columbæ variæ*, innumeræque aliæ Aves Tuum Hortum ſonorum reddentes.

Obſtupui dum ADONIDES Tuas intrabam domus, tot tamque infinitis repletas arbuſtis ut faſcinarent Boreæ alumnum, neſcius in quem peregrinum orbem me duxiſſes. In prima domo EUROPÆ auſtralis greges aluiſti, plantasque Hiſpaniæ, G. Narbonenſis, Italiæ, Siciliæ & inſularum Græciæ. In ſecunda ASIÆ theſauros uti *Morinas*, *Kæmpferas*, *Camphoriferas*, *Poincianas*, *Adenantheras*, *Coſtos*, *Garcinias*, *Phœnices*, *Coccos*, *Coryphas*, *Nyctanthes* &c. In tertia AFRICÆ ſingulares ſtructura plantas, ne dicam natuta monſtroſas; uti *Meſembryanthemi* & *Aloës* ampliſſimas familias, *Stapelias*, *Craſſulas*, *Euphorbias*, *Proteas*, *Maurocenas*, *Hallerias*, *Cliffortias*, *Grewias*, *Hermannias*, *Royenas*, *Clutias*, &c. In quarto vero gratæ AMERICES incolæ & quidquid ferat novus orbis, uti *Cacti* vaſta agmina, *Pereskias*, *Epidendra*, *Paſſifloras*, *Hernandias*, *Dioſcoreas*, *Magnolias*, *Liriodendra*, *Benzoiniferas*, *Saſſafras*, *Brunsfelſias*, *Creſcentias*, *Ammannias*, *Marantas*, *Martynias*, *Millerias*, *Parkinſonias*, *Pavias*, *Paullinias*, *Plumerias*, *Browallias*, *Randias*, *Turneras*, *Rivinas*, *Tournefortias*, *Triumpfettas*, *Heliocarpos*, *Huras*, *Æſchynomenes*, *Caſſias*, *Acacias*, *Tamarindos*, *Pipera*, *Hæmatoxyla*, *Guanabanos*, *Anacardia*, *Annonas*, *Hymenæas*, *Mancinellas*, *Monbin*, *Ahovajas*, *Naſſas*, *Papajas*, *Manihot*, &c. Has interludentes ſpectatiſſimas Toto orbi *Muſas*, Plucherrimasque *Her-*

nan-

nandias, argenteas *Proteas*, pretioſas *Camphoras*. In domo Tua plane regia, in Muſeo Tuo inſtructiſſimo cum Horti Tui ſicci aperiebantur, nec in his minor collectio Poſſeſſoris ſui laudes extulere, meque peregrinum allexere, qui parem antea viderit Hortum nullum. Deſiderabam nil magis, quam ut tantum Hortum publici juris faceres, metuens nil minus, quam quod ego auxiliatrices porrigerem manus.

Hiſce captum deliciis, hiſce Sirenum ſcopulis defixum vela demittere juſſiſti, nec difficile obtinuiſti: conſedebam ſub Tua umbra, ludebam cum Floris Tuis, adplaudebant Tuæ Muſæ, floruere utroque anno, quo ego Horti Tui Hoſpes eram. Transegi in Tuo Paradiſo annos jam jam duos innocentiſſimos, oblitus patriæ, Amicorum, affinium; oblitus futurorum & præteritorum malorum.

Reſtat nunc ut, antequam vela contraham, Tibi, Patrone optime, præterlapſi reddam rationes, Tuaque quæ mihi conceſſiſti reſtituam. Offero itaque Tibi hic Tuum Hortum, Tuas collectiones, Tuas delicias, meos labores, Tuus qui fui, Tibi itaque omnia Tua. In animo habuiſſem modo levem catalogum, ut vulgo receptum, conſcribere, quem & ad umbilicum perduxi, at generoſæ Tuæ in me propenſionis documenta cum indies accrevere, rejeci totum, novisque veſtigiis, redux ex Anglia, inſiſtere cœpi, huncque, quem offero Hortum, per hos tres quadrantes anni, non otioſus certe, Tu ipſe mihi teſtis eſto, compoſui.

Floreat hic Tuus Hortus, reddatque fructus non minus gratos, quam aliorum Magnatum ſuis Patronis & Tibi erit impenſus labor, ſumptus & cura ſoluta! Floreas in Tuo Horto in Neſtoreos annos! Floreas ex Tuo Horto poſt fata, per ſecula! Vivas, qui ſupervixeris UNICUS BOTANIORUM MÆCENAS!

Dabam ex *Muſæo Cliffortiano* 1737: Jul. 30.

LECTORI BOTANICO.

HOrtus, quem deſcribo, totus ex liberalitate Illuſtris Poſſeſſoris, Nobiliſſimi GEORGII CLIFFORTII, J. U. D. Tibi conceditur, qui a plurimis retro annis plantas ſumma cura undique collegit, collectas coluit, cultas conſervavit, meaque demum opera, ut Te ejus participem faceret, uti voluit.

Hortum habet HARTECAMPI per unicam horam ab Harlemo, tres vero a Leida ſitum, in quo, curis ſeverioribus Amſtelædamenſibus delaſſatus, animum relaxat Egregius Poſſeſſor, ſimulque amœniore Flora animum oblectat.

Excellit Hortus plantis exoticis, licet non omnes uno eodemque tempore aluerit, ſed vario; omnes tamen plantæ ſtudioſe exſiccatæ, Herbario locupletiſſimo inſertæ, cumque aliis ex variis mundi cardinibus miſſis mixtæ aſſervantur in Blibliotheca Cliffortiana. Ego itaque accedens plantas omnes enumeravi, cum miſſas quondam a cultis diſtinguere non licuit, ne vero L: B: minimum imponatur plantas omnes, quas aluit Hortus per iſtos annos, quibus Horti Hoſpes eram, diſtinctas recenſui in *Viridario Cliffortiano.*

Quid itaque in hoc opere præſtare adgreſſus ſum, paucis exponam.

1. SPECIES *ad ſua Genera amandavi*, idque ſecundum (g: pl:) *Genera plantarum* a me prius edita; pauca vero genera nova absque adjectis numeris adpoſuimus, quæ nuper in *Corollario* dedimus.

2. SYNONYMA *Speciebus addidi* ex methodo apud Botanicos recepta, ubi in Europæis ſemper adduxi *C. Bauhini* Pinacem, *J. Bauhini* Hiſtoriam plantarum, unum dein alterumve Ichniographum uti *Dodonæum*, *Lobelium & Dalechampium*; In Exoticis vero *Sloaneum*, *Plukenetium*, *Rheede*, *Burmannum*, *Marcgravium* & *Hernandum.* Dein magis ſollicite Syſtematicos ſecutus ſum, ut ubique conſtaret omnibus ſingulorum ſyſtematicorum de genere ſententia, hinc *Tournefortium*, *Moriſonum*, *Dillenium*, *Vaillantium*, *Ruppium* allegavi, præſertim ubi a nobis diſſentiunt; inter Hos vero *Hortum Elthamenſem J. J. Dillenii* ob ſpecialem rariorum plantarum Hiſtoriam numeris omnibus abſolutam, & *Moriſoni Hiſtoriam* ſat perfectam. *H. Boerhaavii Indicem alterum Horti Lugduno-Batavi* itidem ubique, qui inter Hortorum Authores abſolute primus eſt, cum nullus ditior plantarum numero vel magis elaboratus prodiit umquam Horti Catalogus.

3. VARIETATES *ad ſpecies proprias reduxi*, ſecundum rationes a nobis datas in *Critica Botanica*; onerata fuit ſat diu & ſuppreſſa Botanice varietatum ſyſtemate, recentiori præſertim ævo, ut pauciſſimis, ſi ullis, conſtaret quid ſpecies, quidve varietas eſſet; numerus itaque ſpecierum heu quantum multiplicatus! Vellem varietatum ſyſtema totum e Botanica excluderetur, Antophilisque in totum concederetur, cum nil niſi dubia, errores, molem, vanitatesque cauſet; Repoſui itaque ſub ſingulis ſpeciebus varietates, auſu licet audaciſſimo, dum a Coætaneis, ne dicam omnibus, varietates privilegio Specierum muniantur; rejecit ante me Cl. Monti in graminibus centum varietates, ego vero facile plura millia. Ne tamen noſtra methodus ullo modo varietatum æſtimatores offenderet, præfixis literis græcis numeravi & indicavi varietates ad marginem.

4. NOMINA SPECIFICA *ubique adpoſui nova*, cum antiqua vix ullibi darentur digna; de veteribus meam ſententiam in parte ſecunda *Critices* dedi, quaque methodo mea conficere tentavi ſimul indicavi. Non eo proceſſi, ut credam ipſe omnia mea tam præſtantia eſſe nomina ſpecifica, quin longe breviora, certiora, aptioraque demum confici queant, debui tamen potius anceps experiri Botanices remedium, quam nullum, ubi unica hæc via ſalutis eſt ſperanda; Roma non uno condebatur die, nec vidit Botanice faſtigium unico anno per unum Virum; ſufficiat ſi poſt centum annos iſtum feriant Botanici gradum, quem in genericis dudum; dependet enim hæc notitia ſpecifica ab innumera collectione ſpecierum, vivarumque plantarum indefeſſa inſpectione, ſimulque acerrimo judicio; quod breve circumſcriptum admiſit tempus, quodque plantarum ſpeciminia conceſſere, in hac parte præſtare interim volui; tempus meliora docebit. Horreat nullus verus Botanices cultor nova nomina plantarum, nec ſe abſurdis ſæpius veterum detineri patiatur Empiricus, nec differentias has, ut libidine quadam confictas cenſeat nomina & multiplicata, gnarus hæc nomina non memoriæ eſſe onera, ſed ſpecierum eſſentiales characteres, quæ ita nomina & plantas conjungunt, ut conſimili notione ſublata nulla certa idæa ſpecierum ſuperſit; adeoque non hæc, ut veterum, memoriæ, ſed judicii opera & ipſis plantis inſcripta.

5. LOCA NATALI ubique ſpeciebus addidi, exceptis tritiſſimis plantis, quæ a ſeculis cultæ genti humanæ inſervierunt, harum enim patriæ oblivioni mandatæ fuere. Locum natalem a *J. Bauhino*, *Moriſono*, *Cluſio*, ſed præſertim RAJO repetii, huncque ultimum tamquam authorem primarium agnoſco, eum proin ubique allegare nec adeo neceſſarium fuit, nec hoc facile ſemper conceſſit ſpatium; ſufficiat itaque hoc heic commemoraſſe. Certe miror Botanicos (præter *Volckamerum* in Horto) antea in conſcribendo hortos, tam raro loca addidiſſe natalia, cum tamen locus totum ſternat fundamentum plantarum culturæ; nam ſi Climatis in ſingula regione ſecundum longitudinem & latitudinem loci; ſi terræ ex regno lapideo, ſique montium mariumque adjacentium habeamus perſpectam hiſtoriam, plura de cultura novimus vera, indubitata & fida, quam ſi Hortulani omnium & ſingularum plantarum, immenſis lucubrationibus vaſtisque voluminibus, nobis relinquerent culturæ leges.

Po-

P R Æ F A T I O.

Potuiſſem longe plura loca natalia addere, ſi tempus & otium omnes Floriſtas & Peregrinatores conſulere permiſſet; cum vero opus hoc qualecumque ante reditum in Sueciam patriam, per tres anni quadrantes abſovere tenebar, his contentus ſubſiſtere debui; ex his tamen colligat facile L. B. plantarum patrias, quomodo eas apte colat Hortulanus, undeque ſibi has comparabit Botanicus.

α AFRICANÆ enim plantæ ſub calido climate natæ, ſat facile hic hyemes ferunt, nec pereunt facile umquam, ſolo ſub tecto per hyemen, absque foco, ſervatæ. In teſtis aſſervatæ difficilius florent, in terra vero libera facile, modo hyemes non ſeveriores ſint vel terra nimis depreſſa & humida, vigent & florent. In Hybernaculo calido, ſi 70 gradidus caloris exponentur, per menſes aliquot immenſe accreſcunt & luxuriant, at ingruente verê pereunt quam certiſſime Harum ſucculentæ omnes, uti Meſembryanthema, Euphorbiæ, Stapeliæ, Craſſulæ, Kleiniæ, nec non Americes Cacti, omnes præſertim per hyemes abſtemiæ ſunt adeo, ut ſi copioſiorem quis ipſis propinet potum, inde pereunt quam certiſſime. Harum afræ calorem hybernaculi ultra gradum 40 nolint, quem 70 non reſpuunt americanæ.

β AMERICANÆ plantæ, quæ ex America meridionali adportantur, ut ex *Surinama*, *Braſilia*, *Peru*, *Jamaica*, *Martinica*, *Bonaria*, *Dominicana*, omnes in calidiſſimo hybernaculo (caloris ſub gradu 70.) vitam annuam transigere non recuſant, terramque prægnantem, corticeque calentem expoſcunt; at ſeptentrionalis Americæ uti *Virginiæ*, *Carolinæ*, *Penſylvaniæ*, &c. calidiſſimum hybernaculum non ferunt, longe melius & äerem apertum & hyemes noſtras ſuſtinent.

γ ASIATICÆ ſingulares ſunt & ad Europæas propius accedunt, præſertim Borealis Aſiæ; at Auſtralioris ſeu Indiæ occidentalis proprie dictæ plantæ uti *Malabariæ*, *Zeylonæ* hyemes noſtras ægre ferunt & hybernaculum calidum potius intrant, lætius vero ſub 50. gradibus caloris vigent.

δ EUROPÆ AUSTRALIS plantæ, uti *G. Nabonenſis*, *Italiæ*, *Hiſpaniæ*, *Siciliæ*, *Græciæ*, imo & *Conſtantinopolitanæ*, ni vehementiores ſint heic hyemes, facile perdurant, vel ſolo ſub tecto per hyemes ſervatæ nobiscum læte cohabitant.

ε ALPINÆ vero plantæ ſolum äerem perflatum & ſiccum vel elevatum expoſcunt, pereunt per hymes ſub äere humido, a frigore ſicciori vero nunquam.

Ultimo digna memoria juſtoque honore debitas perſolvit Hortus noſter grates Botanicis omnibus, qui cum eo plantas commucarunt: uti Ill. H. BOERHAAVIO, qui prima fundamenta, plurimis communcando plantis, jacuit. CL. ROYENO, qui bene multas plantas, præſertim *Europæas* conceſſit. CL. SIEGESBECK de plantis *Ruſſiæ* apud nos bene merito. CL. HALLERO plantas *alpinas* qui miſit. CL. BURMANNO, qui ſemina plantarum *Indiæ orientalis* obtulit. CL. ROELLIO qui Lytophyta & ſemina *Africana* communicavit. CL. GRONOVIO cui plantæ & ſemina *Virginiæ* debentur; D. MILLERO cui Americæ meridinalis plantæ, & ſemina bene multa adſcribuntur.

Si quos tandem ex hoc noſtro, per fere annum impigerrimo labore fructus percipiet L. B. dignas reddet nomini Cliffortiano laudes, qui hos fecit ſumptus, ut ſcientiam, quam amas promoveret, exemplo certe hoc ævo raro.

C. LINNÆUS.

Dabam 1737. Jul. 30.
ex Muſæo Cliffortiano
Hartecampi.

BIBLIOTHECA BOTANICA CLIFFORTIANA.

Classis I.

PATRES

GRÆCI.

ROMANI.

1. THEOPHRASTUS Eresius. per J. Bod. a STAPEL.
   - Historiæ plant. libri decem, græce & latine.
   - - Amstel. 1664. fol. p. 1187. icon. C. plurimis.
   Notis Jo. Bodæi a Stapel, animadv. J. Cæs. Scaligeri, annot. Rob. Constantini.

2. DIOSCORIDES Pedacius, Anabarzæus. per J. A. SARACENUM.
   - Opera (quæ exstant) omnia. græce & latine.
   - Facile parabilia. libri 2.
   - - — 1598. fol. p. 479. & 135. conjunctim.
   Interprete *Jano Antonio Saraceno.*

3. PLINIUS Cajus per Joh. Fr. Gronovium.
   - Historia naturalis. tom. 5
   - - Lugdbat. 1669. 8vo. p. α. 838. β. 917. γ. 853 δ. 818. ε. 427.
   Notis Harmolai, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salmasii, Vossii, Variorum, Gronovii.

Classis II.

COMMENTATORES

THEOPHRASTI.

A STAPEL. vide §. 1.

DIOSCORIDIS.

4. MATTHIOLUS Petrus Andr. Italo-Senensis.
   - Commentaria in 6 libros Dioscoridis.
   - - Lion. 1655. fol. gal. pag. 605. icon. B. minimis.

5. SARACENUS Janus Antonius. Lugdunæus.
   - Scholia in Dioscoridis libr. V. de materia medica.
   - - — 1598. fol. p. 144. *conjunctim cum priore* (2).

***

Clas-

Classis III.

ICHNIOGRAPHI

RUDES.

6. MUNTINGIUS *Abrahamus.* Prof. Bot. Groning.
- Phytographia curiosa.
- - Amstel. 1713. max. t. & f. 245.
Kiggelarius Francisc. nomina figuris adjecit. In fronte Vita Authoris ex Oratione funebri Jo. Mensingæ. Continet liber figuras ex reliquis authoris operibus excerptas, optime incisas, male delineatas.

7. ANONYMI.
- Icones arborum, frutic. & Herbarum, &c.
- - Lugdbat. (apud P. v. AA.) 4to oblongo.
Pro *pueris non Botanicis pictus liber.*

USITATISSIMI.

8. PLUKENETIUS *Leonhardus.*
- Phytographia, tabulis æneis.
- - Lond. 1692. 4to majori. t. 454. fig. plurimis.
Plantas raras & exoticas plures, quam alius ullus exhibuit, ut eo carere nequeat ullus in exoticis plantis. Opus incomparabile.

9. SWERTIUS *Emanuel.* Septimontius Batavus.
- Florilegium. pars prima.
- - Amstel. 1647. fol. maj. t. 67. fig. plurimæ.

10. - Florilegii - pars secunda.
- - Amstel. 1654. fol. maj. t. 43. fig. plurimæ.
Plantas hortenses hodie vulgares depingit, tum vero raras.

11. BERTIUS *Carolus.* rectius *Basilius* BESLERUS.
- Hortus Eystettensis, curis secundis, tripartitus.
- - —— 1640. omnium maxim. vernales. t. 131. æstiv. 183. aut. 49. fig. plur.
Incomparabile opus; gratiam minuit moles. depingit plantas hortenses hodie vulgares. Estque tantum altera editio Besleri *Horti Eystettensis per Bertium.*

Classis IV.

DESCRIPTORES

NEGLECTI.

12. DE VILLE *Johannes Baptista.*
- Historia plantarum Europæarum.
- - Lion. 1706. 8vo gallice. p. 866. figuræ 866. minimæ B.
Tradit nomen, synonyma, qualitates, descriptiones, loca, usus. methodo C. Bauhiniana.

13. CULPEPER *Nicolaus*
- The English. physitian Enlarged.
- - Londini. 1661. 8vo angl. p. 398.

USITATISSIMI.

14. FUCHSIUS *Leonhardus*
- Commentarii de historia stirpium.
- - Lugduni. 1549. 8vo p. 851. fig. sparsæ parvæ. C.

15. CÆSALPINUS *Andreas,* Aretinus.
- Libri XVI. de plantis.
- - Florent. 1633. 4to. p. 621. absque figuris.
Systema integrum absolvit: Classes scilicet, species, locum, veterum patrum de singula planta sententias. Descriptiones breves quidem, sed propriæ & sæpius facillimæ.

16. DODONÆUS *Rembertus.* Mechlinienſis.
- Pemptades VI. stirpium Historiæ.
- - Antv. 1616. fol 879. figuris C sparsis.
Hæc editio optima est & usitatissima, figuris in Europæis plantis usitatissimis & bonis.

17. Herbarius seu Kruydt-boeck.
- Antv. 1646. fol. belgice. p. 1492. figuris C sparsis.

18. Lo-

18. LOBELIUS *Matthias.* Inſulanus.
- - Hiſtoria Sirpium. (obſervationes.)
- - Antv. 1576. fol. p. 671.
Figuræ Europæarum bonæ, deſcriptiones compilatæ ab antiquis minoris uſus.

19. - Adverſaria ſtirpium,
- - Antv. 1676. fol. p. 471. figuris β ſparſis minimis.
Deſcriptiones debiles; de loco magis ſollicitus fuit author.

20. - Herbarius ſeu Kruydt-boeck.
- - Antv. 1581. fol. belgice. pars *a* 994 *a* 312. figuris plurimis.

21. CLUSIUS *Carolus.*
- Hiſtoria rariorum plantarum.
- - Antv. 1601. fol. pars. *a.* p. 364. β. p. 260.
Plantas a ſe viſas ſolum deſcribit & depingit, easque optime. Eo in Europæis vix carere poſſumus, niſi exſcriptus eſſet a poſteris ejus.

22. DALECHAMPIUS *Jacobus*
- Hiſtoria generalis plantarum. (Latina.)
- - Lugduni 1587. fol. pag. 1922. figuris appendix. p. 36.
Figuræ ex aliis mutuatæ, deſcriptiones congeſtæ in molem.

23. - Hiſtoria generalis plantarum. (Gallice.)
- - Lion. 1653. fol. gall. tom. 1. p. 960 tom. 2. p. 758. fig. ſparſis.
Molinæus Joh. ſuum *nomen huic, ut Rovillius Guliel. priori præfixit.*

24. MUNTINGIUS *Abrahamus.*
- Deſcriptio vegetabilium. (Hiſtoria belgica.)
- - Lugdbat. 1696. fol. maj. belg. pag. 929 tab. æneis exoticarum.
Minus neceſſarius liber Botanicis, qui vulgo potius ſcriptus.

25. - Exercitatio de plantis.
- - Leovard. 1684. 4to. p. 656. fig. mixtæ; belgicæ.

SELECTI.

26. BAUHINUS *Johannes.*
- Hiſtoria plantarum univerſalis. (tomi tres.)
- - Ebrodun. 1650. fol. p. 601. & 440.
1651. — p. 1074.
1651. — p. 212. & 882.
} figuris ſparſis.
Neceſſarium opus, cum autor ſolus collegit omnia data a præceſſoribus; Europæas præſertim tradit.

27. MORISON *Robertus.* Scotus.
- Hiſtoriæ pl. univerſalis oxonienſis pars ſecunda.
- - Oxonii 1680. fol. maj. p. 617. t. 123. fig. C. duodecim in ſingula ſæpius.

28. - ~~Hiſtoriæ pl.~~ univerſalis oxonienſis pars tertia.
- - Oxonii 1699. fol. maj. p. 657. t. 195. fig. C. duodecim in ſingula.
Partem tertiam mortuo Moriſono explevit Jacobus Bobartius.
In hac ſyſtema, ſpecies, deſcriptiones, loca, vires, figuræ & omnia, quæ ad plantarum hiſtoriam fere deſiderantur, tam in Europæis quam exoticis: Opus incomparabile.

29. RAJUS *Joannes.*
- Hiſtoria plantarum generalis. (tomi 2. conjunctis numeris.)
- - Londini. 1693. fol. p. 1940.

30. - Supplementum Hiſtoriæ plantarum. (tomus tertius.)

31. - Dendrologia (Hiſtoriæ plant. liber 24.)
- - Londini. 1704. fol. ſuppl. p. 666. Dendr. p. 135.
Deſcriptiones collectæ ex omnibus authoribus, non paucæ novæ, omnes ſecundum claſſes & genera diſpoſitæ ſpecies, cum locis natalibus & uſu. Opus immenſi laboris.

32. MARSILI *Ludovicus Ferdinandus,* Comes.
- Hiſtoria phyſica maris.
- - Amſterdam. 1725. fol. gallice. p. 173. t. 40.
Opus curioſiſſimum, corallia delineavit, flores eorum detexit, depinxit, deſcripſit; icones qualescunque ord. 2di.

PARTIALES.

33. STERBEECK *Franciſcus,* Theologus.
- Theatrum fungorum. (editio ſecunda.)
- - Antv. 1712. 4to belgice p. 396. t. 36. fig. plures C.
Nominibus belgicis uſus eſt, hinc difficile in uſum trahitur.

34. CLUSIUS *Carolus,*
- Hiſtoria brevis fungorum in pannoniis obſervatorum.
- - Antv. 1601. fol. p. 260 — 295. Hiſtoriæ rar. pl. annexa. figuris.

35. PLUMIER *Carolus.* Theologus.
- Tractatus de filicibus Americanis.
- - Paris 1705 fol. p. 146. gallice & latine. 172 figuris. D. plur.
Filices 242. in ſola America deſcripſit & depinxit.

36. BAUHINUS *Caſparus.*
- Theatri Botanici ſ. Hiſtoriæ pl. liber primus.
- - Baſil. 1658. fol. p. 683. figuris C mixtis.
Prodiit primus tomus, qui gramina continet, periere reliqui cum authore.

37. SCHEUCHZERUS *Johannes* — Helvet. Tigurinus.
- Agroſtographia ſive hiſtoria Graminum, &c.
- - Tigur. 1719. 4to p. 512. t. 19. figuris diagnoſticis.
Opus in graminibus ſine pari, quo carere poteſt nullus.

38. - Prodromus agroſtographiæ helveticæ.
- - Tigur. 1708. fol. p. 28. t. 8.

39. CHOMEL. *J. B.*
- Hiſtoria plantarum Uſualium. (tomi 2. conjuncti.)
- - Paris. 1715. 8vo gallice. p. 830.

40. SLOANE *Hans.*
- Hiſtoria naturalis Jamaicæ & Itinerarium.
- - Londini (tomus 1.) 1707. fol. anglice. p. 264. t. 156.

41. - - Londini (tomus 2.) 1725. fol. anglice. p. 499. t. 157 — 274.
Opus de americanis pl. primum; continet ſimul omnia fere quæ omnes Americes peregrinatores antea notarunt, ut nil deficere videatur quam quod in latinam transferreretur. Utinam plures Sloanei Americani prodirent.

42. RHEEDE *v. Drakenſtein Henr.* & CASEARIUS *Joh.*
- Hortus indicus malabaricus.
- - tomus 1. Amſtelodami 1678. fol. maj. p. 110. t. 57.

43.	- -	—	2	———	1679.	———	110. — 56.
44.	- -	—	3.	———	1682.	———	87. — 64.
45.	- -	—	4.	———	1683.	———	125. — 61.
46.	- -	—	5.	———	1685.	———	120. — 60.
47.	- -	—	6.	———	1686.	———	109. — 61.
48.	- -	—	7.	———	1688.	———	111. — 59.
49.	- -	—	8.	———	1688.	———	97. — 51.
50.	- -	—	9.	———	1689.	———	170. — 87.
51.	- -	—	10.	———	1690.	———	187. — 94.
52.	- -	—	11.	———	1692.	———	133. — 65.
53.	- -	—	12	———	1693.	———	151. — 79.

Excellit Caſearius in Deſcriptionibus; excellit Rheede inter exoticos, dum impenſis non parcens, iconibus nitidiſſimis illuſtrat opus, ut pretioſius in Botanicis exſtet nullum, nec exoticum amplius nitidiusve vidit umquam mundus.

54. - Hortus malabaricus Belgico idiomate. tomus 1. & 2.
- - 1. Amſtelæd. 1689. fol. max. p. 37. t. 57.

55. - - 2. ——— 1689. ——— 29. — 56.

Claſſis V.

MONOGRAPHI

AUCTORES.

56. HERTODT *Joan. Ferdin.* — Naturæ curioſus.
- Crocologia ſ. Croci regis vegetabilium enucleatio.
- - Jen. 1671. p. 283. t. 1. f. 8.

57. SCHOON *Theodorus.*
- Exercitatio de plantis ſeu Tabacum.
- - Hagæ. 1692. 8vo belgice. p. 564. t. 12.

58. DOUGLAS *James.*
- Diſſertatio Botanica de arbore Coffe.
- - Lond. 1725. fol. angl. p. 22.

59. SACHES *Philippus Jacobus.* — Naturæ curioſus.
- Ampelographia ſive Vitis vinifera.
- - Lipſiæ. 1661. 8vo p. 670. appendix. p. 70.

60. SIEGESBEEK *Jo. Georg.*
- Majanthemum, Lilium convallium officinis.
- - Petropoli 1736. 4to. p. 15.
Agit de Convallariæ (1.) nomine

61. DOUGLAS *James.*
- Lilium Sarnienſe.
- - Londini. 1725. fol. angl. p. 35. t. 2.
Docte deſcribit Amaryllidem 2dam.

62. MUNTINGIUS *Abrahamus.* — Groninga-Friſius.
- Aloidarium ſ. Hiſtoria Aloës mucron. fol. americ. major.
- - Amſtelodami 1680. 4to p. 33. t. 8.

63. MUNTINGIUS *Abrahamus.*
- Herba Britannica antiquorum.
- - Amſtelodami. 1681. 4to p 231. t. pluribus.

64. BRUCKMANNUS *Franciſc. Erneſt.* — Naturæ curioſus.
- Epiſtola itin. 31. de Ocymaſtro flore viridi pleno.
- - Wolffenbutt. 1734. 4to p. 8. t. 1.

65. Co-

65. COHAUSEN *Johannes Henricus.*
- Neo-Thea.
- - Amſterdam. 1719. 8vo. belg p. 508.

66. BRUCKMANNUS *Fr. Erneſt.*
- Relatio de Avellana mexicana, vulgo Cacao.
- - Brunsvigæ. 1728. 4to. p. 29. t. 2. editio 2da.

67. ANONYMUS.
- Hiſtoria naturalis Cacao & Sacchari.
- - Amſt. 1720. 8vo. gallice. p. 228. t. 5.

68. BRUCKMANNUS *F. E.*
- Frutex Koſzodrewina..
- - Brunsvigæ. 1727. 4to. p. 28. t. 1.

69. BRUCKMANNUS *F. E.*
- Arbor Limbowe drewo.
- - Brunsvig. 1727. 4to. p. 20.

Videntur ambæ arbores (68. 69.) *Pini vel Abietis ſpecies.*

70. LINNÆUS *Carolus.*
- Muſa Cliffortiana.
- - Lugdbat. 1736. 4to. p. 46. t. 2. Botanice.

Floruit in Horto Cliffortiano. 1736.

71. BRUCKMANNUS *F. E.*
- - Lapis violaceis ſylvæ hercyniæ.
- - Guelpherbyti. 1735. 4to. p. 15. Byſſus.

72. MARSILIUS *Ludovicus Ferdinandus.*
- Diſſertatio de generatione fungorum.
- - Romæ. 1714. fol. p. 40. t. 28.

73. LANCISIUS *Johannes Maria.*
- Diſſ. de ortu, vegetatione & textura Fungorum.
- - Rom. 1714. fol. p. 47.

74. BRUCKMANNUS *F. E.*
- Epiſtola de Fungo hypoxylo digitato.
- - Helmſtadii. 1725. 4to. p. 12. t. 2.

75. BRUCMANNUS *F. E.*
- Fungi ſubterranei, vulgo Tubera terræ.
- - Helmſtadii. 1720. p. 28. t. 1. Clavariæ.

76. CLUTIUS *Augerius.*
- Nux medica ſ. Coccus Maldivenſis.
- - Amſtelodami. 1634. 4to. p. 60.

DISPUTATORES.

77. SEUTTER *Matthæus.*
- Nux vomica.
- - Lugdb. 1691. 4to. p. 24. t. 2. Strychnos.

78. BREYNIUS *Johannes Philippus.*
- Radix Gin-ſem ſ. Niſi & Chryſanthemum Bidens Acmella.
- - Lugdbat. 1720. p. 20. t. 1.

79. CHAMBERS *Guilielmus.*
- Ribes arabum & Lignum Rhodium.
- - Lugdbat. 1724. 4to. p. 41. Rumex.

80. GRONOVIUS *Jo. Frider.*
- Hiſtoria Camphoræ.
- - Lugdbat. 1715. 4to. p. 38.

81. BREYNIUS *Johannes Philippus.*
- Fungi officinales.
- - Lugdb. 1702. 4to. p. 41.

Claſſis VI.

CURIOSI

EUROPÆI.

82. BAUHINUS *Caſparus.*
- Prodromos theatri Botanici.
- - Baſileæ. 1671. 4to. p. 160. figuris γ mixtis.

83. BARRELIERUS *Jacobus..* Theologus Pariſinus.
- Plantæ per Galliam, Hiſpaniam & Italiam oſervatæ.
- - Pariſiis 1714. fol. p. 140. t. (octavi folii.) 1327.

Synonyma elaboravit Antonius de Juſſieu & publicavit.
In plantis Europæ auſtralis neceſſarium opus.

84. Bocco *Paulus.* — Natur. Curioſus.
- Muſeum rariorum plantarum.
- - Venetiis. 1697. 4to. italice. partes 2. p. 196. & 318. t. 307. f. plurimæ.

85. Bocco *Paulus.* — Panormitano-Siculus.
- Icones & deſcriptiones rar. pl. Siciliæ, Melitæ, Galliæ, Italiæ.
- - Oxonii 1674. 4to. p. 96. t. 52. f. aliquot.
In plantis Europæ auſtralis eſt opus hoc & præcedens quo carere nequimus, licet figuræ minus in his nitidæ.

86. Triumfetti *Joannes Baptiſta.*
- Præluſio ad herbarum oſtenſiones cum rariorum deſcr. & icon.
- - Romæ. 1700. 4to. p. 64. t. & f. 6.

87. Pontedera *Julius.*
Compendium tabularum botanicarum.
- - Patav. 1718. 4to. p. 168.

EXOTICI.

88. Clusius *Carolus.*
- Libri 10. exoticorum.
- - Rhaphalengi. 1605. fol. p. 144. fig. mixtæ.

89. Hermannus *Paulus.*
- Paradiſus Batavus.
- - Lugdb. 1705 4to p. 247. t. numeroſis. D.
Opus eximium, Botanico maxime neceſſarium. In Apocynis & affinibus excellit.

90. - Catalogus pl. non æri inſculptarum.
- - Conjunctim. p. 15. ſola nomina.

91. - Prodromus Paradiſi Batavi.
- - Amſtelaed.. 1691. 12mo p. 386.
Eſt catalogus, qui prodiit cum Tournefortii ſchola 115. conjunctim.

92. Breynius *Jacobus.*
- Centuria 1. exoticarum & minus cognitarum plantarum.
- Gedani 1678. fol. p. 195. t. 101. appendix b. p.

93. - Faſciculus rariorum pl. & Rhyne de frutice Thee.
- - Conjunctim. p. 25.

94. Breynius *Jacobus.*
- Prodromus faſciculi rarior. pl. præſertim Bewerningi.
- - Gedani 1680. 4to. p. 52. t. paucæ.

95. - Interrogationes de plantis in centuria 1. deſcriptis.
- - Conjunctim. p. 7.

96. - Prodromus faſciculi rarior. pl. in hortis Hollandiæ.
- - Gedani. 1689. 4to. p. 108. t. paucæ.

97. Commelinus *Joannes,* — Senator urbis Amſtelod.
- Deſcriptio & Icones rarior. pl. Horti med. Amſtelodamenſis.
- - Amſtel. 1697. fol. ~~maj. lat. - belg. p. 200. t. 112.~~

98. Commelius *Caſparus.* — Botanicus Horti Medici.
- Deſcriptio & Icones rarior. pl. Horti med. Amſtelædamenſis.
- - Amſtel. 1701. fol. max. lat. - belg. p. 224. t. 112.
Hic & præcedens eadem methodo conſcripti ſunt, figuræ ſplendidæ, plantarum, deſcriptiones in hoc minus abſolutæ.

99. Commelinus *Caſparus.*
- Præludia Botanica cum Deſcript. & Icon. rar. plant.
- - Lugdbat. 1703. 4to p. 86. t. 33.
In hoc præſertim ſuccolentæ, uti præprimis Aloës ſpecies.

100. - Plantæ rariores & exoticæ Horti Amſtelodamenſis.
- - Lugdb. 1706. 4to. p. 48. t. 48.
In hoc præſertim pl. africanæ & orientales.

101. Ammannus *Paulus.*
- Hortus Boſianus quoad exotica ſolum.
- - Lipſiæ. 1686. 4to. p. 38.

102. Martyn. *Joannes.*
- Hiſtoria plantarum rariorum. Decuriæ. 1. 2. 3. 4. 5.
- - Londini. 1728. &c. fol. imper. p. 49. t. 49.

103. - Figuræ coloribus illuminatæ, plantæ præſertim americanæ.
- - Londini. 1728. 8vo. p. 22. anglice. absque figuris.

104. Dillenius *Johannes Jacobus.*
- Hortus Elthamenſis ſeu Delineationes plant. rariorum.
- - Londini. 1732. fol. max. p. 437. t. 324. f. 417.
Eſt opus Botanicum quo abſolutius mundus non vidit, ſive raras plantas, ſive icones adcuratas, ſive deſcriptiones perfectas, ſive Synonyma elaborata, ſive minimas fructificationis partes quis examinet.

105. Plukenetius *Leonhardus.*
- Almageſtum Botanicum.
- - Londini. 1696. 4to maj. p. 402. alphab. ſynonym.

106. - Mantiſſa almageſti Botanici.
- - Londini. 1700. 4to maj. p. 191.

107. - Amaltheum Botanicum.
- - Londini. 1705. 4to maj. p. 214.
Stupenda collectio varii generis plantarum, quo opere carere non licet.

MU-

MUSEOGRAPHI.

108. VALENTINUS *Michael Bernhardus.*
- Muſæum Muſæorum. tomus 2dus.
- - Francofurti. 1714. fol. germ. p 196. t. 37. app. p. 116.

109. GREW *Nehemias.*
- Muſæum regalis Societatis.
- - Londini. 1681. fol. angl. p. 386. t. 31.
Pauciſſima & vix ulla Botanica.

110. VATER *Abrahamus.* Soc. Ac. imp. &c.
- Muſæum ſ. catal. exoticorum rariſſim.
- - Wittenbergæ. 1726. 4to. p. 16.

111. PETIVER *Jacobus.*
- Muſæum Petiverianum: centuriæ. 10.
- - Londini 1695. 8vo. p. 93. t. 2.
Nomina latina, textus anglicus, alphabetice, deſcriptiones nullæ.

112. SEBA *Albertus,* Pharmac. Amſtel. Soc. acad. imper. nat. cur. &c.
- Theſaurus rerum naturalium.
- - Amſtelæd. 1734. fol. max. lat.-belg. p. 178. t. 111. f. plures. tom. 1.

113. - - Amſtelæd. 1735 fol. max lat.-belg. p. 154. t. 114. f. plures. tom. 2.
In tom. 1. varia; præſertim quadrupedia; in tom. 2. ſerpentes, utrisque immixtæ plantæ paucæ; icon authoris æt. 66. collectio ſine pari in Zoologicis; figuræ nitidæ; opus ſplendidum.

Claſſis VII.

ADONIDES

PUBLICI.

114. TILLI *Michael Angelus.*
- Catalogus plantarum horti Piſani.
- - Florentiæ. 1723. fol. p. 187. t. 50.
Alphab. ſynon. cum icone authoris. æt. 69. & delin. Horti.

115. TOURNEFORTIUS *Joſephus Pitton.*
- Schola Botanica ſ. Catal. pl. ex horto Pariſino.
- - Amſtelædami. 1691. 12. p. 300.
Alphabetice, ſynonymis.

116. MAGNOL *Petrus.*
- Hortus regius monſpelienſis.
- - Monſpelii. 1697. 8vo. p. 209. t. aliquot.
Alphabetice, ſynonymis.

117. MILLEUS *Philippus.*
Catalogus plantar. officinalium in Horto Chelſeyano.
- - Londini. 1730. 8vo. p. 152.
Alphabetice, ſynonymis.

118. - Catalogus arborum quæ venduntur londini.
- - Londini. 1730. fol. p. 90. t. 21. f. plures.

119. VORSTIUS *Adolphus.*
- Catalogus Horti Lugdbat. & index pl. indigenarum.
- - Lugdbat. 1633. 16to. p. 225 — 272.
Alphab. nominibus propriis. Affixus ſpigelii iſagog.

120. HERMANNUS *Paulus.*
- Catalogus horti acad. Lugduno-Batavi.
- - Lugdbat. 1687. 8vo maj. p. 699. t. plurimis.
Alphabetice, ſynonymis, deſcriptionibus & figuris rariorum, opus digniſſimum.

121. BOERHAAVE *Hermannus.*
- Index plant. in Horto Lugduno-batavo.
- - Lugdb. 1710. 8vo. p. 278.
Syſtematice. ſynonymis.

122. - Index alter plant. in Horto acad. Lugduno-batavo.
- - Lugdb. 1720. 4to. tom. 1. p. 320. tom. 2. p. 270. t. variis.
Syſtematice ſec. claſſes, ordines, generum characteres, ſpecies, ſynonyma, figuris rariorum, præſertim Protearum. Hortus quo abſolutior prodiit nullus, ſive collectio, ſive elaboratum opus examinetur.

123. COMMELIN *Caſparus.*
- Catalogus pl. uſualium Horti med. amſtelædamenſis.
- - Amſtelæd. — 8vo.
Synonymis, ordine in Pharmacopæis recepto.

124. VOLCKAMERUS *Johan. Georg.* Soc. Ac. imp. n. c.
- Flora Noribergenſis.
- - Noribergæ. 1700. 4to. p. 407. t. pluribus.
Alphabet. cum characteribus ſynonymis. Opus laudabile.

125. VATERUS *Abrahamus.*
- Supplementum Horti acad. Wittenbergenſis.
- - Wittenbergæ. 1724. 4to. p. 20.

126. AMMANN. *Paulus.*
- Suppellex Botanica. ſ. Enumer. pl. Horti acad. Lipſienſis.
- - Lipſiæ. 1675. 8vo. p. 137.
Alphabet. nominibus propriis.

P R I V A T I.

127. MORISONUS *Robert.*
- Hortus regius bleſenſis auctus. α.
- Delineatio pl. nemini deſcriptarum in Horto regio Bleſenſi. β.

128. - Obſervationes generales ex H. R. bleſenſi. γ.
- - Londini 1669. 8vo. α. p. 223. β. 224-323. γ. 325-347.
α Alphab ſynonym. β deſcriptiones rar. Europæar. γ claſſes a facie.

129. KIGGELARIUS *Franciſc.*
- Horti Beaumontiani exoticarum pl. catalogus.
- - Hagæ 1690 8vo. p. 42.
Alphab. ſynonymis. Rara omnia.

130. EICHRODT (Sievertii Hortulani præfixo nomine).
- Index pl. Horti Carolsruhani tripartitus.
- - ——— 8vo p. 132.
Diviſus in exoticas, perennes, annuas plantas, cum ſynonymis.

131. PEINEN *Elias.*
- Hortus Boſianus Caſpari Boſei.
- Lipſiæ. 1699. 8vo. p. 94 alphabet. nominibus propriis.

132. WALTHERUS *Auguſt. Fridericus.*
- Deſignatio pl. quas Hortus Waltheri complectitur.
- - Lipſiæ. 1735 8vo. maj. p. 171. t. 24.
Diviſus in Exoticas, perennes, annuas: ſynonymis.

Claſſis VIII.

FLORÆ

EUROPÆÆ.

133. RAJUS *Joannes.*
- Sylloge ſtirpium Europæarum extra Britannias
- - Londini. 1694. 8vo. p. 400 & 45.
Iis, qui loca natalia plantis addiſcere ſtudent, neceſſarium maxime opus.

134 LINNÆUS *Carolus.*
- Flora Lapponica.
- - Amſtelædami. 1737. 8vo maj. p. 372. t. 12. f. plures.
Secundum ſyſtema ſexuale, cum obſervationibus botanicis & æconomicis.

135. RUPPIUS *Henricus Bernardus.*
- Flora Jenenſis.
- - Francof. & Lipſiæ. 1726. 8vo. p. 311. t. 3.
Secundum ſyſtema Rivini, genera, ſpecies, ſynonyma. Dignum opus.

136. DILLENIUS *Johannes Jacobus.* Soc. ac. Imp. n. c.
- Catalogus plantarum ſponte circa Giſſam naſc.
- - Francof. 1719. 8vo. p. 240. appendix. p. 34.
Secundum menſes quibus florent cum Synonymis, obſervationibus, generibus.
Flora facile prima.

137. BLANKAART *Stephanus.*
- Herbarius Belgicus ſ. Nederlanſchen Herbarius.
- - Amſtelædami. 1714. 8vo. p. 614. belg. t. paucæ.
Opus quo carere poteſt orbis absque jactura.

138. COMMELINUS *Johannes.*
- Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ.
- - Lugdb 1709 12 maj. p. 117.
Alphabetice, ſynonymis c. cum Bidloi Diſſ. de Re Herbaria.

139. PIL-

139. PILLETERIUS *Caſparus.* Monſpelienſis.
- Synonyma pl. Walachriæ, Zelandiæ inſulæ.
- - Middelb. 1610. 8vo. p. 398.
Alphabetice, ſynonymis copioſis. Doctiſſimum ſuo tempore opus.

140. MERRET *Chriſtophorus.*
- Pinax rerum naturalium.
- - Londini. 1667. 8vo. p. 223.
Alphab. ſynonymis, ſimul animalia, Lapides.

141. RAJUS *Joannes.*
- Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum. editio 3.
- - Londini. 1724. 8vo maj. p. 482. t. 24. f. plures.
Syſtematice, genera, ſpecies, obſervationes, differentiæ, ſynonyma, emendata a Dillenio editore. Flora inter omnes prima cenſenda.

142. TOURNEFORTIUS *Joſephus Pitton.*
- Hiſtoria plant. circa Pariſios naſcentium.
- - Pariſiis. 1698. 8vo. gallice p. 543.
Alphabetice, ſynonymis, viribus & obſervationibus. Digna Flora.

143. VAILLANT *Sebaſtian.* Soc. Ac. R. Pariſ.
- Botanicon Pariſienſe ſ. Enumeratio pl. circa Pariſios.
- - Lugdbat. 1727. fol. maj. p. 209. t. 33. f. numeroſæ.
Alphabetice cum ſynonymis, obſervationibus circa flores, muſcos & minimas plantas, figuris nitidiſſimis. Deficientibus exemplaribus redibit digniſſimæ Floræ pretium poſt annos non multos. Icon authoris & vita, Boerhaavio editore.

144. - Botanicon pariſienſe, majoris operis (præcedentis) Prodromus.
- - Lugdb. 1723. 12mo. p. 131. alph. ſynon.

Pſeudo-Marrubium aquaticum vulgare. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 378. *ſ.* 11. *t.* 9. *f.* 20.
Marrubium paluſtre glabrum. *Bauh. pin.* 230.
Marrubium aquaticum quorundam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 318.
Sideritis matthioli. *Dalech. hiſt.* 1117.
α Lycopus foliis in profundas lacinias diſſectis. *Tournef. inſt.* 191. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 186.
Pſeudo-Marrubium aquaticum glabrum, foliis diſſectioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 378. *ſ.* 11. *t.* 9. *f.* 20.
Creſcit ubique ad ripas aquarum in Europa.

MONARDA. *g. pl.* 17.

1. MONARDA.
Origanum ſpurium, flore fiſtuloſo. *Riv. mon.* 89.
Origanum fiſtuloſum canadenſe. *Corn. canad.* 13. *f.* 14. *Raj. hiſt.* 380.
Leonurus canadenſis, origani folio. *Tournef. inſt.* 187.
Clinopodium canadenſe majus hirſutius, floribus fiſtuloſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 374. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 2.
Clinopodium canadenſe fiſtuloſum, foliis lanuginoſis, proliferum. *Pluk. alm.* 111.
Clinopodium canadenſe fiſtuloſum, foliis dilute virentibus & hirſutis. *Boerh. lugab.* 1. *p.* 158.
α Clinopodium canadenſe fiſtuloſum, foliis ſaturatius virentibus & hirſutis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 158.
Creſcit in Canada, *heic vero hyemes perfert.*

Nomen obtinuit planta hæc capite craſſo a Monardo *utroque, quorum alter in conquirendo quidquid ſalutare ex* novo orbe *proferunt plantæ, quidquid ſub* Roſis *&* Citris *obtulit natura; alter vero perquirendo* veterum *ſcripta, orbi ſatisfacere ſtuduit.*

SALVIA. *g. pl.* 16.

1. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus obtuſis.
Salvia baccifera. *Bauh. pin.* 237.
Salvia cretica fruteſcens pomifera, foliis longioribus incanis & criſpis. *Tournef. cor.* 10. *itin.* 1. *p.* 92. *t.* 92.
Sclarea indica arboreſcens, calyce campanulato, flore pulchro aurantio, leonuro majoris ſimili. *Walth. hort.* 42. *t.* 15.
Creſcit in Creta.

2. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus ſpicatis, calycibus acutis
Salvia latifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 304. *Riv. mon.* 102.
Salvia major. *Bauh. pin.* 237. *Tournef. inſt.* 180.
Salvia major latifolia. *Beſl. eyſt. æſt.* 103.
Salvia officinarum. *Dal. Pharm.* 230.
α Salvia major, an Sphacelus theophraſti, floribus candidis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
β Salvia perelegans tricolor argentea belgarum. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
γ Salvia major, foliis ex viridi & luteo variegatis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
δ Salvia major, foliis ex viridi & albo variegatis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
ε Salvia major arboreſcens, foliis vietis laceris, fimbria aurea donatis. *Boerh. lugdb.* 1. p. 166.
ζ Salvia anguſtifolia ſerrata. *Bauh. pin.* 237.
Salvia cretica anguſtifolia. *Cluſ. hiſt.* 394.
η Salvia minor aurita & non aurita. *Bauh. pin.* 237. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
Salvia minor aurita. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 305.
Salvia minor. *Riv. mon.* 83.
Creſcit in Gallia narbonenſi & Italia.

3. SALVIA foliis obtuſis crenatis, floralibus ſuperioribus majoribus coloratis.
Horminum coma rubra. *Riv. mon.* 50.
Horminum. *Dod. pempt.* 294.
Horminum ſativum. *Bauh. pin.* 166.
α Horminum coma purpureo-violacea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 309. *Tournef. inſt.* 178. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
β Horminum coma alba. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 309. *Tournef. inſt.* 178. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
γ Horminum coma viridi. *Tournef. inſt.* 178. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
Creſcit in Græcia & Apulia.

4. SALVIA foliis acutis dentato-ſerratis, floralibus ſummis majoribus coloratis.
Salvia orientalis, folio Betonicæ acutiſſimo, coma purpuraſcente. *Tourn. Cor.* 10.
Creſcit in Oriente.

5. SALVIA foliis ovatis inciſo-crenatis, verticillis fere nudis.
Horminum pratenſe. *Riv. mon.* 49.
Horminum pratenſe, foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 238.
Gallitrichum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris Sclarea, flore cæruleo magno. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 311.
Orvala ſylveſtris, ſpecies quarta. *Dod. pempt.* 293.
Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 179. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 164.
α Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore ſuave-rubente. *Tournef. inſt.* 179. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 165.
β Sclarea pratenſis, foliis ſerratis, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 199. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 164.
Creſcit in Germaniæ *campis & pratis.*

6. SALVIA foliis oblongo-cordatis, margine ſerrato-crenatis, floralibus calyce longioribus.
Sclarea ſyriaca, flore albo. *Tournef. inſt.* 179. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 163
Horminum ſyriacum. *Bauh. pin.* 238. *prod.* 114. *t.* 114.
Creſcendi locus in Syria, *uti patet ex nominibus.*

7. SALVIA foliis cordato-lanceolatis obtuſe ſerratis.
Sclarea, folio ſalviæ, major & maculata. *Tournef. inſt.* 180. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 165.
Horminum ſylveſtre ſalvifolium majus & maculatum. *Bauh. pin.* 239.
Horminum ſyriacum longifolium elatius cæruleum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 394. *ſ.* 11. *t.* 14. *f.* 20.
Hormini ſylveſtris quinti altera ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 31.
Orvala altera. *Dod. pempt.* 292.
α Sclarea, folio ſalviæ, minor ſeu glabra. *Tournef. inſt.* 180. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 165.
Horminum ſylveſtre ſalvifolium minus. *Bauh. pin.* 239. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 394. *ſ.* 11. *t.* 14. *f.* 21.
Hormini ſylveſtris quinti ſpecies prior. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 31.
Creſcit in Pannonia & Auſtria *juxta vias & agros.*

8. SALVIA foliis pinnatim inciſis glabris.
Horminum ſylveſtre, lavendulæ flore. *Bauh. pin.* 239. *Tournef. inſt.* 178. *Vaill. par.* 105. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 165.

Hor-

Hormini ſylveſtris quarti, ſpecies quinta. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 31.
Horminum ſylveſtre minus, inciſo folio, flore aureo, *Barr. rar.* 24. *f.* 208.
α Horminum pratenſe, flore minimo. *Tournef. inſt.* 178.
Creſcit in Anglia, Gallia, Belgio, *&c.*
Obſ: *In pratis foliis gaudet magis integris & corolla vix calyce majore cærulea; in cultis vero foliis pinnatim totaliter diſſectis, cum corollis paulo majoribus pallidioribus.*

9. SALVIA foliis lanceolatis ſinuato-dentatis, floralibus verticillos comprimentibus.
Sclarea vulgaris lanuginoſa, ampliſſimo folio. *Tournef. inſt.* 179. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 163.
Æthiopis foliis ſinuoſis. *Bauh. pin.* 241.
Æthiopis multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 315.
α Sclarea laciniatis foliis. *Tournef. inſt.* 179. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 163.
Æthiopis laciniatis foliis. *Barr. rar.* 24. *t.* 188.
β Sclarea ſicula, folio argenteo ſubrotundo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 163.
Æthiopis tota argentea perennis lanuginoſa. *Cup. catol.*
γ Sclarea æthiopica, folio ſubrotundo, perennis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 163.
Marum ægyptium. *Veſl. alp.* 212. *t.* 212.
Creſcit in Illyria, Græcia, Æthiopia.

10. SALVIA foliis ovatis utrinque acuminatis ſerratis.
Sclarea mexicana altiſſima, facie heliotropii. *Dill. elth.* 339. *t.* 254. *f.* 330.
Horminum virginianum erectum, urticæ foliis, flore minore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 15. *f.* 31.
Creſcit in Mexico locis humidis, ut fertur.

11. SALVIA foliis cordato-ſagittatis ſerratis acutis.
Salvia montana maxima, folio hormini, flore flaveſcente. *Tournef. inſt.* 180.
Sclarea glutinoſa, floris lutei variegati barba ampla cava. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 164.
Horminum luteum glutinoſum. *Bauh. pin.* 238.
Horminum flore luteo. *Riv. mon.* 48.
Horminum ſylveſtre ſecundum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.
Galeopſis ſpecies lutea viſcida odorata nemorenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 314.
Orvala tertia. *Dod. pempt.* 292.
Creſcit in Germania *&* Italia, *locis lutoſis, ad ſcaturigines juxta montium radices.*

12. SALVIA foliis haſtato-triangularibus oblongis crenulatis obtuſis.
Sclarea folio triangulari, caule tomentoſo. *Tournef. inſt* 180. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 164.
Horminum haſtatis amplioribus foliis, ſ. ari modo alatis, caulibus & pediculis arenoſa lanugine villoſis, ex inſula Gomara. *Pluk. alm.* 185. *phyt* 301. *f.* 2. bona.
Horminum canarienſe tomentoſum, haſtato folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 394. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 17.
Creſcit in inſulis Canarienſibus.

13. SALVIA foliis ſubrotundis ſerratis, baſi truncatis dentatis.
Salvia africana frutetcens, folio ſcorodoniæ, flore violaceo. *Comm. hort.* 2. *p.* 181. *f.* 91. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 167.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *in locis argilloſis.*

14. SALVIA foliis ſubrotundis integerrimis, baſi truncatis dentatis.
Salvia africana frutescens, folio ſubrotundo glauco, flore magno aureo. *Comm. hort.* 2. *p.* 183. *t.* 92. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 167.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *juxta rivulos.*
Obſ. *cum antecedente maximam obtinet convenientiam, folia tamen non ſerrata ſunt, at majora plicata.*

15. SALVIA foliis ſimplicibus dentato-pinnatis aſperis.
Sclarea rugoſo verrucoſo laciniato folio. *Tournef. inſt.* 180. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 164. *Herm. par.* 186. *f.* 186.
Horminum rugoſo verrucoſoque folio cornu cervinum exprimente. *Pluk. alm.* 186. *phyt.* 194. *f.* 5.
Horminum ceratocephalon rugoſum, flore ſulphureo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 393. *ſ.* 11. *t.* 13. *f* 6.
Creſcit in Perſia, Syria.

16. SALVIA foliis compoſitis pinnatis.
Salvia orientalis latifolia hirſutiſſima viſcoſa pinnata, flore & calice purpureis, inodora. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 167. *fig.*
Salvia orientalis, foliis alatis majoribus & ſerratis. *Tournef. cor.* 11.
Horminum arabicum, alatis foliis, flore rubello. *Pluk. alm.* 186. *phyt.* 194. *f.* 6.
Creſcit in Oriente & Arabia.

17. SALVIA foliis lineari-lanceolatis denticulatis, floribus petiolatis.
Horminum ægyptium minimum ramoſiſſimum lippi. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 166.
Creſcit in Ægypto.
Planta ſub hoc nomine in phytophylacio Cliffortiano obvia, gaudet caule *vix ſpithamæo parum ramoſo;* foliis *lavendulæ ſeu lineari-lanceolatis, acutis, ſtrictiſſimis, rugis longitudinalibus, ſerraturis denticulatis minimis.* Flores *in verticillos rariſſimos digeſti, ſinguli proprio petiolo penduli.*

ROSMARINUS. *g. pl.* 18.

1. ROSMARINUS. *Riv. mon.* 53.
Rosmarinus spontaneus, latiore folio. *Bauh. pin.* 217. *Boerh. lugdb.* 1. *p* 180.
α Rosmarinus spontaneus s. latifolius, folii apice in hamum curvato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 180.
β Rosmarinus spontaneus, folio eleganter variegato. *Boerh. lugdb.* 1. *p* 180.
γ Rosmarinus hortensis, angustiore folio. *Bauh. pin.* 217. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 179.
δ Rosmarinus folio variegato. *Tournef. inst.* 195.
Rosmarinus striatus s. aureus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 180.
ε Rosmarinus hortensis, angustiore folio, argenteus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 180.
Crescit in Hispania *tanta in copia, ut navigantes in mari antequam videant terram reficiantur ejus odore; & in* Gallia narbonensi, *ut vix aliud lignum urant incolæ. Hic hyemes nostras, si semel adoleverit, perfert.*
Nullam dari plantam hortensem, quæ non ullibi terrarum sit sylvestris, est Axioma. *Culturam non mutare species est etiam* Axioma. *Ubi ergo crescat Rosmarinus sativus (si non sit eadem species cum spontanea)? respondeant qui urgent separationem specierum.*

COLLINSONIA. *g. pl.* 835.

1. COLLINSONIA. *vide tab.*
Radix fibrosa, perennis.
Caulis pedalis & supra, simplex, rectus, viridi-purpurascens, quadragonus.
Folia opposita, ovato-oblonga, verrucosa, rigidiuscula, acute serrata.
Flores ex summis alis & caule numerosissimi in paniculam digesti.
Color calycis viridis, corollæ totius flavescens, styli ruber.
Singulare inter omnes flores corolla ringente in hac est, quod labium dividatur in lacinias capillares.
Crescit in America septentrionali *& hyemes nostras perfert.*
Nomen traxit hæc planta a Petro Collinsono, *cive Londinensi, plantarum præsertim americanarum ingenuo æstimatore, cui & ego & Angli debent singularem hanc plantam, ejus enim studio in Europam translata est. Nec eo, quo in Anglia commorabar, tempore nota fuit hæc Botanicis alio, quam Collinsoniæ nomine: nolui itaque plantam ab inventore suo, viro candido, dictam, alio permutare nomine, ut excitentur Virorum Bonorum animi in studium & gratiam artis nostræ.*

MORINA. *g. pl.* 20.

1. MORINA.
Morina orientalis, carlinæ folio. *Tournef. cor.* 48. *itin.* 3. *p.* 132. *fig.*
Diotheca carlinæ foliis ex adverso binis. *Vaill. act* 1722. *p.* 250 *f.* 1. 2. 8. 3. 10.
Crescit in Persia *juxta urbem Hispahan. Hic facile fert hyemes, ut vix tectum subire necesse habeat, rarius autem floret.*
Dixit, spinis hanc horridam plantam at floribus splendidissimis gratissimam, Tournefortius a D. Morino, *vicario suo in horto parisino, eo quo in itinere suo constitutus fuerat tempore.*

COLLINSONIA. *Hort. Cliff.* 14. *Sp.* 1.

a. *Flos magnitudine naturali.* b. *Idem a tergo viſus.*
c. *Calyx ſub floreſcentia conſtitutus.* d. *Idem fructu prægnans.*
e. *Germen.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

Classis III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA. *g. pl.* 21.

1. VALERIANA foliis lanceolatis integerrimis, floribus monandris caudatis.
Valeriana rubra latifolia & anguſtifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 211.
Valeriana rubra. *Bauh. pin.* 165. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana marina latifolia major rubra. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 102. *ſ.* 7. *t.* 14. *f.* 15. *umb. tab.* 11. *fig. opt.*
Valeriana marina. *Riv. mon.* 5.
Valerianoides latifolia, flore rubro. *Vaill. act.* 1722. *p.* 254.
Phu foliis glaſti. *Rupp. jen.* 174.
α Valeriana marina latifolia major alba *Moriſ. umb.* 50. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
β Valeriana rubra anguſtifolia. *Bauh. pin.* 165. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana marina, anguſtiſſimo linariæ folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 102.
Valerianoides anguſtifolia, flore rubro, capſula majore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 254 *f.* 11. 12.
Creſcit in Italia *e murorum ſaxorumque rimis.*
Obſ. Corollæ tubus *tenuis eſt & longus, terminatus ad baſin* nectario *ſubulato longo*, limbus *bilabiatus*, labio ſuperiore *concavo integro*, inferiore *quadripartito.* Stamen *unicum.* Semen *unicum nudum*, pappo *coronatum.*

2. VALERIANA foliis ovatis ſeſſilibus, floribus diandris ringentibus.
Valeriana indica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Valeriana peregrina ſive indica. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 212.
Valeriana peregrina purpurea albave. *Bauh. pin.* 164. *prod.* 87.
Valeriana minor cornucopioides. *Barr. rar.* 15. *t.* 741.
Pſeudo-Valeriana cornucopioides annua purpurea, ſemine ſolido. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 27.
Valerianella cornucopioides, flore galeato. *Mor. umb.* 53. *Tournef. inſt.* 133.
Valerianella cornucopioides rubra vel indica. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75.
Valerianella cornucopioides. *Riv. mon.* 7.
Valerianella flore rubro, capſula mitrata. *Vaill. act.* 1722. *p.* 256. *f.* 13. 14. 15. 16.
Creſcit in arvis Siciliæ, Hiſpaniæ *&* Americæ.
Obſ. *Corolla hujus eſt exacte ſimilis Morinæ.*
Corolla *ringens.* Tubus *cylindraceus longus, baſi deorſum gibbus.* Labium ſuperius *patens, dum, laciniis fere ovatis.* Lab. inferius *patens, tripartitum, æquale, obtuſum.*
Stamina *duo*, Filamenta *ſubulata ad labium ſuperius corollæ inclinata.* Antheræ *compreſſæ, triſulcæ.*
Semen *unicum, oblongiuſculum, fere ovatum, hinc gibbum, inde planum, utrinque longitudinaliter ſulco exaratum, coronatum* calyce *monophyllo, brevi, inæqualiter quinquefido, denticulis duobus longioribus erecto-patulis, continens ſub crüſta hac, non dehiſcente, nucleum tenuem.*

3. VALERIANA foliis cordatis ſerratis petiolatis.
Valeriana maxima pyrenaica, cacaliæ folio. *Tournef. inſt.* 131. *Vaill. act.* 1722. *p.* 253.
Valeriana canadenſis. *Riv. mon.* 6.
Nardus montana ſecunda. *Dalech. hiſt.* (*gall.*) 805.
Creſcit in Canada *&* pyrenæis *montibus, ut ex nomine patet.*
Obſ. Corolla *fere regularis*, ſtamina *tria*, ſemen *pappo coronatum.*

4. VALERIANA foliis pinnatis, radice tuberoſa.
Valeriana tuberoſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 207. *Vaill. act.* 1722. *p.* 251. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana tuberoſa imperati ſ. thelephii radice. *Barr. rar.* 15. *t.* 825.
Nardus montana prima. *Dalech. hiſt.* (*gall.*) 805.
Creſcit in montibus Ligurinis.

5. VALERIANA foliis omnibus pinnatis.
Valeriana ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 164. *Boerh. lugdb.* 74.
Valeriana ſylveſtris I. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 55.
Valeriana ſylveſtris. *Lob. hiſt.* 44.
Valeriana. *Riv. mon.* 1.

Valeriana mas. *Mor. umb. t.* 10. *a. b.*
Valeriana major ſylveſtris, foliis latioribus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 251.
α Valeriana ſylveſtris major altera, folio lucido *Tournef. inſt.* 132.
β Valeriana major ſylveſtris montana. *Bauh. pin.* 164. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana major ſylveſtris, foliis anguſtioribus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 252.
Valeriana foliis anguſtioribus. *Riv. mon.* 2.
Creſcit per Europam *vulgaris in dumetis humidiuſculis.*
Obſ. Corolla *infundibuliformis:* tubo *cylindraceo*, *baſi deorſum obtuſo.* Limbo *quinquepartito*, *æquali.* Stamina *tria.* Semen *unicum*, *compreſſum*, *coronatum* pappo, *radiis quindecim pinnatis.*

6. VALERIANA foliis infimis integris, proximis laciniatis, caulinis pinnatis.
Valeriana hortenſis. *Bauh. pin.* 164. *Vaill. act.* 1722. *p.* 251.
Valeriana hortenſis, Phu folio oluſatri dioſcoridis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 101. *ſ.* 7. *t.* 14. *f.* 1.
Valeriana hortenſis, flore albo. *Riv. mon.* 4.
Valeriana major hortenſis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana major, odorata radice. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 209.
Valeriana major. *Lob. hiſt.* 411.
Valeriana mas *Moriſ. umb. t.* 10. *a. b.*
Creſcendi locus naturalis nobis incognitus eſt.

7. VALERIANA foliis caulinis pinnatis, ſexu diſtincta.
Valeriana paluſtris minor. *Bauh. pin.* 164.
Valeriana pratenſis minor. *Moriſ. umb. t.* 10. *d. e. fig. opt.*

Maſ.	*Fœmina.*
Valeriana minor. *Riv. mon.* 3.	Valeriana flore exiguo. *Riv. mon.* 4.
Valeriana ſylveſtris minor. *Raj. ſyn.* 200.	Valeriana ſylveſtris & paluſtris altera. *Raj. ſyn.* 200. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana minor perennis paluſtris. *Mor. umb.* 51.	Valeriana paluſtris minor elatior, floſculis minoribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 101.
Valeriana minor. *Raj. hiſt.* 388.	Valeriana aquatica minor, flore minore. *Raj. hiſt.* 389. *Tournef. inſt.* 132. *Vaill. act.* 1732. *p.* 352.
Valeriana paluſtris minor. *Tournef. inſt.* 132, *Vaill. act.* 1722. *p.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.	

Creſcit per Europam *in campis ſubhumidis*, *ubique fere*, *eandem enim vidimus in Anglia*, *Germania*, *Dania & Scania Sueciæ.*
Obſ. *nullam novimus hujus generis plantam*, *præter hanc ſolam*, *ſexu diſtinctam.*

8. VALERIANA foliis pinnato-laciniatis, floribus diandris.
Valeriana foliis calcitrapæ. *Bauh. pin.* 164. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74. *Vaill. act.* 1722. *p.* 253.
Valeriana annua, foliis calcitrapæ. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 101. *ſ.* 7. *t.* 14. *f.* 7.
Valeriana annua ſeu æſtiva. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 54.
Valeriana foliis calcitrapæ magis diſſectis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
α Valeriana ſylveſtris, foliis tenuiſſime diviſis. *Bauh. pin.* 165.
β Valeriana luſitanica latifolia annua laciniata. *Tournef. inſt.* 132. *Vaill. act.* 1722. *p.* 253. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
Valeriana annua latifolia, ad valerianam foliis calcitrapæ accedens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 102.
Valeriana annua ſplendens, imis foliis integris, cæteris parum laciniatis, flore minore. *Pluk. alm.* 381.
Creſcit in Luſatia.
Obſ. *Hujus* ſemen *pappo coronatum eſt.*

9. VALERIANA caule dichotomo, foliis lanceolatis dentatis, fructu ſexdentato.
Valerianella calyce ſtellaro majore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 256.
Valerianella ſemine ſtellato. *Bauh. pin.* 165. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75.
Pſeudo-Valeriana annua, ſemine coronato, major luſitanica. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 3. *t.* 16. *f.* 29.
α Valerianella, ſcabioſæ ſemine, minor luſitanica. *Moriſ. umb.* 55. *Tournef. inſt.* 133.
β Valerianella calyce ſtellato minore. *Vaill. act.* 1722. *p.* 256.
Pſeudo-Valeriana annua arvenſis, ſemine coronato minore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104.
Creſcit vulgaris in arvis Luſitaniæ.
Obſ. Corolla *eſt campanulata æqualis*, fructus *coronatus quinque foliolis.*

10. VALERIANA caule dichotomo, foliis lanceolatis ſerratis, fructu inflato.
Valerianella veſicaria. *Vaill. act.* 1722. *p.* 256. *f.* 24.
Valerianella cretica, fructu veſicario. *Tournef. cor.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75. *f.* 75.
Pſeudo-Valeriana annua halepenſis veſicaria. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 105.
Creſcit in Creta *&* Halepo.
Obſ. fructus *eſt veſica inflata.*

11. VALERIANA caule dichotomo; foliis lanceolatis integris, fructu ſimplici.
Valeriana campeſtris inodora major. *Bauh. pin.* 165.
Valerianella vulgaris & ſativa. *Vaill. act.* 1722. *p.* 255.
Valerianella arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo. *Tournef inſt.* 132. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75.
Pſeudo-Valeriana annua arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo rotundo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 104. *ſ.* 7. *t.* 16. *f.* 36.

Olus

Olus album. *Dod. pempt.* 646.
Locuſta herba. *Bauhini hiſt.* 3. *p.* 327.
Locuſta major. *Riv. mon.* 8.
α Locuſta minor. *Riv. mon.* 8.
β Valerianella foliis ſerratis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 255.
Valerianella arvenſis præcox humilis, foliis ſerratis. *Tournef. inſt.* 132. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 75.
Creſcit vulgaris per Europam *in agris, vineis & hortis.*
Obſ. Corolla *huic campanulata eſt,* & fructus *coronâ deſtituitur.*
Obſ. *Ex datis ſpeciebus* 1—11. *videmus calycem, corollæ figuram, numerum ſtaminum, fructus ſpeciem inconſtantia eſſe, nec ullum characterem generis præſtare, omnes autem convenire fructu infra receptaculum, flore monopetalo inæquali, ſtylo ſimplici.*

BOERHAAVIA. *g. pl.* 22.

1. BOERHAAVIA foliis ovatis.
Boerhaavia ſolanifolia major. *Vaill. ſex.* 50.
Antaniſophyllon ſolanifolium majus. *Vaill. act.* 1722. *p.* 258. *t.* 14. *f.* 25. 26.
Plumbaginoides folio Spinaciæ ſpinoſæ, floſculo rubro. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 264.
Pſeudo-Valeriana curaſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 105.
Valerianella curaſſavica, ſemine aſpero viſcoſo. *Herm. par.* 237. *Pluk. alm.* 381. *Phyt.* 113. *f.* 7.
Valerianella folio ſubrotundo, flore purpureo, ſemine oblongo ſtriato aſpero. *Sloan. flor.* 91. *hiſt.* 1. *p.* 20. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 244.
Valeriana humilis, folio rotundo ſubtus argenteo. *Plum. ſpec.* 3.
Thalictro affinis indica, alni folio, ſemine ſtriato aſpero. *Breyn. prod.* 2. *p.* 99.
Talu-dama. *Rheed. mal.* 7. *p.* 105. *t.* 56.
Creſcit in glareoſis & petroſis utriusque Indiæ, Malabariæ *ſcilicet &* Jamaicæ, *pluvioſo læta cælo.*
Nomen traxit planta in hortis noſtris rariſſima a Summo Medico, Conſummatiſſimo Botanico, Magno *iſto* BOERHAAVIO, *cui noſter Hortus Botanicus ſuam debet originem, cujus liberalitati plures debet plantas, quam ulli alii. Ille enim author fuit Nobil.* Cliffortio *plantas colligere, collectas colere, cultas amare, iisque delectari; neve principium difficile foret & grave, quidquid dari poſſet ex Horto inſtructiſſimo Lugdunenſi, cujus tum præfecturam geſſit, promiſit, præſtitit.*

HIRTELLA.

1. HIRTELLA.
Creſcit in America.
Planta arborea, caulis *ſcaber, rami ultimi anni villoſi, ut in Rhoë, hirſutie griſea patente brevi, ſatini inſtar obducta.* Folia *alterna, ovata, parum acuminata, fere ſeſſilia, denſa & laurina fere, nervis e linea longitudinali verſus marginem ad angulum fere rectum exeuntibus. Margine integerrimo, ſuperne glabra, ſecundum nervos ſulcata, inferne griſea pubeſcentia nervis prominula.*
Racemus *erectus ramos terminat, ſimplex quidem, at ex lateralibus ramis racemulus combinatus. Floſculi numeroſiſſimi, maxima tamen pars abortit. Singulare ab omnibus, quos novi, eſt:* ſtamina *longiſſima tria, perſiſtentia, nigra, involuta in ſpiram poſt floreſcentiam;* Stylusque *ex apice germinis, è baſi vero fructus, enatus.*
Hirtellam dixi plantam ob ramorum tenellorum hirſutiem.

CHIONANTHUS. *g. pl.* 835.

1. CHIONANTHUS.
Amelanchier virginiana, lauroceraſi folio. *Pet. hort.* 241. *Catesb ornith.* 68. *t.* 68. *fig. bon.*
Arbor zeylanica, cotini foliis ſubtus lanugine villoſis, floribus albis cuculli modo laciniatis. *Pluk. alm.* 44. *phyt.* 241. *f.* 4. *bon.*
Creſcit in utraque India, Zeylona & America ſeptentrionali, *ſub tecto apud nos conſervatur per hyemem, floret quidem æſtate, numquam autem apud nos fructum fert.*
Obſ. Chionanthum *quaſi* nivis florem *dixit hanc arborem Clariſſ.* Royen, *dicitur enim vulgo* Sneebaum *ſeu arbor nivis, vel quod dum floreat nivis inſtar e diſtanti alba appareat, vel potius quod terra cui inſideat, peracta floreſcentia, deciduiſque corollis quaſi nive adſperſa conſpiciatur.*

CNEORUM. *g. pl.* 24.

1. CNEORUM.
Chamælæa tricoccos. *Tournef. inſt.* 651.
Chamælæa tricoccos *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 255.
Chamælæa tricoccos. *Bauh. pin.* 462. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 584. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 87.
Chamælæa. *Dod pempt.* 363.
Creſcit in Hiſpania & Gallia Narbonenſi, *amat loca ſicca, fervida, ſterilia, glareoſa & ſaxoſa, per hyemem ſub tecto ſervatur, floret & fructum fert omni anno.*

TAMARINDUS. *g. pl.* 23.

1. TAMARINDUS. *Raj. hiſt.* 1748. *Tournef. inſt.* 660. *Sloan flor.* 147. *Dal. pharm.* 507.
Tamarindi. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 422. *Marcgr. braſ.* 107. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 59.
Tamarindus *Hern. mex.* 83.
Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Bauh. pin.* 403.
Balam-pulli. *Rheed. mal.* 1. *p.* 39. *t.* 23.
Creſcit in utraque India & Arabia.
Obſ. Alpinus & Acoſta *ſcribunt arborem obtegere ſiliquam foliis omni nocte, frigoris vitandi cauſſa, quod paradoxon viſum fuit Syeno & Rajo; mihi autem, licet florentem fructificantemque etiamnum inſpicere non licuerit, maxime veroſimile: obdormit enim (ut ita dicam) hæc arbor omni nocte æque ac Bauhiniæ, Parkinſoniæ, Mimoſæ, Caſſiæ, Hymenæa, Æſchynomene, &c. complicando ſcilicet ſole occidente folia, eaque iterum ſole oriente explicando, tum enim æque facile ſiliquas involvere ac Mimoſæ quasdam ſpecies, ut quotidie videre eſt, poſſit, ubi ratio ſtructuræ eadem in foliis, ſi conditori ſic placuerit.*

CROCUS *g. pl.* 26.

1. CROCUS flore fructui impoſito, *autumnali.*
Crocus ſativus. *Bauh. pin.* 65. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 120.
Crocus autumnalis ſativus floridus & ſine flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 335. *ſ.* 4. *t.* 2. *f.* 1.
Crocus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 637.
α Crocus alpinus autumnalis. *Bauh. pin.* 65. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 336. *ſ.* 4. *t.* 2. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 120.
Crocus montanus autumnalis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 646.
Creſcit in Thracia, Luſitaniæ *rupibus*, Pyrenæis.
An hæc? a ſequenti pro ſpecie vel an pro ſola varietate ſit habenda dijudicent, quibus dijudicandi eſt facultas.
Stigma *hujus floris eſt, quod ſub nomine* Croci *in officinis proſtat.*

2. CROCUS flore fructui impoſito, *verno.*
Crocus vernus latifolius. (Spec. I———VI.) *Bauh. pin.* 66.
Crocus vernus latifolius, &c. (Spec. XII—XXIX.) *Tournef. inſt.* 352. 353.
Crocus vernus latifolius, &c. (Spec. I—XXIV.) *Boerh. lugdb.* 118. 119. 120.
Varietates hujus ſpeciei infinitæ ſunt, noſtrum vero eſt ſpecies non varietates recenſere.
Lineæ iſtæ albicantes foliorum ſeu ſtriæ longitudinales producuntur a plicatura longitudinali ipſius folii, quod deinde veſtitur pellucida epidermide & anguſta, quæ ſinum folii non intrat, ſed ſtricta tegit.

IRIS. *g. pl.* 29.

1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore unifloro.
Iris ſuſiana, flore maximo ex albo nigricante. *Bauh. pin.* 31. *theatr.* 579. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 351. *ſ.* 4. *t.* 6. *f.* 6. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 124.
Iris calcedonica latifolia. *Beſl. eyſt. vern.* 117. *f.* 1.
Iris latifolia major ſuſiana vel calcedonica, flore majore variegato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 721.
Iris latifolia major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 217.
Creſcendi naturalis locus mihi ignotus eſt; Conſtantinopoli in Belgium tranſportatam fuiſſe anno 1573. *vero notum.*
Flos communiter unicus in caule eſt, omnium maximus, venis obſcuris in campo cinereo discurrentibus ſpectabilis.

2. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro.
Iris vulgaris violacea ſeu purpurea hortenſis & ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 708.

α Iris

α Iris vulgaris germanica ſeu ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 709.
β Iris hortenſis latifolia. *Bauh. pin.* 31. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 124.
Creſcit in editis & clivoſis Germaniæ *inter arbuſta.*

3. Iris corollis barbatis, foliis altitudine caulis multiflori.
Iris lutea, foliis florum repandis variegatis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 271.
Iris latifolia pannonica, colore multiplici. *Bauh. pin.* 31. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 124.
Iris lutea variegata. *Lob. hiſt.* 34. *Bauh. pin.* 32.
Iris lutea variegata ex luteo & purpureo. *Cam. hort.* 80.
Iris lutea variegata camerarii. *Bauh. pin.* 32.
Creſcit in montibus Hungariæ.

4. Iris corollis barbatis, foliis caulem multiflorum ſuperantibus.
Iris humilis, flore atro-purpureo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 125.
Iris humilis major ſaturate purpurea biflora. *Tournef. inſt.* 361.
Chamæiris major ſaturate purpurea. *Bauh. pin.* 33.
Chamæiris latifolia biflora. *Beſl. eyſt. vern.* 114.
Creſcit in Luſitaniæ *rupibus maritimis.*
Obſ. *Dicitur biflora quod bis in anno floreat, non vero quod duos in caule flores gerat, at plures tres vel quatuor communiter.*

5. Iris corollis barbatis, foliis caulem uniflorum ſuperantibus.
Iris humilis minor, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 361. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 125.
Iris humilis latifolia minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 725.
Chamæiris minor, flore purpureo. *Bauh. pin.* 33.
Chamæiris latifolia minor, flore purpureo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 355. *ſ.* 4. *t.* 6. *f.* 15.
Chamæiris latifolia minor. 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 225.
Creſcit in nudis & apertis collibus Pannoniæ & Auſtriæ.
Floruit ad finem aprilis ſub aëre aperto, caulis continebat duo tantum ſibi affixa folia, qui breviſſimus erat, ipſo tubo floris brevior. Spatha diphylla.

6. Iris foliis enſiformibus, corollulis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus.
Iris paluſtris lutea. *Tournef. inſt.* 360.
Iris paluſtris lutea ~~ſeu Acorus adulterinus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 732. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 353. *ſ.* 4. *t.* 6. *f.* 11.~~ *Fl. lapp.* 16.
Pſeudo-iris ſeu ſylveſtris Iris lutea. *Dod. pempt.* 248.
Pſeudo-iris paluſtris. *Beſl. eyſt. vern.* 120.
Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34. *theatr.* 634.
Creſcit ubique per Europam *in paludoſis & ad ripas fluviorum.*

7. Iris foliis enſiformibus, corollulis imberbibus, petalis interioribus longitudine ſtigmatis.
Iris fœtidiſſima ſeu Xyris. *Tournef. inſt.* 360.
Xyris vel Iris maxima fœtida. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 349. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 2.
Xyris. *Lob. hiſt.* 37.
Spatula fœtida. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 31. *Beſl. eyſt. vern.* 121.
Gladiolus fœtidus. *Bauh. pin.* 30. *theatr.* 560.
Creſcit in Hetruria, Galloprovincia, Gallia, Anglia, &c. in dumetis & aggeribus præſertim maritimis.
Obſ. *Folia variant marginibus albis, (argenteis dixiſſem) ſed odore cimicem redolente facile dignoſcuntur modo digitis contrectentur.*

8. Iris foliis linearibus, corollis imberbibus, fructu trigono, caule tereti.
Iris pratenſis anguſtifolia non fœtida altior. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 174.
Iris anguſtifolia 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 227.
Iris tenuifolia major, flore cæruleo & ſtriato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 728.
Creſcit in pratis Auſtriæ & Hungariæ.
Varietas ſæpe occurrit corollâ alba.

9. Iris foliis linearibus, corollis imberbibus, fructu hexagono, caule tereti.
Iris pratenſis anguſtifolia, folio fœtido. *Bauh. pin.* 32.
Iris anguſtifolia 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 228.
Iris tenuifolia michelfeldenſis ſpontanea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 725.
Creſcit in pratis Germaniæ & Hungariæ.

10. Iris foliis linearibus, corollis imberbibus, fructu hexagono, caule ancipiti.
Iris graminea, cui pereunt quotannis folia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 727.
Iris perpuſilla ſylveſtris anguſtifolia. *Lob. hiſt.* 34.
Iris anguſtifolia 6. *Cluſ. hiſt.* 230.
Iris anguſtifolia prunum redolens minor. *Bauh. pin.* 33. *theatr.* 603.
Chamæiris. *Dod. pempt.* 247.
Creſcit in pratis Viennæ *ad radices montium.*
Obſ. *Hujus caulis longe brevior eſt ipſis foliis & communiter procumbens.*

11. IRIS foliis quadragonis.
Iris tuberosa. *Lob hist.* 51.
Iris tuberosa belgarum. *Bauh. hist.* 2. *p* 730.
Iris tuberosa, folio angulosо. *Bauh. pin.* 40.
Iris tuberosa, folio angulosо, flore obscure viridi colore. *Morif. hist.* 2. *p.* 348. *f.* 4. *t.* 5. *f.* 1.
Hermodactylus folio quadrangulo. *Tournef. cor.* 50. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 125.
Crescit in Arabia *& Oriente.*
Differt hæc species a congeneribus manifeste. α Radice *tuberosa.* β Foliis *tetragonis.* γ Petalis *tribus interioribus subulatis omnium floris partium minutissimis.* δ Stigmatis *laciniis tribus ultra medium bifidis.* ε Colore *corollæ virideſcente.*

12. IRIS foliis margine conniventibus, corollis imberbibus.
Iris bulbosa lutea inodora major. *Bauh. pin.* 364.
Iris bulbosa mixta & variegata. *Besl. eyst. æst.* 67. *f.* 2. 3.
Xiphium angustifolium. (Species omnes.) *Tournef. inst.* 364.
Xiphium angustifolium. (Species 2 — 11.) *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 126.
Crescit in Hispania.
Varietates vanitatesque decem possidemus distinctas vel ex corollæ colore; vel corollæ magnitudine; vel corollæ odore; vel foliorum magnitudine, quas ego conjungo, qui distinguit differentiam specificam ut demonstret expeto.
Distinguitur etiam hæc species a congeneribus facillime: Radice bulbosa, & foliis planis (non acie se invicem secantibus) at utroque margine laterali introrsum conniventibus.
Nectarium in hoc genere singulare est. In aliis enim (1 — 5.) lineæ instar ab ungue ad medium extenditur in petalis reflexis barbâ tectum nectarium. In reliquis (6 — 12) communiter tria puncta concava observantur in medio latere germinis infra florem oppositа.
Tournefortius separat hoc genus in tuberosos Hermodactylos, *simpliciter bulbosa* Xiphia, *duplicato bulbosa* Sisyrinchia *& fibroso-carnosas* Irides.
Singulare sane inter omnes flores sunt pistilla hujus generis, quæ Stigmate instruuntur: 1. *vastissimo & quod deprimit petala alterna.* 2. *Situ supra anteras, ut eas tegat & defendat a pluvia,* 3. *Subtus longitudinaliter diviso & membrana vestito* 5. *Dehiscente a petalis juxta basin, quo aëris motus accedat, sine quo vix video fecundationis processum possibilem in singulari hoc flore.*
Petala in hoc genere sex sunt (nec unum), unguibus angusta, inserta tubulo a receptaculo producto germinique imposito.

GLADIOLUS. *g. pl.* 27.

1. GLADIOLUS foliis ensiformibus.
Gladiolus, floribus uno versu dispositis, major. *Bauh. pin.* 41.
Gladiolus sive Xyphion. *Bauh. hist.* 2. *p.* 701.
Victorialis rotunda. *Besl. eyst.* 66. *f.* 2.
Gladiolus, floribus uno versu dispositis, major & procerior, flore purpureo-rubente. *Tournef. inst.* 365; *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 365.
Gladiolus. *Riv. mon.* 163.
α Gladiolus, floribus uno versu dispositis, major & procerior, flore candicante. *Tournef. inst.* 365.
β Gladiolus, floribus uno versu dispositis, minor & humilior. *Tournef. inst.* 365.
γ Gladiolus, floribus uno versu dispositis, minor. *Tournef inst.* 366.
δ Gladiolus carnei coloris. *Tournef. inst.* 365. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 127.
ε Gladiolus utrinque floridus. *Bauh pin.* 41. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 126.
Gladiolus utrinque floriferus. *Dod. pempt.* 209.
ζ Gladiolus utrinque floridus, flore rubro. *Tournef. inst.* 366.
η Gladiolus utrinque floridus, flore albo. *Tournef. inst.* 366. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 127.
Crescit in Italia *& circa* Monspelium.

2. GLADIOLUS foliis linearibus. *Vid Tab.*
Gladiolus africanus, folio gramineo, floribus carneis, macula rhomboidea purpurea inscriptis, uno versu positis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 127.
Crescit in Africa.
Eandem hanc dicerem, vel saltem varietatem cum Gladiolo, angusto gramineo folio. Bauh. pin. 41. prod. 26. *nisi caulis omnino repugnaret, qui in nostra anceps est, in Bauhiniana vero teres.*
Plantam quam naturali fere magnitudine exhibemus differt ab antecedenti. α *Quod tenuissimus sit* caulis *& fere ad terram nutans, pedalis & sesquipedalis, anceps.* β Foliis *radicalibus instructa vix ullis, at infimo caulis, longitudine totius plantæ, lineari, sensim desinente in acumen, vix caule latiore.* γ Flores *uno versu positi; quorum tubus ter quaterve longior est suo limbo.* δ *Acutissimis deinde & æqualibus fere laciniis petali omnibus.* ε *Macula rhomboidea in singula lacinia labii inferioris versus faucem linea terminatur. Hæc ma-*

GLADIOLUS foliis linearibus. *Hort. Cliff. p.* 20. *ſp.* 2.

a *Bulbus.*
b *Caulis.*
c *Folium infimum caulis.*
d *Corolla longitudinaliter diſſecta.*
e *Piſtillum.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

macula ſanguinei eſt coloris, in medio vero nullus color præter communem. ζ *Totius corollæ communis color flaveſcens & maculæ iſtæ rhomboideæ â parte exteriori obſoleto-ſanguineæ ſunt.* η *Flores omnes ſurſum verſi ſunt.*

COMMELINA. *g. pl.* 30.

1. COMMELINA, foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente, petalis duobus majoribus.
Commelina procumbens annua, ſaponariæ folio. *Dill. elth.* 93. *t.* 78. *f.* 89.
Commelina graminea latifolia, flore cæruleo. *Plum. gen.* 48. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 237.
Ephemerum africanum annuum, flore bipetalo. *Herm. lugdb.* 231.
Ephemerum braſilianum ramoſum procumbens bipetalon, foliis mollioribus. *Herm. par.* 145.
Ephemerum phalangoides dipetalon africanum annuum, flore dipetalo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 606. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 3.
Dipetalos braſiliana, foliis gentianæ aut plantaginis. *Raj. hiſt.* 1332.
Planta innominata prima, *Marcgr. braſ.* 8. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 187.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei, *in* Braſilia, Jamaica *& aliis Americæ locis ad ripas rivulorum & in teſquis.*
Mira ſtructura floris hujus generis & ſine pari. In hac petala duo magna ſpecioſa & nitentia, tertium oppoſitum his parvum, obſoletum, rude, calycique ſimillimum. Quid monſtri in ſtaminibus? quid corpora iſta in tribus alternis filamentis cruciformia? An nectariferæ glandulæ? An Antheræ? Certe ſi antheræ eſſent farinam proferrent ut reliquæ alternæ, ſed nec hanc præbent, niſi forte tertia harum alterâ extremitate trifida, altera integra, quæ in margine minutiſſima linea pulverifera pingitur! Mirum involucrum florum, vel an folium dicam? conchæ inſtar cunni marini dictæ formatum! an ſpatha? an folium?
Dixit hanc plantam, cujus duo petala ſplendida excreſcunt, minori evadente tertio, a Commelinis *duobus iſtis, quorum laboribus floruit quondam Botanica in Belgio.* PLUMIER.
Lepide exſerit planta ſuos flores extra ſpatam ſuam cordiformem eo, quo floret tempore, moxque peracta floreſcentia eos retrahit & condit, intra calycem prædictum, fructum, ne frigore vel externis lædatur injuriis.

2. COMMELINA foliis ovato-lanceolatis, petalis tribus majoribus æqualibus.
Commelina radice Anacampſerotis. *Dill. elth.* 94. *t.* 79. *f.* 90.
Ephemerum mexicanum erectum, ſerrato folio. *Herm. par.* 150.
Ephemerum phalangoides mexicanum, radice palmata. *Pluk. phyt.* 134.
Matlalytztic Tetzocana. *Hernand. mex.* 253.
Creſcit in Mexico *& adjacentibus Americæ regionibus.*
Si hæc ſpecies viſa fuiſſet Plumiero, nullo modo diremiſſet Commelinæ *&* Zanoniæ *genus. Hæc enim gaudet flore Zanoniæ, fructu vero Commelinæ proximo.*
Fructu gaudet hæc triloculari, antecedens vero biloculari.

CYPERUS. *g. pl.* 32.

1. CYPERUS culmo tereti ſpicas infra apicem ferente.
Gramen junceum perpuſillum, capillaceis foliis, æthiophicum. *Pluk. alm.* 179. *t.* 300. *f.* 5.
Gramen cyperoides minimum, ſpicis pluribus compactis ex oblongo-rotundis. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 120. *t.* 79. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 625.
Creſcit in Jamaica.
E ſeminibus ſatis excreſcit foliis *numeroſiſſimis radicalibus in tophum congeſtis, quæ ſcapo ipſi ſimillima ſunt, at paulo breviora.* Scapus *nudus, teres, ſetæ porcinæ figura, debilis, communiter decumbens, longitudine digitalis vel ſpithamæus.* Spicæ *tres vel quinque pollicis transverſi ſpatio infra apicem culmi, ex uno eodemque puncto, prodeunt partim ſeſſiles, partim breviſſimis pedunculis propriis innixæ. Spica ſingula ovata, undique imbricata;* ſemen *ſub ſquama ſingula, triquetrum, abſque ulla hirſutie.*
Fateor faciem hujus plantæ omnino Scirpi eſſe, ſcapus enim nudus, enodis, teres, ſpicæ infra apicem, attamen cum ſemina ſint exacte nuda: vel ad Cyperum amandari debet, vel etiam Cyperus & Scirpus conjungi in uno eodemque genere.

SCIRPUS. *g. pl.* 33.

1. SCIRPUS culmo nudo, ſpica terminatrice ſubrotunda.
Juncus aquaticus geniculatus, capitulis equiſeti, minor. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 122. *t.* 75. *f.* 2.
Creſcit & hæc in inſula Jamaica.
Differt omnino ſpecie hic ſcirpus a Scirpis, equiſeti capitulo, europæis, *facies enim abſolute diverſa eſt, ſpica ſubgloboſa, ſquamæ calycinæ proportione majores, caulis tenuior vix ſpithamæus*

mæus, ſemina nullo pappo inſtructa præter baſes filamentorum ſub ſquamis calycinis retentorum.

ERIOPHORUM. *g. pl.* 34.

1. ERIOPHORUM ſpicis pendulis. *Fl. lapp.* 22.
Linagroſtis panicula ampliore. *Tournef. inſt.* 664. *Vaill. par.* 117. *t.* 16. *f.* 1. *Scheuch. hiſt.* 306.
Gramen eriophorum. *Dod. pempt.* 552.
Gramen pratenſe tomentoſum, panicula ſparſa. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 61.
Gramen tragi ſeu juncus bombycinus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 514.
α Linagroſtis panicula minore. *Tournef. inſt.* 664. *Vaill. par.* 117. *t.* 16. *f.* 1.
Creſcit vulgaris per Europam ſeptentrionalem.

SCHOENUS.

1. Schœnus floſculis ſpicatis.
Melanoſchœnus paluſtris anguſtifolius, junci facie, lithoſpermi ſemine. *Mich. gen.* 46.
Juncus lævis minor, panicula glomerata nigricante. *Raj. ſyn.* 430. *hiſt.* 1305. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 28.
Juncus lithoſpermi ſemine. *Mor. bleſ.* 135.
Gramen ſpicatum, junci facie, lithoſpermi ſemine. *Tournef. inſt.* 518.
Junco affinis, capitulo glomerato nigricante. *Scheuch. hiſt.* 349.
Creſcit in humectis littoribus arenoſis & tumulis maritimis Belgii, Italiæ & Helvetiæ.

2. SCHOENUS floſculis faſciculatis.
Cyperus paluſtris hirſutus minor, paniculis albis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 239. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 39.
Juncus paluſtris glaber, floribus albis. *Vaill. par.* 118.
Cyperella paluſtris, capitulis florum umbellatim compactis primum albis, deinde fulvis. *Mich. gen.* 53.
Gramen luzulæ accedens glabrum & in paluſtribus proveniens paniculatum. *Pluk. alm.* 178. *t.* 36. *f.* 11.
Gramen cyperoides paluſtre leucanthemum. *Scheuch. hiſt.* 503.
Creſcit vix ullibi copioſius quam in Lapponiæ *deſertæ paludibus.*

DIGYNIA.

NARDUS. *g. pl.* 52.

1. NARDUS ſpica lineari. *Fl. lapp.* 40.
Spartum parvum lobelio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 512.
Spartum parvum noſtras. *Lob. ic.* 90.
Gramen ſparteum minus, ſeu hollandicum. *Bauh. pin.* 5.
Gramen ſparteum hollandicum, ſeu capillaceo folio minus. *Bauh. theatr.* 70.
Gramen ſparteum juncifolium. *Bauh. pin.* 5. *Scheuch. hiſt.* 90.
Gramen loliaceum minimum, foliis junceis, panicula unam partem ſpectante. *Tournef. inſt.* 517.
Creſcit ubique per tumulos arenoſos maritimos Belgii.

CYNOSURUS. *g. pl.* 36.

1. CYNOSURUS.
Gramen criſtatum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 468.
Gramen pratenſe criſtatum, ſeu ſpica criſtata lævi. *Bauh. pin.* 3. *theatr.* 43. *Scheuch. hiſt.* 79.
Gramen typhinum, plantaginis ſpica, glumis digitatis, heteromallon majus. *Barr. rar. t.* 27. *f.* 1.
Creſcit vulgare per Belgium & Europam *ſuperiorem.*

PHLEUM. *g. pl.* 37.

1. PHLEUM ſpica longiſſima cylindracea. *Fl. lapp.* 39.
Gramen typhoides maximum, ſpica longiſſima. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 49.
Gramen typhoides aſperum primum. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 51.
Gramen typhoides aſperum alterum. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 52.
Gramen, cum cauda muris majoris longa, majus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 472.
Gramen, cum cauda muris, minus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 471.
Gramen typhoides maximum, ſpica longiſſima. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 1.
Gramen typhoides medium, ſive vulgatiſſimum. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 4. *f.* 2.
Creſcit per Europam *in pratis juxta vias & agros frequens.*
Tres iſtas varietates a Caſp. Bauhino *datas, ex authoritate Vaillantii paris* 83., *conjunxi, qui vero diſtinguere velit, aliam, quam magnitudinis, rationem exhibere tenetur.*

2. PHLEUM

2. PHLEUM ſpica ovata, caule ramoſo.
Gramen typhinum maritimum minus. *Raj. hiſt.* 1267. *ſyn.* 392. *Scheuch. hiſt.* 63. *Pluk. alm.* 177. *t.* 33. *f.* 3. *opt.*
Creſcit in campis & montibus arenoſis, vulgare per Belgium, *extra quod non adeo frequens habetur.*
Scapus eſt altitudine digiti, ultimi folii ipſius culmi vagina magna & ventricoſa eſt, ſpathæ inſtar, & rami ſpiciferi, licet non ſemper, ex alis foliorum producuntur, attamen communiter eorum rudimenta apparent, vel foliola duo.

PHALARIS. *g. pl.* 38.

1. PHALARIS radice annua.
Phalaris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 442. *Dod. pempt.* 510.
Phalaris major, ſemine albo. *Bauh. pin.* 158. *theatr.* 534. *Scheuch. hiſt.* 52.
Gramen ſpicatum, ſemine miliaceo albo. *Tournef. inſt.* 528.
α Phalaris major, ſemine nigro. *Bauh. pin.* 28.
Creſcit in inſulis Fortunatis, ſeu Canariis, Hetruria, Hiſpania *& Gallia narbonenſi.*

UNIOLA. *g. pl.* 885.

1. UNIOLA.
Gramen myloicophoron oxyphyllon carolinianum ſ. Gramen altiſſimum, panicula maxima ſpecioſa, e ſpicis majoribus compreſſiuſculis utrinque pinnatis, blattam molendinariam quodommodo referentibus, compoſita, foliis convolutis mucronatis pungentibus. *Pluk. alm.* 173. *t.* 32. *f.* 6.
Gramen myloicophoron oxyphyllon carolinianum. *Catesb. ornith.* 32. *t.* 32. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 203.
Creſcit in Carolina *Americæ ſeptentrionalis.*
Spiculæ ſingulæ ovatæ ſunt, compreſſæ, undique acie acuta cinctæ, in paniculam inordinatam digeſtæ, præſertim ſingulare eſt gramen calyce ſuo multiplici, quod in graminum familia rarum.

BRIZA. *g. pl.* 39.

1. BRIZA ſpicis ovatis, floſculis ſeptendecim.
Gramen tremulum maximum. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 24. *prod.* 5. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 470. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 203. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 48. *Scheuch. hiſt.* 202.
Gramen tremulum, panicula longiore & laxiore, colore candicante. *Cluſ. poſt.* 71.
Gramen paniculatum, locuſtis maximis candicantibus tremulis. *Tournef. inſt.* 523.
α Gramen paniculatum, locuſtis maximis phœniceis tremulis. *Tournef. inſt.* 523.
Gramen tremulum, fuſco ſeu fumigato colore. *Cluſ. poſt.* 38.
Gramen amabile tremulum, panicula ſpadicea. *Griſl. luſit.*
Gramen phalaioides majus, ferruginea nutante panicula. *Barr. rar. t.* 15. *f.* 1.
Creſcit in montibus Italiæ.
Spicula ſingula circiter ſeptendecim floſculis componitur.

2. BRIZA ſpicis ovatis, calyce floſculis brevioribus.
Gramen tremulum vulgare minus, locuſtis rotundioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 203. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 45.
Gramen tremulum majus. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 22. *Scheuch. hiſt.* 204.
Gramen tremulum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 469.
Gramen paniculatum majus, locuſtis magnis candicantibus tremulis. *Tournef. inſt.* 523.
α Gramen paniculatum majus, locuſtis magnis phœniceis tremulis. *Tournef. inſt.* 523.
Creſcit vulgare gramen per Europam *in pratis ſiccioribus.*
Spicula ſingula ſeptem circiter floſculis componitur, quorum calyx minor, vel ad minimum longitudine æqualis eſt cum ipſis floſculis.

3. BRIZA ſpicis triangularibus, calyce floſculis longiore.
Gramen tremulum minus, panicula ampla, locuſtis parvis triangularibus. *Raj. ſyn.* 412.
Gramen tremulum minus, locuſta deltoide. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 202. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 47. *opt.*
Gramen tremulum minus, panicula parva. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 25. *prod.* 4. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 208. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 46. *mala.*
Gramen tremulum minus, locuſtis parvis tremulis. *Tournef. inſt.* 525.
Creſcit in montibus ſterilibus Helvetiæ *&* Italiæ.
Spicula ſingula ſeptem floſculis communiter inſtruitur, quorum calyx ipſis floſculis longior eſt.

LOLIUM. *g. pl.* 43.

1. LOLIUM ſpicis ariſtatis, radice annua.
Lolium verum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 181. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 1.

Lolium gramineum ſpicatum, caput tentans. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 437.
Gramen loliaceum, ſpica longiore. *Bauh. pin.* 9. *theatr.* 121. *Scheuch. hiſt.* 31.
Creſcit in agris cum ſegete, præſertim Lino & Avena ſat vulgare in Europa.

2. LOLIUM ſpicis muticis, radice perenni.
Lolium ſpicis compreſſis, radice perenni. *Fl. lapp.* 32.
Gramen loliaceum, ſpica ſimplici, vulgare. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 2.
Gramen loliaceum, anguſtiore folio & ſpica. *Bauh. pin.* 9. *theat.* 128. *Scheuch. hiſt.* 25.
Phœnix lolio ſimilis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 436.
Phœnix ſeu Lolium murinum. *Dod. pempt.* 540.
Creſcit vulgare in Europa *ad margines viarum & agrorum.*

TRITICUM. *g. pl.* 44.

1. TRITICUM radice repente, foliis viridibus. *Fl. lapp.* 33.
Gramen loliaceum, radice repente, ſeu Gramen officinarum. *Tournef. inſt.* 516.
Gramen caninum repens vulgatius. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 178. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 8.
Gramen caninum, ſpicæ triticeæ aliquatenus ſimile. *Raj. meth.* 171.
Gramen canicum arvenſe. *Bauh. pin.* 1. *theat.* 7.
Gramen medicatum. *Lob. hiſt.* 11.
Creſcit ubique in locis cultis per Europam *frequens.*

2. TRITICUM radice annua, ſpica mutica.
Triticum hybernum, ariſtis carens. *Bauh. pin.* 21. *theat.* 352.
Triticum vulgare, glumas triturando deponens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 407.
Siligo ſpica mutica. *Lob. hiſt.* 14.
Creſcit ſpecies tritici (an hæc vel alia?) in Creta *& negligitur, unde Honorius Belli ſemina ad Cluſium miſit, quare non abs ratione Cretenſes, Diodoro Siculo referente, ſibi perſuaſerunt Triticum primo a Cerere in Creta inventum fuiſſe.* Rajus.

3. TRITICUM radice annua, ſpica glabra ariſtata.
Triticum æſtivum. *Bauh. pin.* 21.
Triticum trimeſtre. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 10.

4. TRITICUM radice annua, glumis villoſis.
Triticum ſpica villoſa quadrata breviore & turgidiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 176. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 14.
α Triticum ſpica multiplici. *Bauh. pin.* 21. *theat.* 361. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 175. *ſ.* 8. *t.* 1. *f.* 7.
Triticum cum multiplici ſpica, glumas facile deponens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 407.
Varietas α ſpica compoſita gaudet.
Obſ. *Uti Pyra & Poma per culturam infinitis luſere varietatibus, ſic & Triticum, cujus longe pauciores ſunt ſpecies quam vulgo creditur.*

HORDEUM. *g. pl.* 45.

1. HORDEUM floſculis omnibus hermaphroditis.
Hordeum polyſtichum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 429.
Hordeum polyſtichum vernum. *Bauh. pin.* 22. *theat.* 439.
Hordeum. *Dod. pempt.* 501.
α Hordeum polyſtichum hybernum. *Bauh. pin.* 22. *theat.* 438.
Creſcendi naturalis locus ignoratur.

2. HORDEUM floſculis lateralibus maſculis muticis.
Hordeum diſtichum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 429. *theatr.* 440. *Dalech. hiſt.* 398.
Creſcit in montibus Ananienſibus *tam in pratis quam ſylvis copioſe.* Matth.

2. LYSIMACHIA foliis lanceolato-linearibus, caulem & ramos ſpicâ ovata terminante.
Lyſimachia orientalis anguſtifolia, flore purpureo. *Tournef. cor.* 7. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 203.
α Lyſimachia orientalis minor, foliis glaucis annuentibus, flore purpureo. *Till. piſ.* 106. *t.* 40. *f.* 2.
Creſcit in Oriente.

3. LYSIMACHIA foliis lanceolatis, corymbo terminatrici. *Fl. lapp.* 81.
Lyſimachia lutea major. *Bauh. pin.* 245. quæ dioſcoridis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 202.
Lyſimachia lutea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 901.
Lyſimachium luteum. *Dod. pempt.* 84.
Nummularia erecta rivini. *Rupp. jen.* 14.

Blattaria ſpuria altera lutea. *Volck. norib.* 65.
Blattariæ affinis planta major, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 491. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 14.
α Lyſimachia lutea major, quæ dioſcoridis, foliis ternis. *Tournef. inſt.* 245.
β Lyſimachia lutea major, quæ dioſcoridis, foliis quaternis. *Tournef. inſt.* 245.
γ Lyſimachia lutea major, quæ dioſcoridis, foliis quinis. *Tournef. inſt.* 245.
Creſcit vulgaris per Europam *juxta aquas in incultis & arenoſis.*

4. LYSIMACHIA foliis lanceolatis, floribus ſolitariis.
Lyſimachia lutea minor, foliis nigris punctis notatis. *Bauh. pin.* 245.
Lyſimachia lutea minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 902.
Lyſimachia lutea 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 52.
Blattariæ affinis planta minor, flore luteo, foliis nigris punctis notatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 491. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 15.
Creſcit juxta lacum Harlemenſem in Belgio *arundinibus mixta, ut fertur, mihi tamen viſa non dum fuit ſpontanea;*

5. LYSIMACHIA ex alis foliorum thyrſifera. *Fl. lapp.* 82.
Lyſimachia bifolia, flore globoſo luteo. *Bauh. pin.* 245. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 202. non ſynonyma omnia.
Lyſimachia altera lutea lobelio, flore quaſi ſpicato, *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 902.
Lyſimachia lutea 3. ſive minor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 53.
Lyſimachia lutea altera lobelii. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 53.
Creſcit vulgaris per Europam *juxta rivulos.*

6. LYSIMACHIA foliis ſubrotundis, floribus ſolitariis, caule procumbente.
Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore luteo. *Tournef. inſt.* 141.
Nummularia major lutea. *Bauh. pin.* 309.
Nummularia major, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 567. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 1.
Nummularia. *Dod pempt.* 600.
Creſcit in pratis & juxta agros ſcrobesque, in Germania, Belgio & Anglia.

7. LYSIMACHIA foliis ovato-acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente.
Lyſimachia humifuſa, folio ſubrotundo acuminato, flore luteo. *Tournef. inſt.* 142.
Nummularia, quæ Lyſimachia lutea, folio ſubrotundo acuminato, flore luteo. *Vaill. par.* 144.
Anagallis lutea nemorum *Bauh. pin.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 203. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 569. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 5.
Anagallis lutea, nummulariæ ſimilis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 370.
Anagallis. *Cluſ hiſt.* 2. *p.* 182.
Creſcit in Germania, Anglia, Gallia *in ſylvis & nemoribus glareoſis.*
Fateor hanc plantam ex facie & corolla ac calyce magis ad Anagallidem pertinere quam Lyſimachiam; attamen cum ſtamina glabra ſint, cum capſula quinquefariam dehiſcat ut in Lyſimachiis (nec ſtamina barbata ſint, nec capſula horizontaliter diſſiliat ut in Anagallide) hanc cum Tournefortio ad Lyſimachias redigo, vel nullas Lyſimachiam inter & Anagallidem video differentias genericas.

ANAGALLIS. *g. pl.* 122

1. ANAGALLIS foliis ovatis.
Anagallis flore phœniceo & cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 1. 2.
Anagallis phœniceo flore. *Bauh. pin.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 204.
Anagallis phœnicea major. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 369.
Anagallis mas. *Dod. pempt.* 32.
α Anagallis cæruleo flore. *Bauh. pin.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 204.
Anagallis cærulea fœmina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 369.
Anagallis fœmina. *Dod. pempt.* 32.
β Anagallis floribus carneis. *Tournef. inſt.* 142.
γ Anagallis floribus obſolete purpureis *Tournef. inſt.* 142.
δ Anagallis phœnicea, foliis amplioribus ex adverſo quaternis. *Tournef. inſt.* 142.
Creſcit in Scania, Germania, Belgio, *& maxima Europæ parte.*

2. ANAGALLIS foliis lanceolatis.
Anagallis cærulea, foliis binis ternisve ex adverſo naſcentibus. *Bauh. pin.* 252. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 569. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 204.
Anagallis tenuifolia monelli. *Cluſ. app. alt.*
Creſcit forte Gadibus *unde ſemina accepit Joh. Monellus Tornacenſis atque eadem cum Cluſio communicavit Ao.* 1602.

MENYANTHES. *g. pl.* 117.

1. MENYANTHES foliis ternatis. *Fl. lapp.* 80.
Menyanthes paluſtre latifolium & triphyllum. *Tournef. inſt.* 117. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Menoanthes paluſtre latifolium & triphyllum. *Till. piſ.* 113.
Menianthes trifoliata paluſtris antiſcorbutica, floribus fimbriatis in ſpicam diſpoſitis. *Pluk. alm.* 247.

Me-

Menianthes paluſtre. *Dalech. hiſt.* 1020. *figura duplex.*
Acopa dioſcoridis *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 604. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1.
Trifolium paluſtre. *Bauh. pin.* 327. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 389. *Dod. pempt.* 580.
α Trifolium paluſtre anguſtifolium & triphyllum. *Tournef. inſt.* 117.
Creſcit vulgaris per Europam, *præſertim ſeptentrionalem, in paludibus carecto aſperſis.*

2. MENYANTHES foliis orbiculatis, corollis margine laceris.
Nymphoides aquis innatans. *Tournef. inſt.* 153. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 282.
Nymphæa lutea minor, flore fimbriato. *Bauh. pin.* 194.
Nymphæa minor lutea, flore fimbriato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 772.
Creſcit omnium copioſiſſime in foſſis publicis per Belgium.
Utrum Micronymphæa Boerh. ſit hujus generis nec ne, incertus hæreo, qui eandem nec ſponte, nec in hortis, nec in Herbariis Botanicorum videre potui, licet per Belgium ſponte naſci referatur, egoque eam ſedulo quæſiverim.

SWERTIA. *g. pl.* 126

1. SWERTIA.
Gentiana paluſtris latifolia, flore punctato. *Bauh. pin.* 188. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 482. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 11. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Gentiana pennæi cærulea punctata. *Raj. hiſt.* 721.
Gentiana 12, punctato flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 316.
Gentiana cærulea punctata annua pennæi, 12. cluſii. *Barr. rar.* 2. *t.* 91.
Gentianella alpina minima, nervoſo pyrolæ aut bellidis globulariæ folio nigricante, paluſtris ſabauda. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 168. *t.* 119.
Creſcit in Bokemuto Suitenſium *monte & in pratis humidioribus vallis Barſilionenſis, præſertim in pratis montis* la Chapelanie *dicti.*
Removi hanc a Gentianis ob cauſas non læves. Tubus corollæ in hac nullus, in Gentianis præſens; Nectaria ſingularia, nec in ulla alia planta ſimilia; Stigma ſimplex, nec ut in reliquis duplex; capſulam non abſolute Gentianæ genus ab omnibus aliis dirimere notum eſt; multæ enim gaudent capſula bivalvi, unilocculari, marginibus involutis, nec Gentianæ generis ſunt, uti Mitella, Heucheria, &c.
Dixi plantam hanc, cujus flores multis gaudent cyatulis, ut in orbiculo pictorio poſitis, ab Emanuele Swertio, *cui tot egregie depictas debemus plantas.*

PLUMBAGO. *g. pl.* 123.

1. PLUMBAGO foliis amplexicaulibus.
Plumbago quorundam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 124. *Tournef. inſt.* 140. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 77.
Plumbago plinii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 599. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 1. *Raj. hiſt.* 394.
Dentillaria rondeletia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 941.
Lepidium dentillaria dictum. *Bauh. pin.* 97.
Tripolium dioſcoridis. *Column. ecphr.* 1. *p.* 160.
Sarcophago cretenſibus; Phrocalida in Lemno; Mauronia in Lesbiis. *Bell. itin.*
Creſcit toto tractu maritimo a Neapoli *ad* Romam, *circa* Syracuſas *in Sicilia &* Monſpelium *in Gallia. Semper in locis meridiei expoſitis, (numquam ſeptentrionali plagæ:) maris afflatui ſubjectis.*

2. PLUMBAGO foliis petiolatis.
Plumbago ceylanenſis, folio ſplendente ocymaſtri, flore lacteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 77. *Burm. zeyl.* 195.
Plumbago americana, viticulis longioribus, ſempervirens ex vera cruce. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 599.
Dentellaria lychnoides ſylvatica ſcandens, flore albo. *Sloan. flor.* 91. *hiſt.* 1. *p.* 211. *t.* 133. *f.* 1. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 245.
Lychnis indica ſpicata, ocymaſtri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm hort.* 2. *p.* 169. *t.* 85.
Herba indica, flore e tubo oblongo in quinque foliola expanſo, calyce hiſpido, vaſculo ſeminali monoſpermo. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 550.
Tumba-Coiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 15. *t.* 8.
α Schetti-codiveli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 17. *t.* 9. varietas major floribus purpureis.
Creſcit in utraque india. Malabaria, Zeylona, vera Cruce, Jamaica, *&c.*

MIRABILIS. *g. pl.* 139.

1. MIRABILIS.
Mirabilis rivini, Jalappa tournefortii. *Rupp jen.* 1.
Mirabilis peruviana. *Raj. hiſt.* 398.
Mirabile peruvianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 598. *ſ.* 15. *t.* 1. *f.* 1.
Admirabilis peruviana, rubro flore. *Sloan flor.* 91.
Jeſminum mexicanum ſive flos mexicanus multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 814.

Tlaquilin. *Hern. mex.* 279.
Andi malleri. *Rheed. mal.* 10. *p.* 149 *t.* 75.
Fooſen. *Kæmpf. jap.* 910.
α Jalapa officinarum. *Mart. cent.* 1.
Jalapa officinarum, fructu rugoſo. *Tournef. inſt.* 130. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 78.
Jalapa flore purpureo, fructu rugoſo. *Plum. ſpec.* 3.
Jalapium & Mechoacana nigra. *Dal. pharm.* 285. *app.* 162.
Convolvulus americanus Jalapium dictus. *Raj. hiſt.* 724.
Bryonia mechoacana nigricans. *Bauh. pin.* 293 *prod.* 135. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 151.
β Mirabilis peruviana, flore parvo. *Herm. lugdb.* 428.
Jalapa parvo flore. *Tournef. inſt.* 130. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 78. *Burm. zeyl.* 124.
Solanum mexiocanum, flore parvo. *Bauh. pin.* 168.
Solanum mexiocanum, Jaſminum indicum dictum, flore parvo. *Bauh. prod.* 91.
γ Jalapa flore exalbido. *Tournef. inſt.* 129.
Admirabilis peruviana, albo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 90.
δ Jalapa flore purpureo. *Tournef. inſt.* 129.
Jalappa vera, mirabilis peruviana. *Munt. cult.* 218.
Mirabilis peruviana, purpureo flore. *Herm. lugdb.* 428.
Admirabilis peruviana, rubro flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 87. *Sloan. flor.* 91.
Solanum mexiocanum, flore magno. *Bauh. pin.* 168.
ε Jalapa flore flavo. *Tournef. inſt.* 129. *Pont. anth.* 31. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 77.
ζ Jalapa flore obſolete rubente. *Tournef. inſt.* 129.
η Jalapa flore ex purpureo & luteo mixto. *Tournef. inſt.* 129.
ϑ Jalapa flore ex rubro-luteo & albo mixto. *Tournef. inſt.* 129.
ι Jalapa flore ex albo & purpureo dimidiatim commixtis notato. *Tournef. inſt.* 129.
κ Jalapa flore albo, purpureis maculis inæqualibus & latis vel minutis tam punctatim quam virgatim aſperſo. *Tournef. inſt.* 129.
λ Jalapa flore ex albo & rubro elegantiſſime variegato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 78.
μ Jalapa flore radiis flavis diſtincto.

Creſcit in utraque India, in Zeylona, Malabaria, Jamaica, Peru, Mexico, Japonia, *&c.*

Mirabilis eſt planta, quæ (ζ. η. ϑ. ι. κ.) in una eademque planta omnes corollas diverſe coloratas producere poteſt; ut in Impatiente. Mirabilis eſt planta fructu, cujus nectarium eſt corollæ ſuppoſitum & perſiſtens induratum tegit ſemen. Mirabilis eſt radix, quæ licet ſub jalappæ nomine dudum nota in officinis & quoad plantam ſub Mirabilis nomine in hortis, tamen proſapiem ſuam occultare potuit in Muntingii & Plumierii tempus. Mirabilis eſt planta quæ tam ſpecioſos flores nocti atræ objicit, & ſereno diei ſubtrahit, unde lepide a Sallis belle de nuit ſeu pulchra per noctem dicitur. Mirabilis eſt planta quæ primariis Botanicis miro modo impoſuit, ut fines multiplicationis unius ſpeciei vix attingere potuerint.

CHIRONIA. *g. pl.* 336.

1. CHIRONIA herbacea, foliis linearibus.
Centaurium minus africanum, caryophylli folio, flore ſuaverubente. *Tournef. inſt.* 123.
Centaurium lini foliis & facie, flore amplo ſuaverubente, capitis bonæ ſpei. *Breyn. prod.* 2. *p.* 27.
Centaurium minus caryophylloides africanum ſempervirens. *Herm. prod.* 321. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 223.
Rapuntio affinis lini facie, capitis bonæ ſpei. *Breyn. cent.* 175. *t.* 90.
Creſcit in herboſis Capitis bonæ ſpei.
Diſtinguitur hæc a 2. Chironia fruteſcente. *Centaurium minus africanum arboreſcens latifolium, flore ruberrimo. Comm. rar.* 8. *t.* 8. 3 Chironia baccifera. *Centaurium minus africanum arboreſcens pulpiferum. Comm. rar.* 9. *t.* 9. 4. Chironia foliis lanceolatis trinerviis. *Lyſimachia folio ſinuato acuminato trinervio, flore cæruleo amplo, calyce carinato alato. Burm. zeyl.* 145. *t.* 67.

VERBASCUM. *g. pl.* 153.

1. VERBASCUM foliis ovatis ſubtus incanis crenatis, ſpica laxa, rarius ramoſa.
Verbaſcum perenne, flore luteo, ſtaminibus purpureis. *Vaill. par.* 99. §. 4.
Verbaſcum nigrum. *Dod. pempt.* 144.
Verbaſcum nigrum, flore ex luteo-purpuraſcente. *Bauh. pin.* 240. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 228.
Verbaſcum nigrum, flore parvo, apicibus purpureis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 873.
Creſcit vulgare per Europam ſeptentrionalem *in locis ruderatis.*

2. VERBASCUM foliis ovato-acutis ſubtus villoſis crenatis, ſpicis laxis lateralibus & terminatricibus.
Verbaſcum lychnitis, flore albo parvo. *Bauh. pin.* 240. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 228.
Verbaſcum flore albo parvo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 873.
Verbaſcum foliis incanis, floribus albis parvis racematim provenientibus, cum ſtaminibus itidem albis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 486. *ſ.* 5. *t.* 9. *f.* 4.
Verbaſcum fœmina. *Lob. hiſt.* 303.

Ver

Verbaſcum fœmina lobelii. *Dalech. hiſt.* 1300.
Phlomi lychnitis matthioli. *Dalech hiſt.* 1303.
Creſcit in Cantio Angliæ *ad vias.*

3. VERBASCUM caule ſimplici, ſuperne floribus ſeſſilibus clavato, foliis utrinque lanigeris.
Verbaſcum mas latifolium luteum. *Bauh. pin.* 239. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 227.
Verbaſcum vulgare, flore luteo magno, folio maximo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 871.
Verbaſcum, foliis incanis, mas latifolium, floribus luteis arcte caulibus adhærentibus, ſine foliis anguſtis inter flores emanantibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 485. *ſ.* 5. *t.* 9. *f.* 1.
Verbaſcum latius. *Dod. pempt.* 143.
Verbaſcum 1. *Dalech. hiſt.* 1298.
Thapſus barbatus. *Ger. hiſt.* 287.
α Verbaſcum, foliis incanis, maximum odoratum meridionalium, floribus luteis & albis arcte caulibus adhærentibus, & foliis multis anguſtis inter flores emanantibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 485. *ſ.* 5. *t.* 9. *f.* 2.
Verbaſcum maximum meridionalium odoratum luteum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 871.
Verbaſcum fœmina, flore albo. *Bauh. pin.* 239. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 227.
Verbaſcum fœmina, flore luteo magno. *Bauh. pin.* 239. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 227.
β Verbaſcum fœmina, flore albo. *Bauh. pin.* 239. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 227.
Creſcit in apricis & exaridis ſylvaticis inter congeſta ſaxa in Suecia, Anglia, Germania.
Variat & hæc & antecedentes plurimis modis, unde totidem diverſæ obtruduntur ſpecies.

4. VERBASCUM foliis ovatis crenatis nudis ſcabris, caule ramoſo.
Blattaria purpurea. *Bauh. pin.* 241. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 217.
Blattaria flore cæruleo vel purpureo. *Bauh. pin.* 3. *p.* 875.
Blattaria perennis, flore violaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 488.
Creſcit (ut fertur) in Gallia Narbonenſi.

5. VERBASCUM annuum, foliis oblongis ſinuatis obtuſis glabris.
Blattaria annua, flore minore luteo vel albo, ſtaminibus purpureis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 489. *ſ.* 5. *t.* 10. *f.* 6.
Blattaria lutea, folio longo laciniato. *Bauh. pin.* 240. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 228.
Blattaria lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 874.
Blattaria. *Dod. pempt.* 145.
α Blattaria flore albo corvini. *Barr. rar.* 17. *f.* 1249.
Creſcit in Italia, Gallia Narbonenſi, Germania *juxta ripas fluviorum, in terra lutoſa.*
Variat innumeris modis, præſertim colore corollæ.

DATURA. *g. pl.* 135.

1. DATURA pericarpiis erectis ovatis.
Stramonia ſeu Datura major fœtida, pomo ſpinoſo oblongo. *Herm. lugdb.* 583.
Stramonia altera major, ſive Tatura quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 624.
Stramonium fructu ſpinoſo oblongo, flore albo. *Tournef. inſt.* 119.
Solanum fœtidum, pomo ſpinoſo oblongo, flore albo. *Bauh. pin.* 168.
Solanum pomo ſpinoſo oblongo, flore calathoide, Stramonium vulgo dictum. *Raj. ſyn.* 266.
Thlapatl. *Hern. mexic.* 278.
Creſcit in india Occidentali; *at naturaliſata nunc ubique per* Europam, *ut in Suecia, Dania, Germania, Belgio, Anglia.*
Confunditur hæc ſpecies cum ſequentibus; itaque plurimas earum differentias allegabo.
1. *Fructus in* hac *erectus eſt, in* illa *nutans.*
2. *Fructus in* hac, *demtis aculeis, ovatus eſt, in* illa *magis globoſus.*
3. *Folia in* hac *undique dentata, in* illa *minus.*
4. *Foliorum ſuperficies in* hac *utrinque viridis & nuda eſt, in* illa *ſubtus ſericea, imperceptibili velle tecta.*
5. *Flores* hujus *ad album,* illius *ad rubrum magis vergunt.*
6. *Aculei & fructus in* hac *glabri, in* illa *minutiſſime villoſi.*
7. *Calyx in* hac *quinque nervis planis, ad baſin externe elevatus, quaſi diſſepimentis retrahitur, in* illa *non item.*

2. DATURA pericarpiis nutantibus globoſis.
Stramonia ſeu Datura, pomo ſpinoſo rotundo, longo flore. *Herm. lugdb.* 583.
Stramonia multis dicta ſive Pomum ſpinoſum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 624.
Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore albo ſimplici. *Tournef. inſt.* 118. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 261.
Solanum pomo ſpinoſo rotundo, longo flore. *Bauh. pin.* 168.
Hummatu *Rheed. mal.* 2. *p.* 47. *t.* 28.
α Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore albo pleno. *Tournef. inſt.* 118.
β Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore violaceo ſimplici. *Tournef. inſt.* 118.
γ Stramonium fructu ſpinoſo rotundo, flore violaceo duplici triplicive. *Tournef. inſt.* 119.
δ Stramonium ægyptiacum, flore pleno, intus albo, foris violaceo. *Tournef. inſt.* 119.
Solanum ægyptiacum, flore pleno. *Bauh. pin.* 168.
Creſcit in Oriente, *in* Malabaria, Ægypto, *&c.*

Variat fructus aculeis ſubulatis; conicis; vix manifeſtis; nullis. Quo magis glaber eſt fructus, eo minus ſecta ſunt folia. Corolla duplicata & triplicata poſt ſe communiter minores in fructu aculeos relinquit.

Daturæ, licet originis ſit peregrinæ, vocabulum perſiſtere valet, cum a latina derivari poteſt; dantur & daturæ forte in Indiis poſthac ſemina a laſcivis fœminis maritis inertibus.

Datura indica folio malabathri *Breyn. cent.* 55. *vel eſt ficta planta; vel Melaſtoma male delineatum; nulla vero ratione Daturæ ſpecies.*

HYOSCYAMUS. *g. pl.* 136.

1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus.
Hyoſcyamus vulgaris & niger. *Bauh. pin.* 169. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229. *Fl. lapp.* 87. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 494. *ſ.* 5. *t.* 11. *f.* 1.
Hyoſcyamus niger vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 83.
Hyoſcyamus vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 627.
Hyoſcyamus. *Riv. mon.* 152.
Creſcit vulgaris per Europam *in ruderatis, pinguibus locis.*

2. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus ſeſſilibus.
Hyoſcyamus albus major. *Bauh. pin.* 169. vel tertius dioſcoridis & quartus plinii. *Tournef. inſt.* 118 *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229.
Hyoſcyamus albus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 627.
Hyoſcyamus albus. *Dod. pempt.* 451.
α Hyoſcyamus albus minor. *Bauh. pin.* 169.
Hyoſcyamus albus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 118.
Creſcit in Narbona *ad* Aurantiam *& inferius cis transque* Rhodani oſtia *juxta vias & agros.*

3. HYOSCYAMUS foliis petiolatis, floribus pedunculatis.
Hyoſcyamus creticus luteus minor. *Bauh. pin.* 169.
Hyoſcyamus albus creticus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 84.
Hyoſcyamus aureus. *Alp. exot.* 99. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 230.
Hyoſcyamus flore luteo. *Riv. mon.* 153.
α Hyoſcyamus creticus luteus major. *Bauh. pin.* 169. *prod.* 92. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 230.
Hyoſcyamus creticus luteus minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 628.
Creſcit in Creta *& antecedenti valde affinis eſt.*

4. HYOSCYAMUS foliis lanceolatis.
Hyoſcyamus puſillus aureus americanus, antirrhini foliis glabris. *Pluk. alm.* 188. *t.* 37. *f.* 5.
Creſcit in America.

NICOTIANA. *g. pl.* 137.

1. NICOTIANA foliis lanceolatis.
Nicotiana major latifolia. *Bauh. pin.* 169. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 230.
Nicotiana major ſive Tabacum majus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 629.
Tabacum latifolium. *Beſl. eyſt* 3. *p.* 22. *f.* 1.
Hyoſcyamus peruvianus *Dod. pempt.* 452.
Sana ſancta indorum. *Lob. adv.* 251.
Quauhyelt. *Hern. mex.* 173.
Creſcit in America.
Dicta fuit a Jo. Nicotio *regis Galliæ conſiliario, cujus opera anno* 1560. *gallis innotuit, quam Ulyſſipone, dum legati munere fungeretur, a Belga e Florida inſula allatam, accepit.*
Plantæ omnes flore monopetalo pentandro, ſtaminibus declinatis, vel biloculari fructu venenatæ ſunt, & virtute conveniunt proxime, uti Hyoſcyamus, Nicotiana, Atropa, Mandragora, Mirabilis, &c.
Sancta hæc quondam indis herba, nunc adorata per orbem, venenata licet, ſubegit omnes nationes nulla excepta. vide Geſn. epiſt. ubi hujus vires & quis ac quantus inde uſus profluere ſperabatur quondam, ſane longe alius quam ſummus abuſus.
Varietas perennans radice, & infima parte caulis *in ollis noſtris ſervatur, quæ eadem omnino cum annua (apud nos) ſpecies eſt; arboreſcens male dicitur, nec ſpinoſa eſt.*

2, NICOTIANA foliis ovatis.
Nicotiana minor. *Bauh. pin.* 170. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 230.
Hyoſcyamus tertius. *Dalech. hiſt.* 1618.
Priapeja quibusdam, Nicotiana minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 630.

Pe-

Petum rivini. *Rup. jen.* 19.
Pycielt. *Hern. mex.* 173.
Creſcit in variis locis Americæ.

ATROPA. *g. pl.* 138.

1. ATROPA.
Belladona majoribus (& *minoribus*) foliis & floribus. *Tournef. inſt.* 77. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 69.
Solano congener, flore campanulato, vulgatius, foliis latioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 532. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 4.
Solanum maniacum multis, ſive Bella donna. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 611.
Solanum lethale. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 86.
Solanum Melano-ceraſus. *Bauh. pin.* 166.
Solanum fucioſum luride, purpureo flore calathoide, Melano-ceraſus. *Pluk. alm.* 352.
Creſcit in ſylvoſis montibus Pannoniæ, Auſtriæ, Angliæ.
Atropos una furiarum a veteribus vitæ fila diſcindere dicebatur, quæ a Bella dona (pulchra muliere) nexa fuere; hinc patet ratio nominis F. B. 232. 229. 221. *Ironia eſt quidem Tropus, ſed qui minus, ubi de vita luditur, placet.*
An liceat Atropam Nicotianis miſcere ſub eodem genere, vel cur non?

MANDRAGORA. *g. pl.* 141.

1. MANDRAGORA.
Mandragora fructu rotundo. *Bauh. pin.* 169.
Mandragoras mas. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 617. *Dalech. hiſt.* 1726.
Mandragoras. *Dod. pempt.* 457.
Creſcit in Hiſpaniæ, Italiæ, Cretæ, Cycladum *ſylvis opacis & juxta ripas fluviorum.*
Puto ſpecies ſub hoc genere datas vix alias eſſe, quam varietates, fructus figura & ſcabritrie differentes, ii, quibus florum omnium ſpecierum conceditur examen, dijudicent.

LYCIUM. *g. pl.* 164.

1. LYCIUM foliis ex lanceolato obverſe ovatis.
Jaſminoides aculeatum, ſalicis folio, flore parvo ex albo purpuraſcente. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 1.
Jaſminum fruteſcens aculeatum, flore yanthino. *Niſſ. act.* 1711. *p.* 420.
Rhamnus ſpinis oblongis, flore candicante. *Bauh. pin.* 477.
Rhamnus, ſpinis oblongis, cortice albo, monſpelienſium. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 213.
Rhamnus, cortice albo, Monſpelienſis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 31.
Rhamnus primus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 109. *Dod. pempt.* 754. *Dalech. hiſt.* 141.
Creſcit circa Monſpelium & Florentiam, *nec non in aliis variis* Galliæ Narbonenſis, Hetruriæ, Hiſpaniæ & Luſitaniæ *locis.*

2. LYCIUM foliis linearibus.
Jaſminoides africanum, jaſmini aculeati foliis & facie. *Niſſ. act.* 1711. *p.* 420. *t.* 12. *Dill. gen.* 159. *Mich. gen.* 224.
Rhamnus alter, foliis ſalſis, flore purpureo. *Bauh. pin.* 477.
Rhamnus afer, ſpinis longis, cortice albo, fructu cæruleo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
Rhamnus primus alter. *Dod. pempt.* 754.
Rhamni primi ſpecies altera. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 109. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 32.
a Jaſminoides aculeatum humile, halimi minoris folio, flore majore per maturitatem flaveſcente. *Mich. gen.* 224. *t.* 105. *f.* 2.
Creſcit in Africa; *nec non in Regni* Valentini *extremis limitibus, juxta urbem* Horivelam *ſeu* Orcelim.
Folia parum ſalſa ſunt & figura Michelii bene reſpondet; hinc non video cur duas faciant alii ex una eademque ſpecies.

LONICERA. *g. pl.* 162.

1. LONICERA floribus verticillatis ſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis coalitis, fructu triſpermo.
Trioſteoſpermum latiore folio, flore rutilo. *Dill. elth* 394. *t.* 293. *f.* 378.
Periclymenum herbaceum rectum virginianum. *Pluk alm.* 287. *t.* 104 *f.* 2.
Periclymeno affinis planta virginiana, floribus ochroleucis, fructu periclymeni vulgatioris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 535. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 8.
Creſcit in Virginia.
Foliorum alæ connatæ minus latæ ſunt in noſtra, quam in Dilleniana, quod a loco nimis calido in quo conſervatur, forte provenit.

2. LONICERA floribus capitatis pedunculatis ex alis, foliis petiolatis.
Symphoricarpos foliis alatis. *Dill. elth.* 371. *t.* 278. *f.* 360.
Periclymenum rectum, androsæmi foliis, virginianum. *Pluk. alm.* 287.
Vitis idæa caroliniana, foliis subrotundis hirsutis ex adverso nascentibus, floribus minimis herbaceis, fructu parvo rubello. *Hort. angl.* 85. *t.* 20.
Crescit in Virginia, Carolinæ, *Americæ septentrionalis, tamen sero floret apud nos, sub dio, in octobri vel septembri, nec ante finem hyemis maturat semina.*

3. LONICERA floribus capitatis terminatricibus, foliis supremis connatis, inferioribus petiolatis.
Periclymenum virginianum. *Rupp. jen.* 203. *Riv. mon.* 177.
Periclymenum perfoliatum virginianum sempervirens & florens. *Herm. lugdb.* 484. *t.* 485. *Tournef. inst.* 609. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226. *Hort. angl. t.* 7. *Raj. hist.* 1491.
Caçapipilol xochitl. *Hern. mex.* 120.
Crescit in America, ut Virginia *aliisque regionibus.*

4. LONICERA floribus capitatis terminatricibus, foliis omnibus distinctis.
Caprifolium germanicum. *Dod. pempt.* 411. *Tournef. inst.* 608. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226. *Hort. angl. t.* 6.
Periclymenum non perfoliatum germanicum. *Bauh. pin.* 302.
Periclymenum non perfoliatum. *Bauh. hist.* 2. *p.* 104.
Periclymenum vulgare germanicum. *Rupp. jen.* 202.
Periclymenum germanicum. *Riv. mon.* 175.
α Caprifolium germanicum, flore rubello, serotinum. *Hort. angl. t.* 7.
β Caprifolium non perfoliatum, flore interius albo, rubro externe. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226. *Hort. angl. t.* 6.
γ Caprifolium non perfoliatum, floribus speciosius. *Hort. angl. t.* 8.
δ Caprifolium non perfoliatum, floribus albis. *Hort. angl. t.* 8.
Crescit in Germania, Anglia, Belgio, Scania *in sepibus.*

5. LONICERA floribus verticillatis terminatricibus sessilibus, foliis summis connatis.
Caprifolium italicum. *Dod. pempt.* 411. *Tournef. inst.* 608. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226. *Hort. angl. t.* 5.
Periclymenum perfoliatum. *Bauh. pin.* 302. *Bauh. hist.* 2. *p.* 104.
Periclymenum italicum, *Riv. mon.* 176.
α Caprifolium italicum perfoliatum præcox. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226. *Hort. angl. t.* 5.
β Caprifolium italicum, flore intus flavo, extus rubro. *Hort. angl. t.* 5.
γ Caprifolium perfoliatum, foliis sinuosis & variegatis. *Tournef. inst.* 608.
Crescit in Italia & Gallia Narbonensi.
Hæc & antecedentes duæ caule gaudent volubili, reliquæ vero nostræ species recto.

6. LONICERA pedunculis bifloris, foliis ovatis obtusis integris.
Chamæcerasus dumetorum, fructu gemino rubro. *Bauh. pin.* 451. *Tournef. inst.* 609. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 227.
Periclymenum rectum, fructu rubro & nigro. *Bauh. hist.* 2. *p.* 106.
Xylosteum. *Dod. pempt.* 412.
Xylosteum. *Riv. mon.* 173. *Rupp. jen.* 203.
Crescit in Suecia, Dania, Germania, Anglia, *&c. in sepibus & nemoribus montosis.*

7. LONICERA pedunculis bifloris, foliis ovatis acutis integris.
Chamæcerasus alpina, fructu gemino rubro duobus punctis notato. *Bauh. pin.* 451. *Tournef. inst.* 609. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 227.
Chamæcerasus gesneri. *Bauh. hist.* 2. *p.* 107.
Periclymenum rectum, fructu rubro gemino duobus punctis notato. *Herm. lugdb.* 484.
Xylosteum alterum. *Dod. pempt.* 412.
Crescit in montibus Pyrenæis, Allobrogicis, Pannonicis, Austriacis, Styriacis, Genevensibus.
Mirus fuit circa hoc genus omni tempore dissensus, inter Botanicos, de limitibus distinctionis. TOURNEFORTIUS *quatuor constituit genera:* Periclymenum, Caprifolium, Chamæcerasum, Xylosteum, *his addidit* PLUMIER Loniceram & DILLENIUS Symphoricarpon *ac* Triosteospermum. RIVINIANI *istas quatuor Tournefortii ad duo retulerunt*, HERMANNUS *autem ad unum idemque*, NOS *omnes septem conjungi & posse & debere persuasi sumus, his enim commune est gerere florem germini impositum, corollam inæqualem, stamina quinque inclinata, stigma capitatum; numerus vero seminum inconstans est.*
Conjunctis genere plantis & nomina conjungi debent; assumsimus itaque unum, quod dignius judicavimus in hoc confuso antea genere, Loniceram *ab Adamo* LONICERO, *antiquo Botanico, quibus aliud magis placet Synonymon per me licet assumant.*

Co-

COFFEA. *g. pl.* 158.

1. COFFEA.
Coffe. *Dal. pharm.* 491.
Coffe frutex, ex cujus fructu fit potus. *Raj. hiſt.* 1691.
Coffe tree. *Pluk. phyt.* 272. *f.* 1.
Jaſminum arabicum, lauri folio, cujus ſemen apud nos Caffé dicitur. *Juſſ. act.* 1713 *p.* 388. *t.* 7. *deſcr. figur.*
Jaſminum arabicum, caſtaneæ folio, flore albo odoratiſſimo, cujus fructus coffé in officinis dicitur belgis. *Comm. uſ.* 72. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 217.
Jaſminum caſtaneæ folio, flore odoratiſſimo, rubro fructu (qui Coffé) duro. *Comm. amſt.* 250.
Evonymo ſimilis ægyptiaca, fructu baccis lauri ſimili. *Bauh. pin.* 428.
Arbor Bon, cum fructu ſuo Buna. *Park. theatr.* 1622.
Bon vel Ban, arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 422.
Bon vel Ban, ex cujus fructu Ægyptii potum Caova conficiunt. *Pluk. alm.* 69.
Bon. *Alp. ægypt.* 36. *t.* 36.
Buna, Bunna & Bunchos arabum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 421.
Creſcit in ſola Arabia *felici, Witſenii cura inde delatis ſeminibus terræque commiſſis prodiit in Java, inde in Europam translata; nunc in America feliciſſime culturæ leges ſubit, frugemque læte reddit.*
Hæc eſt unica e tribus myſterioſis iſtis plantis (Nicotiana, Thæa, Coffea,) quas vel miſericors vel iratus Deus propoſuit orbi.
Deſcriptionem (excepta Cl. Juſſievii) vix datam, ſi heic ſiſterem, non ingratum fore judicavi, licet arborem jam tritiſſimam deſcribam.
Radix *fibroſa pallida.*
Caulis *arboreus, rectiſſimus, erectus, ſimplex, ſæpe duodecim pedum & ultra,* cortex *primo anno viridis, ſecundo fuſcus fere, præcedentium griſeus, expidermide longitudinaliter dehiſcente quadrifariam & membranæ inſtar diſcedente, inæqualis & lacerus. Folia oppoſita, oppoſitionibus alternis, per ſpatia ſpithamæa vel palmaria remotis oppoſitionibus.*
Ramus *ad ſingulam alam folii, lineari plus ſpatio ab inſertione folii, ſupra folium, remotus emittitur, horizontalis fere, ſimpliciſſimus vel ſine ramulis, exterſcens per annos ſemper ex apice, tenuis, junceus, glaber.*
Folia *oppoſita, oppoſitionibus ſpithami vel palmi ſpatio remotis, ſingula ex ovato lanceolata ſunt, deſinentia in acumen oblongum, ſuperne glabra, atro-viridia nitida; inferne pallide viridia, glabra, obſcura; petiolus breviſſimus, duarum|triumve linearum, extenſus ſecundum longitudinem folii, ſuperne minimus filiformis, inferne ſetaceus teretiuſculus, craſſior; a lateribus hujus intra folium exeunt vaſa alterna, viginti plura, ad angulum acutum, recta extenſa, prope marginem oblique flexa verſus regionem apicis. Horum vaſorum inſertio bifurcata eſt, ſinu ſubtus concavo, ſuperne convexo: foliorum diſcus planus eſt, at juxta marginem juſto longior; hinc undulatim quaſi, intra ſinguli vaſis exſertionem, flectitur. Longitudo foliorum ſpithamæa eſt, latitudo digitorum trium transverſorum. Cum rami horizontaliter pateant, vertitur ſemper diſcus folii verſus cælum. Folia inferiorum oppoſitionum in ſinguli anni ramo minora ſunt reliquis.*
Petioli *ubi egrediuntur connectuntur utrinque membrana viridi, quæ inter petiolos terminatur in acumen ſubulatum ramo approximatum; ubi ramus per annum terminatur, ibi apparent margines laterales ſubulati conniventes & gummi quodam clauſi. Folia perſiſtunt per tres annos, decidunt, nec regenerantur.*
Flores *ex ſingula ala duo vel quatuor ſeſſiles, corolla nivea hypocrateriformi, reliqua vide in Generibus.*
Frutex *ovatus, obtuſus utrinque, e rotundo parum utrinque compreſſus, & quaſi angulis ſex obſoletis notatus, umbilico circulo obſoleto notato, ruber, cortice molli tenui, bilocularis.* Semina *ſolitaria, cartilaginea, hinc convexa, inde plana, margine altero longiore involuto intra alterum & reflexo in paribus contrario modo. Fructus hic pedicello breviſſimo inſidet, cincto vaginulis utrimque acuminatis imbricatis.*
Plantam eſſe ſui generis, nec jaſmini, patet conſideranti corollam, ſtaminum numerum, ſitum, germinis locum, fructus proprietates, nec magis cum jaſmino habet commune, quam Fagus vel Quercus.

CAPSICUM. *g. pl.* 146.

1. CAPSICUM annuum.
Capſicum ſeu Piper indicum, quod ſolani ſpecies videtur aut ſolano accedere. *Raj. hiſt.* 626.
Capſicum *genus totum. Tournef. inſt.* 152. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 68.
Capſicum ſeu piper indicum: *ſpecies* 1—7. *Bauh. pin.* 102.

Chit-

Chilli. *Hern. mex.* 134.
Quiya. *Marcgr. braſ.* 39.
α Fructu ſurrecto conico.
β Fructu inclinato rotundo.
γ Fructu dependente oblongo.
Creſcit in Braſilia, Mexico, Barbados.
Varietates hujus infinitæ in hortis noſtris occurrunt, aliæ ſcilicet fructu globoſo, aliæ conico, aliæ oblongo; aliæ apice reflexo; aliæ erectæ, aliæ pendulæ; ſed quis has nugas ſpecie diverſas eſſe crederet, qui viderit faciem, ſtructuram, figuram, proprietates plantæ.

2. CAPSICUM fruteſcens.
Capo-molago. *Rheed. mal.* 2. *p.* 109. *t.* 56.
Creſcit in Occidente & Oriente.
Fructus oblongus rectus pendens valde parvus & planta arborea.

SOLANUM. *g. pl.* 145.

1. SOLANUM caule inermi annuo, foliis pinnatis inciſis.
Aurea mala. *Dod. pempt.* 458.
Mala aurea, odore fœtido, quibusdam Lycoperſicon. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 620.
Solanum pomiferum, fructu rotundo ſtriato molli. *Bauh. pin.* 167. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 521. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 7.
Lycoperſicon galeni. *Tournef. inſt.* 150. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 69.
α Lycoperſicon fructu albo. *Tournef. ibid.*
β Lycoperſicon fructu luteo. *Tournef. ibid.*
γ Lycoperſicon fructu ceraſi rubro. *Tournef. ibid.*
δ Lycoperſicon fructu ceraſi luteo. *Tournef. ibid.*
Creſcit in Jamaicæ *incultis & ruderatis.*

2. SOLANUM caule inermi annuo, foliis pinnatis, pinnis integris.
Solanum tuberoſum eſculentum. *Bauh. pin.* 167. *prod.* 89. *t.* 89. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 522. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 19. *Tournef. inſt.* 149. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 67.
Arachidna theophraſti? Papas americanorum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 79.
Papas americanum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 621.
α Solanum tuberoſum eſculentum, flore albo. *Tournef. inſt.* 149.
Creſcit in America.

3. SOLANUM caule inermi annuo, foliis ovatis angulatis.
Solanum vulgare. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 520. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 1.
Solanum hortenſe ſive vulgare. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 608.
Solanum hortenſe. *Dod. pempt.* 454.
Solanum officinarum. *Bauh. pin.* 166.
Solanum officinarum, acinis nigricantibus. *Tournef. inſt.* 148. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 67.
Solanum bacciferum primum ſeu officinarum. *Sloan. flor.* 106.
Nelen-tsjunda. *Rheed. mal.* 10. *p.* 145. *t.* 73.
Aguara-quiya. *Marcgr. braſ.* 55. *Piſ. braſ.* 108.
Tenka. *Kæmpf. jap.* 912.
α Solanum officinarum, acinis puniceis. *Tournef. inſt.* 148.
β Solanum annuum hirſutius, baccis luteis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 524. *Dill. elth.* 266. *t.* 274. *f.* 353.
γ Solanum officinarum, folio laciniato ſtramonii, flore parvo albo, acinis nigris *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 67.
δ Solanum guineenſe, fructu magno inſtar ceraſi nigerrimo umbellato. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 68. *Dill. eltht.* 366. *t.* 274. *f* 354.
ε Solanum lanuginoſum hortenſe ſimile *Raj. hiſt.* 672.
ζ Solanum bacciferum vulgari ſimile africanum, foliis frequentius & profundius crenatis. *Herm. prod.*
η Solanum procerius patulum, vulgaris fructu. *Dill. elth.* 367. *t.* 275. *f.* 355.
ϑ Solanum nigrum, vulgari ſimile, caulibus exaſperatis. *Dill. elth.* 368. *t.* 275. *f.* 356.
Creſcit in locis ruderatis per Europam, Aſiam, Africam, Americam *ſeu per totum fere orbem.*

4. SOLANUM caule inermi perenni flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis.
Solanum ſcandens vel Dulcamara. *Bauh. pin.* 167. *Tournef. inſt.* 149. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 67.
Dulcamara. *Dod. pempt.* 402.
Glycypricos ſive Amara dulcis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 109.
α Solanum ſcandens ſeu Dulcamara flore albo. *Tournef.*
Solanum ſcandens vel Dulcamara flore albo. *Boerh.*
β Solanum ſcandens, foliis variegatis. *Tournef.*
Solanum ſcandens ſive Dulcamara, foliis ex albo variegatis. *Boerh.*
γ Solanum dulcamarum africanum, foliis craſſis hirſutis. *Dill. elth.* 365. *t.* 273. *f.* 352.
Creſcit ſatis frequens per Europam *in ſubhumidis ſepibus.*
Varietas (γ) folia ſimplicia gerit ſemper (reliquæ ſæpe ternatæ) quarum ſuperiora parum ſinuata.

5. So-

5. SOLANUM caule inermi perenni, foliis ovato-lanceolatis geminis, altero minimo.
Creſcere fertur ab aliis in America, *ab aliis in Africa.*
Caulis fruteſcens erectus levis. Folia ovato-lanceolata, deſinentia in petiolos, utrinque glabra, longitudine digiti, alterna in caule ſimplici & inferiore parte; ubi vero rami (qui pauci & erecti) vel flores exeunt, bina ſunt folia, non oppoſita, ſed juxta ſe poſita, quorum alterum quadruplo majus. Pedunculi ſolitarii umbelluliferi, floribus nutantibus parvis. Apud authores confuſio ſynonymorum, quam meam non facio.

6. SOLANUM caule inermi fruticoſo, foliis ovato-lanceolatis integris, floribus ſolitariis.
Solanum fruticoſum bacciferum. *Bauh. pin.* 166. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 67.
Solanum nonum ſeu fruticoſum bacciferum. *Sloan. flor.* 108.
Solanum arboreſcens. *Cæſalp. ſyſt.* 215.
Pſeudo-capſicum. *Dod. pempt.* 718.
Strychnodendros. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 614.
Strichnodendron. *Beſl. eyſt.* 2. *p.* 14. *f.* 1.
Creſcit in Madera, *hyemes noſtras fert & mire luxuriat, fructumque novembri vel decembri maturat.*

7. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis lanceolatis anguloſo-dentatis.
Solanum bahamenſe ſpinoſum, petalis anguſtis reflexis. *Dill. elth.* 263. *t.* 271. *f.* 250.
Solanum ſpiniferum fruteſcens, ſpinis igneis, americanum. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 5.
Creſcit in Inſula Americes, Providentia *dicta.*

8. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis oblongis pinnato-laciniatis, ſpinis ſupinis erectis: pronis recurvis.
Solanum pomiferum fruteſcens africanum ſpinoſum nigricans, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. *t.* 575. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 521. *ſ.* 13. *t.* 1. *f.* 15. *Pluk. alm.* 351. *t.* 226. *f.* 5.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei, *ad ſepes & foſſarum margines.*
Vaſa foliorum & ſpinæ, a parte ſupina atro-purpurea ſunt.

9. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis ſinuatis margine integro, ſpinis utrinque erectis.
Solanum americanum perenne ſubincanum, fructu pyriformi longiore, ſpinis plurimis armatum. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 6.
Solanum indicum ſpinoſum, flore borraginis. *Dill. elth.* 362. *t.* 270. *f.* 349. *Tournef. inſt.* 149.
Creſcit in America, Barbados *& alibi.*

10. SOLANUM caule aculeato annuo, foliis cordatis ſinuatis, calycibus aculeatis.
Solanum campechienſe, calycibus echinatis. *Dill. elth.* 361. *t.* 268. *f.* 347.
Creſcit in America *ad ſinum* Campechienſem.
Planta hæc annua facile & cito excreſcit, foliis amplis, venis foliorum rubentibus, aculeis longis magis ignei coloris quam in alia ulla, caulis & petiolis aculeis refertiſſimis, calycibus denſiſſima ſpinarum copia tectis. Flores communiter in eodem pedunculo duo prodeunt.

11. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis ovatis, lateribus laciniatis, aculeis utrinque rectis.
Solanum ſpinoſum jamaicenſe glabrum, foliis parvis minus profunde laciniatis. *Pluk. alm.* 351. *t.* 316. *f.* 5.
Creſcit in America, *in* Jamaica, *&c.*
Folia hujus exacte quercus ſunt, & ſimilia nonæ, at minora longe, utrinque viridia, nec ſubtus ſpinis recurvis armata.

12. SOLANUM aculeatum, foliis cordatis quinquelobis, utrinque villoſis & aculeatis.
Solanum americanum molle, foliorum nervis & aculeis flaveſcentibus, fructu mammoſo. *Tournef. inſt.* 149.
Solanum americanum, caule pedunculo folio malvæ, tomentoſis & ſpinis albis donatis, fructu luteo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 68.
Solanum barbadenſe ſpinoſum annuum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inverſi forma & magnitudine. *Pluk. alm.* 350. *t.* 225. *f.* 6.
Creſcit in Virginia, Barbados.
Plukenetius bene repræſentat folia, ſi lacinias ipſas non lacinulis notaret.

13. SOLANUM caule aculeato fruticoſo, foliis cordatis villoſis margine repandis.
Solanum pomiferum fruteſcens, flore borraginis, folio tomentoſo incano, ſolo caule ſpinoſo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 69.
Creſcit in America ſeptentrionali.

14. SOLANUM foliis ovatis integerrimis villoſis, calycibus aculeatis.
Melongena fructu rotundo. *Tournef. inſt.* 152.
Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 167.
Solanum pomiferum, fructu rotundo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 618.
Mala inſana. *Dod. pempt.* 458.

Belingela lusitanis; Melongena latinis; Tongu angolensibus; Macumba congensibus. *Marcgr. bras.* 24.
Crescit in Africa & America.

PHYSALIS. *g. pl.* 144.

1. PHYSALIS caule fruticoso tereti, foliis ovatis integerrimis, floribus confertis.
Alkekengi fructu parvo verticillato. *Tournef. inst.* 151. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66.
Alkekengi mexicanum. *Hern. mex.* 296.
Alkekengi somniferum, cydoniæ folio, flore & fructu rubris. *Burm. zeyl.* 10.
Solanum majus vesicarium corolloides. *Barr. rar. t.* 149.
Solanum somniferum verticillatum. *Bauh. pin.* 166.
Solanum somniferum antiquorum. *Alp. exot.* 71. *f.* 70.
Solanum somniferum. *Dod. pempt.* 455. *Clus. hist.* 2. *p.* 85.
Solanum verticillatum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 610.
Pevetti. *Rheed. mal.* 4. *p.* 113. *t.* 55.
α Bella dona frutescens rotundifolia hispanica. *Tournef. inst.* 70. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 70.
Solanum frutex rotundifolium hispanicum. *Barr. rar. t.* 1173.
Crescit in Hispania *ad mare mediterraneum in loco petroso interque rudera, in* Mexico, Malabaria, Creta, Zeylona.
Servata fuit planta per aliquot hyemes sub tecto, & excrevit in fruticem humanæ altitudinis.

2. PHYSALIS caule simplici annuo, foliis integris ad articulos geminatis, floribus solitariis.
Alkekengi officinarum. *Tournef. inst.* 151. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66.
Alkekengi Tournefortii, Halicacabum Rivini. *Rupp. jen.* 38.
Vesicaria. *Cæsalp. syst.* 213.
Halicacabum vulgare. *Besl. eyst.* 2. *p.* 169. *f.* 2.
Solanum Halicacabum vulgare. *Bauh. hist.* 3. *p.* 609.
Solanum vesicarium. *Bauh. pin.* 166. *Dod. pempt.* 454.
Solanum vesicarium vulgatius repens, fructu & vesica rubra. *Moris. hist.* 3. *p.* 526. *s.* 13. *t.* 3. *f.* 16.
α Alkekengi officinarum, foliis variegatis. *Tournef. inst.* 151.
Crescit prope Romam *in scrobibus, inque sylvis insulæ* Danubii.

3. PHYSALIS caule perenni, foliis ovatis solitariis, ramis annotinis simplicissimis.
Alkekengi-curassavicum, foliis origani incanis, flore viete sulphureo, fundo purpureo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66.
Solanum vesicarium curassavicum solano antiquorum simile, foliis origani subincanis. *Moris. hist.* 3. *p.* 527. *Pluk. alm.* 352. *t.* 111. *f.* 5. *mal.*
Crescit in Curassao.
Pedales vel sesquipedales promit perennis radix stolones, plures, erectos, junceos, flexiles, viridi-purpurascentes, teretes, vix lineis duabus a superiore folio decurrente notatos, levissime villosos, perennes, ramos paucos proximo anno exserentes.
Folia solitaria, alterna, ovata, raro dente uno alterove utrinque dentata, petiolis semiuncialibus insidentia, tenuia, per hyemem persistentia, utrinque villosa, magnitudine ultimi articuli pollicis, viridi-nigricantia.
Flores ex alis solitarii.

4. PHYSALIS annua ramosissima, ramis teretibus pubescentibus, geniculis nodosis.
Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Tournef. inst.* 151. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66.
Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Fevil. peruv.* 3. *p.* 5. *t.* 1.
Solanum vesicarium annuum procumbens. *Barr. rar. t.* 152.
Solanum vesicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoso. *Moris. hist.* 3. *p.* 527. *s.* 13. *t.* 3. *f.* 24.
Inota-inodien. *Rheed. mal.* 10. *p.* 139. *t.* 70.
Camaru. *Macgr. bras.* 12.
Crescit in Virginia, Malabaria, Brasilia, Peru.

5. PHYSALIS annua ramosissima, ramis angulosis glabris, foliis dentato-serratis.
Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 13. *t.* 12. *f.* 12.
Alkekengi indicum majus. *Tournef. inst.* 151. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66.
Halicacabum seu Solanum indicum camerarii. *Besl. eyst. æst.* 169. *f.* 3.
Solanum vesicarium annuum erectum. *Barr. rar.* 18. *f.* 151.
Solanum sive Halicacabum indicum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 609.
Solanum vesicarium indicum erectum, folio levi, annuum. *Moris. hist.* 3. *p.* 526. *s.* 13. *t.* 3. *f.* 22.
Solanum vesicarium indicum, foliis splendentibus glabris. *Pluk. alm.* 352.
Crescit in Carolina.

6. PHYSALIS annua ramosissima, pedunculis fructiferis petiolo longioribus.
Alkekengi indicum minimum, fructu virescente. *Tournef. inst.* 151. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 66. *Burm. zeyl.* 11.
Solanum vesicarium indicum minimum. *Herm. lugdb.* 569. *f.* 571. *Moris. hist.* 3. *p.* 527.

Pee-

DIERVILLA. *Hort. Cliff.* 63 *sp.* 1.

a *Caulis truncatus unico ramo depictus.*

b *Racemi oppositi, dichotomi, nutantes, cum Calycibus & Corollis irregularibus ac fere bilabiatis. Fructus bilocularis & carnosus est. Hinc planta Loniceris admodum affinis.*

J. WANDELAAR del. & fecit.

Pee-inota-inodien. *Rheed. mal.* 10. *p.* 140. *t.* 71.
Creſcit in incultis aridis & ſordidis Malabariæ & Zeylonæ.
Qui has tres poſteriores ſpecie conjungit, forte non errat; quid locus faciat in his videre liceat omni anno in hortis, multo magis in diſſitis adeo regionibus.
Phyſalis eſt Synonymon Alkekengi apud Dioſcoridem & alios veteres obvium, quod veſicariam ſignificat, cum calyx veſicæ inſtar ambiat fructum, qui veſicæ urinariæ morbis ſuccurrere creditur; nomen itaque hoc recepi cum Alkekengi barbarum ſit. F. B. 229.

CORDIA. *g. pl.* 149.

8. CORDIA foliis ſubovatis ſerrato-dentatis.
Myxa. *Cæſalp. ſyſt.* 50. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 246.
Myxa ſive Sebeſten. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 197. *Raj. hiſt.* 1555.
Sebeſtena domeſtica ſeu Myxa. *Comm. hort.* 1. *p.* 139. *t.* 79.
Sebeſtena domeſtica. *Bauh. pin.* 446. *Alp. ægypt.* 30.
Sebeſtena ſylveſtris. *Bauh. pin.* 446. *Alp. ægypt.* 30.
Sebeſten officinarum. *Dal. pharm.* 424. *Comm. flor.* 60. *Dill. elth.* 340. *t.* 255. *f.* 331.
Prunus ſebeſtena. *Pluk. alm.* 306. *t.* 217. *f.* 2.
Prunus ſebeſtena, longiori folio, maderaſpatenſis. *Pluk. alm.* 306. *t.* 217. *f.* 3.
Prunus malabarica, fructu racemoſo calyce excepto. *Raj. hiſt.* 1563.
Vidimaram. *Rheed. mal.* 4. *p.* 77. *t.* 37.
Creſcit in Ægypto; Malabaria, *locis uliginoſis.*
Auctores ſpecie diſtinguunt domeſticam ſeu cultam arborem a ſylveſtri, quod mihi paradoxon eſt.
Dicta fuit arboris familia fructu cordiformi, ſemineque biloculari, (ut cor) ab egregio plantarum deſcriptore Valerio Cordo; an authori generis (Plumiero) notum fuerat Myxas hanc familiam intrare, vix videtur.

DIERVILLA. *g. pl.* 150.

1. DIERVILLA.
Diervilla acadienſis fruticoſa, flore luteo. *Tournef. act.* 1706. *t.* 7. *f.* 1. *Dill. gen.* 154. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 277.
Creſcit in Acadia *Americæ ſeptentrionalis.*
Multa communia habet hoc genus cum Loniceris.
Dixit hanc plantam Tournefortius ab inventore Dierville *Chirurgo, qui hanc ex Acadia ſecum duxerat.*
Caulis fruticoſus rarius ramoſus pedalis.
Folia ovato-lanceolata glabra ſerrata oppoſita internodiis longiora, petiolis breviſſimis, gemmas ex alis ferentia.
Pedunculus unus alterve terminatrix diviſus flores aliquot ſuſtinet flaveſcentes.
Figuram hujus me nullibi obſervaſſe memini.

PHLOX. *g. pl.* 148.

1. PHLOX, foliis lineari-lanceolatis, caule recto, corymbo terminatrici.
Lychnidea folio melampyri. *Dill. elth.* 203. *t.* 166. *f.* 202.
Lychnidea, aſclepiadis folio, floridana, ſummo caule floribunda. *Pluk. amalth.* 136.
α Lychnidea folio ſalicino. *Dill. elth.* 205. *t.* 166. *f.* 203.
Creſcit in Virginia.
Phlox eſt nomen quoddam antiquum Theophraſti, deſumtum a floris flammeo igneoque colore, hinc ad Lychnidum a plurimis relatum familiam, quod cum ibi ſuperfluum ſit, hujus generis fecimus, cum ad maximam partem flores flammeos & rubros proferat, lychnidibusque a facie externa affinis videatur; nobis enim non placet iſta nominum appendiculatio, quæ apud tyrones majorem confuſionem, quam ullus alius error, producit.

POLEMONIUM. *g. pl.* 131.

1. POLEMONIUM. *Fl. lapp.* 86.
Polemonium vulgare cæruleum. *Tournef. inſt.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 252.
Vulneraria alata, blattariæ flore cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605.
Valeriana ſpuria, violaceo flore. *Volck. norib.* 394.
Valeriana græca quorundam, colore cæruleo & albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 212.
Valeriana græca. *Dod. pempt.* 352.

Valeriana cærulea. *Bauh. pin.* 164.
α Valeriana alba. *Bauh. pin.* 164.
β Polemonium vulgare, flore variegato. *Tournef.*
γ Polemonium vulgare, foliis eleganter variegatis. *Boerh.*
Creſcit in Græcia, Anglia & alpibus Lapponicis.

CAMPANULA. *g. pl.* 129.

1. CAMPANULA calycibus a tergo lamellis quinque notatis.
Campanula hortenſis, folio & flore oblongo. *Bauh. pin.* 94. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 459. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 249.
Viola mariana. *Dod. pempt.* 163.
Viola mariana dodonæi, quibusdam Medium. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 804.
Medium flore cæruleo. *Beſl. eyſt. æſt.* 17. *f.* 3.
α Medium flore albo. *Beſl. eyſt. æſt.* 17. *f* 2.
β Medium flore argenteo. *Beſl. eyſt æſt.* 19. *f.* 1.
Creſcit in ſylvis & montibus opacis quorundam tractuum Germaniæ & Italiæ. *Moriſ.*
Singularis & a reliquis parum diverſa eſt hujus plantæ fructificatio. Calyx *enim externe quinque auriculis ſeu lamellis, dehiſcentibus a baſi ad lacinias usque calycis, inſtruitur.* Capſula *in hac quinquelocularis, at in reliquis trilocularis.* Corolla *in hac exacte campanulata eſt omnium maxima reſpectu magnitudinis ipſius plantæ. In fundo corollæ, intra nectarium quinque valvis ſtaminiferis clauſum, latet mel ſaturatiſſimum, ope apum inſtar elaboratiſſimum. Farina genitalis diſperſa adhæret medio ſtyli. An fœcundatio fieri queat in regno vegetabili absque ſtigmatis aſperſione?*

2. CAMPANULA foliis radicalibus cordatis, calycibus ciliatis.
Campanula vulgatior, foliis urticæ, vel major & aſperior. *Bauh. pin.* 94. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 249.
Campanula major vulgatior aſperior, foliis urticæ. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 459. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 28.
Campanula major & aſperior, folio urticæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 806.
Trachelium ſive Cervicaria. *Lob. hiſt.* 176.
Trachelium vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 170.
Cervicaria major. *Dod. pempt.* 164.
α Campanula vulgatior, foliis urticæ, vel major & aſperior, flore dilute purpureo. *Tournef. inſt.* 109.
β Campanula -, - -, - - - -, flore candido. *Tournef.*
γ Campanula -, - -, flore duplici cæruleo, interdum triplici aut quadruplici. *Tournef.*
δ Campanula - -, -, flore duplici albo. *Tournef.*
ε Campanula - -, -, flore duplici cæruleo majore. *Boerh.*
Creſcit in ſylvis aſperis & lapidoſis juxta ſepes, ſat frequens in Europa.

3. CAMPANULA foliis ovatis crenatis, floribus per caulem uno verſu ſparſis.
Campanula hortenſis, rapunculi radice. *Bauh. pin.* 94.
Campanula hortenſis, rapunculi radice repente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 460. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 32. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 249.
Campanula repens, flore minore cæruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 806.
Creſcit non procul a Geneva & Baſilea.

4. CAMPANULA foliis lanceolato-ovatis crenatis, ramis capitulo florali terminatis.
Campanula pratenſis, flore conglomerato. *Bauh. pin.* 94. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 249.
Trachelium pratenſe, flore conglomerato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 461. *ſ.* 5. *t.* 4. *f.* 43.
Trachelium minus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 171. *Lob. hiſt.* 176.
Trachelium minus multis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 800.
Cervicaria minor. *Dod pempt.* 164.
Rapunculus caliculatus. *Barr rar. t.* 523. *f.* 3.
α Campanula pratenſis, flore conglomerato albo. *Tournef. inſt.* 110.
Creſcit in montibus cretaceis Angliæ, *in pratis nemaroſis* Roſlagiæ *in Suecia, &c.*

5. CAMPANULA foliis lanceolatis ſerratis, caule ſimplici, floribus uno verſu ſparſis.
Campanula maxima, foliis latiſſimis. *Bauh. pin.* 94. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 459. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 27. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 249.
Campanula maxima, foliis latiſſimis, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 108.
Campanula pulchra a toſſano carolo miſſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 807.
Campanula major. *Dod. pempt.* 166.
Campanula hirſuta ſ. Trachelium giganteum. *Pluk. alm.* 75.
Trachelium majus belgarum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 172.
Trachelium candidum anglicum majus, foliis fere digitalis vel campanulæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 277.
α Campanula maxima, foliis latiſſimis, flore albo. *Tournef. inſt.* 109.
Creſcit in ſeptentrionalis Angliæ *montoſis, ut in agro* Derbenſi & Eboracenſi, *ego eandem in Suecia ad acidulas* Wicksbergenſes *in nemoribus copioſam legi.*

6. CAMPANULA foliis ovatis margine cartilagineo crenatis, caule ramoſiſſimo anguſtato.

Cam-

CAMPANULA foliis haſtatis dentatis, caule determinate folioſo. *Hort.Cliff.*65.*ſp.* 10.
Ramulus cum Flore. Folia oppoſita ſunt.

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

Campanula pyramidata altiſſima. *Tournef. inſt.* 109.
Campanula major lacteſcens. *Lob. hiſt.* 177. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 452. *ſ.* 5. *t.* 1. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 248
Rapunculus hortenſis, latiore folio, ſeu Pyramidalis. *Bauh. pin.* 3. *p.* 93.
Pyramidalis lævis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 808.
Creſcendi locum apud authores non obſervo, adeo tamen in hortis vulgaris eſt, ut cuique ruſtico nota ſit, & Londini ubique in mercatorum diſcis ornamenti cauſa in olla florentem vidimus.

7. CAMPANULA foliis lineari-lanceolatis crenatis, caule longiſſimo ſimplici, floribus raris.
Campanula perſicæfolia. *Lob. hiſt.* 177. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 452. *ſ.* 5. *t.* 1. *f.* 2.
Campanula perſicæfolia lobelii, flore cæruleo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 248.
Campanula perſicæ folio. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 171.
Campanula anguſtifolia cærulea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 803.
Rapunculus perſicifolius, magno flore. *Bauh. pin.* 93.
α Campanula perſicæfolia, flore cæruleo pleno. *Tournef. inſt.* 111.
β Campanula perſicæfolia, flore albo. *Tournef.*
γ Campanula perſicæfolia, flore albo pleno. *Tournef.*
Creſcit ad acidulas Spadenſes *in Germania inferiore, in collibus* Genevæ *vicinis. In* Alſatia *inter Zultz & Zennam urbes; in Suecia* Wexioniæ *inque monte Oeſterby, in Finlandia* Biœrneburgi.

8. CAMPANULA foliis radicalibus lanceolato-ovalibus, caule ramoſiſſimo patulo
Campanula radice eſculenta, flore cæruleo. *Herm. lugdb.* 107. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 248.
Rapunculus eſculentus. *Bauh. pin.* 92. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 455. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 13.
Rapunculus vulgaris campanulatus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 795.
Rapunculum. *Dod. pempt.* 165.
α Campanula radice eſculenta, flore candicante. *Tournef. inſt.* 111.
Creſcit in aggeribus & arvis non cultis in Anglia, Monſpeliis, Baſileæ.

9. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Fl. lapp.* 83.
Campanula minor rotundifolia vulgaris. *Bauh. pin.* 93.
Campanula minor rotundifolia. *Lob. hiſt.* 178. *Dalech. hiſt.* 827.
Campanula minor alpina, rotundioribus imis foliis. *Cluſ. hiſt.* 173.
Campanula vulgaris minor, foliis imis rotundioribus ſinuatis non ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 456. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 17.
Campanula ſylveſtris minima. *Dod. pempt.* 167.
α Campanula minor rotundifolia vulgaris, floribus candidis. *Tournef. inſt.* 111.
Creſcit in agrorum marginibus vulgaris per Europam, *in* Suecia *autem copioſiſſima.*

10. CAMPANULA foliis haſtatis dentatis, caule determinate folioſo. *vide tab.*
Campanula canarienſis, atriplicis folio, tuberoſa radice. *Tournef. inſt.* 109.
Campanula canarienſis regia ſeu Medium radice tuberoſa, foliis ſinuatis cæſiis, atriplicis æmulis ternis circum caulem ambientibus, flore amplo pendulo colore flammeo rutilante. *Pluk. alm.* 76. *t.* 276. *f.* 1.
Creſcit in inſulis Canariis.

11. CAMPANULA caule ſimpliciſſimo, foliis amplexicaulibus.
Campanula pentagonia perfoliata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 457. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 23. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 248. *Bocc. muſ.* 1 *t.* 5. *f.* 8. (*minima.*)
Rapunculum minimum rotundifolium verticillatum, flore purpureo. *Barr. rar. t.* 1133.
Speculum veneris perfoliatum ſeu Viola pentagonia perfoliata. *Raj. hiſt.* 743.
Creſcendi naturalem locum non addit inventor; videtur natione Itala.
Diſtinctiſſima eſt hæc ſpecies a congeneribus: Caule communiter ſine ramis erecto. Foliis cordatis, amplexicaulibus, dentato-crenatis, alternis. Floribus tribus communiter ſeſſilibus, intra ſingulam folii alam.

12. CAMPANULA caule dichotomo, foliis ſeſſilibus utrinque bidentatis.
Campanula minor annua, foliis inciſis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 458. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 25.
Rapunculus minor, foliis inciſis. *Bauh. pin.* 92.
Erini ſive Rapunculi minimum genus. *Col. phyt.* 28.
Erinos fabii columnæ minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 799. *Raj. hiſt.* 743.
Alſine oblongo folio ſerrato, flore cæruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 367.
Creſcit in muris & ſiccioribus Meſſanæ & Monſpelii.

13. CAMPANULA caule ramoſo, foliis ovatis oblongis crenatis.
Campanula arvenſis erecta. *Herm. lugdb.* 108. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 248.
Speculum flore cæruleo arvenſe. *Rupp. jen.* 25.
Speculum veneris. *Raj. hiſt.* 742.
Onobrychis arvenſis vel Campanula arvenſis erecta. *Bauh. pin.* 215.
Avicularia ſylvii quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 800.
α Campanula arvenſis procumbens. *Tournef. inſt.* 112.
β Campanula ſeu Viola pentagonia, folio oblongo latiori. *Moriſ. bleſ.* 244.
γ Campanula arvenſis erecta, flore albo. *Tournef.*
Creſcit inter ſegetes in agris Galliæ, Italiæ, Germaniæ, &c.

14. CAMPANULA caule ſubdiviſo ramoſiſſimo, foliis linearibus acuminatis.
Campanula pentagonia, flore ampliſſimo, thracica. *Tournef. inſt.* 112. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 248.
Speculum veneris, flore ampliſſimo, thracicum. *Raj. hiſt.* 742.
Creſcit in Thracia.
Relatæ fuere Species prædictæ a veteribus ad diverſa genera. e. gr. Trachelium *ſp.* 2. 10. 4. 5. Rapunculus 3. 6. 7. 8. 9. Medium 1. Speculum veneris 11. 12. 13. 14.

TRACHELIUM. *g. pl.* 132.

1. TRACHELIUM foliis ovatis ſerratis, caule umbellâ terminato.
Trachelium azureum umbelliferum. *Tournef. inſt.* 130.
Rapunculus valerianoides cæruleus umbellatus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 250.
Rapunculus corniculatus valerianoides cæruleus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 465. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 52.
Rapuntium umbellatum. *Raj. hiſt.* 745.
Polypremum. *Syſt. nat.*
Cervicaria valerianoides cærulea. *Bauh. pin.* 95.
Valerianoides alpinum, trachelii folio, floribus cæruleis. *Pluk. alm.* 379.
Creſcit Romæ *in monte Cælio, inque muris fontium & locis humidis umbroſis; nec non in* Regni Valentini *deſerto, juxta pontem monaſterii Hieronymi.*

IPOMOEA. *g. pl.* 133.

1. IPOMOEA foliis linearibus pinnatis, floribus ſolitariis.
Convolvulus exoticus annuus, foliis myriophylli ſeu millefolii aquatici, flore ſanguineo. *Pluk. alm.* 117.
Convolvulus pennatus exoticus. *Col. obſ.* 73. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 18. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 7.
Convolvulus pinnato folio muriceo, gelſemini flore. *Barr. rar. t.* 60.
Gelſemini rubri alterum genus. *Cæſalp. ſyſt.* 154.
Jaſminum millefolii folio. *Bauh. pin.* 398.
Quamoclit ſive Jaſminum americanum. *Cluſ. poſt.* 9.
Quamoclit foliis tenuiter inciſis & pinnatis. *Tournef. inſt.* 116. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247. *Burm. zeyl.* 197.
Quamoclit. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 177. *Raj. hiſt.* 730.
Tsjuria-cranti. *Rheed. mal.* 11. *p.* 123. *t.* 60.
Creſcit in inſulis Maderaſpatanis, *ut fertur*, *&* *in* Malabaria, Zeylona.
Quamoclit eſt nomen barbarum; Ipomœam itaque dixi ab affinitate ſumma cum Convolvulis; ἴψ, ιπὸς *Convolvuli &* ὅμοιος *ſimilitudo eſt.*
Non dubito quin & hoc genus tandem conjungatur cum Convolvulis, limites enim utrisque intercedentes vix videntur ſufficere.

2. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis, vix dentatis.
Quamoclit americana folio hederæ, flore coccineo. *Comm. rar.* 21. *t.* 21. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247.
Creſcit in America.

CONVOLVULUS. *g. pl.* 134.

1. CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis.
Convolvulus minor arvenſis, flore roſeo. *Tournef. inſt.* 83. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 245.
Convolvulus minor arvenſis. *Bauh. pin.* 294.
Covolvulus minor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 50.
Convolvulus vulgaris, flore minore albo vel purpureo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 13. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 9.
Helxine ciſſampelos multis, ſive Convolvulus minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 157.
Smilax lævis minor. *Dod. pempt.* 393.
α Convolvulus minor arvenſis, flore candido. *Tournef.*
β Convolvulus -- flore purpureo radiis albis picto. *Tournef.*
γ Convolvulus -- flore albo punicantibus lineis aſperſo. *Tournef.*
Creſcit in agris inter ſegetes vulgaris per Europam.

2. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſtice truncatis.
Convolvulus major. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 154.
Convolvulus major albus. *Bauh. pin.* 294.
Convolvulus vulgaris major albus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 12. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 246.
Smilax lævis major. *Dod. pempt.* 392.
α Convolvulus major purpureus. *Tournef. inſt.* 82.
β Convolvulus major, flore ex purpura-variegato. *Tournef.*
Convolvulus vulgaris major, flore ex roſeo & albo variegato. *Boerh.*
γ Convolvulus ſyriacus vel Scammonia ſyriaca. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 12. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 245.

Scam-

Scammonia ſyriaca. *Bauh. pin.* 294
Scammonia ſyriaca, flore majore convolvuli. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 163.
Scammonium. *Lob. hiſt.* 340.
Creſcit in Belgio, Anglia, Gallia *ad ſepes & foſſas, at γ in* Myſia & Syria, *nec non* Creta.
Varietas γ differt a vulgari planta foliis minoribus, ſtructuram aliam differentem non obſervavimus.

3. CONVOLVULUS foliis cordatis angulatis, radice tuberoſa.
Convolvulus radice tuberoſa eſculenta, ſpinaciæ foliis, flore albo fundo purpureo, ſemine poſt ſingulos flores ſingulo. *Sloan. flor.* 53.
Convolvulus indicus Batatas dictus. *Raj. hiſt.* 728.
Convolvulus indicus orientalis, Inhame ſeu Battatas, Siſarum peruvianorum ſeu Battata hiſpanorum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 11. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 4.
Batatas. *Bauh. pin.* 91. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 792. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 78.
Jetica. *Marcgr. braſ.* 16.
Kappa-Kelengu. *Rheed. mal.* 7. *p.* 95. *t.* 50.
Creſcit culta in utraque India *vulgaris, de flore vel fructu nil vidimus; foliis variat.*

4. CONVOLVULUS foliis cordatis, caule perenni villoſo.
Convolvulus canarienſis ſempervirens, foliis mollibus & incanis, floribus ex albo purpuraſcentibus. *Comm. hort.* 2. *p.* 101. *t.* 51.
Katu-Kelengu. *Rheed. mal.* 11. *p.* 105. *t.* 51.
Creſcit in inſulis Fortunatis.

5. CONVOLVULUS annuus foliis cordatis, rarius trilobis, calyce tuberculato villoſo.
Covolvulus purpureus, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 295. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 13. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 7.
Convolvulus indicus, flore violaceo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 246.
Campanula indica. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 165.
α Convolvulus indicus, flore albo. *Tournef. inſt.* 82.
β Convolvulus indicus, flore albo purpuraſcente, ſemine albo. *Magn. hort.* 61.
γ Convolvulus cæruleus minor, folio ſubrotundo. *Dill. elth.* 97. *t.* 82. *f.* 94.
δ Convolvulus folio cordato glabro, flore violaceo. *Dill. elth.* 100. *t.* 84. *f.* 97.
ε Convolvulus flore purpureo, calyce punctato. *Dill. elth.* 99. *t.* 83. *f.* 96.
ζ Convolvulus cæruleus, hederaceo anguloſo folio. *Bauh. pin.* 295. *Dill. elth.* 96. *t.* 80. *f.* 91.
Convolvulus cæruleus hederaceus ſeu trifolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 13. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 8. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 242.
Convolvulus aureus ſive cæruleus; Campanula laſura herbariorum; noctu florens, Pleutonaria dicta. *Lob. hiſt.* 342.
Nil arabum ſive Convolvulus cæruleus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 164.
η Convolvulus cæruleus, hederaceo folio magis anguloſo. *Dill. elth* 96. *t.* 80. *f.* 92.
ϑ Convolvulus cæruleus major, folio hederaceo. *Dill. elth.* 97. *t.* 81. *f.* 93.
Creſcit naturalis planta cum α. β. in Syria, *γ. in regione* Miſſiſipica, *δ. in* Carolina, *ε. in* Mexico, *ζ. in* Aſia, Africa & America; *η. in* Æthiopia; *ϑ in* Virginia & Carolina.

6. CONVOLVULUS foliis reniformibus.
Convolvulus maritimus noſtras rotundifolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 11. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 245.
Soldanella maritima minor. *Bauh. pin.* 295.
Soldanella. *Dod. pempt.* 395.
Braſſica marina ſive Soldanella. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 166.
Creſcit in Angliæ, Friſiæ orientalis, Scaniæ, *&c. maritimis litoribus arenoſis.*

7. CONVOLVULUS foliis cordato- lanceolatis,
Convolvulus ſtellatus arvenſis, folio glauco. *Dill. elth.* 103. *t.* 87. *f.* 101.
Covolvulus folio ſagittato & auriculato, flore luteo, fructu veſicario biloculari, condente ſemina bina in ſingulis loculis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 268.
Creſcit in arvis Mexicæ.

8. CONVOLVULUS foliis ovatis acutis.
Convolvulus ſiculus annuus cæruleus minimus, capſula floris binis foliolis cincta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 36. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247.
Convolvulus ſiculus minor, flore parvo auriculato. *Bocc. ſic.* 89.
Convolvulus africanus minimus. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 1. *t.* 7. *f.* 5. *figura tenus.*
Creſcit circa Panormum rarior, at copioſior circa Cataniam *Siciliæ urbem.*

9. CONVOLVULUS foliis ovatis diviſis baſi truncatis, laciniis intermediis duplo-longioribus.
Convolvulus argenteus, folio altheæ. *Bauh. pin.* 295. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 246.
Convolvulus folio altheæ. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 49.
Convolvulus peregrinus pulcher, folio betonicæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 159.
Convolvulus, betonicæ althæque foliis, repens argenteus, flore purpureo. *Barr. rar.* 5. *t.* 312.
α Convolvulus argenteus, altheæ foliis magis inciſis & incanis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 246.
Convolvulus argenteus elegantiſſimus, foliis tenuiter inciſis. *Tournef. inſt.* 85.

Convolvulus minor pentaphyllæus. *Munt. hiſt.* 504. *t.* 504.
Creſcit in collibus juxta Tagum flumen læto ſolo in Bœtica, *plurimisque aliis* Hiſpaniæ *& in* Italiæ *incultis locis paſſim ; in* Gallia narbonenſi *monte Cretio, copioſior in* Gallo-provincia *circa Tolam & Olbiam.*

10. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obtuſis ſericeis.
Convolvulus argenteus umbellatus erectus. *Tournef. inſt.* 84.
Convolvulus major rectus creticus argenteus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 11. *ſ.* 1. *t.* 3. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247.
Cneorum album, folio oleæ argenteo molli. *Bauh. pin.* 463.
Cneorum album dalecampii, aliis Dorycnium. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 597.
Dorycnium plateau. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 254.
α Convolvulus minor argenteus repens acaulis fere. *Tournef. inſt.* 84.
Convolvulus argenteus minor repens rupellenſis, flore rubro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247.
Convolvulus laxatilis erectus villoſus perennis, flore ex albo-purpuraſcente, hiſpanicus. *Barr. rar.* 4. *deſcr. t.* 470. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 79. *t.* 70.
Creſcit in Sicilia *&* Creta, *at α ad oram maritimam circa Rupellam, in* Catalauniæ *locis aridis, & in montibus campeſtribus ac deſertis* Caſtiliæ *novæ.*
Planta pedunculos fere a radice vel in caule foliis breviore promit, antecedens autem caule longo & recto inſtruitur.

11. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis, caule ramoſo.
Convolvulus ſpicæfolius. *Raj. hiſt.* 726.
Convolvulus minimus ſpicæfolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 3.
Convolvulus linariæ folio. *Bauh. pin.* 295.
Cantabrica quorundam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 49.
Convolvulus, linariæ folio, aſſurgens. *Tournef. inſt.* 83. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 247.
α Convolvulus, linariæ folio, humilior. *Tournef.*
Creſcit in Italia, Sicilia *&* Gallia narbonenſi *vulgaris.*

12. CONVOLVULUS foliis lanceolato-ovatis nudis, caule recto, floribus ſolitariis.
Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo. *Bauh. pin.* 295. *prod.* 134. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 166.
Convolvulus luſitanicus, flore cyaneo. *Tournef. inſt.* 83. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 246.
Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo, flore peramœno triplici colore inſignito. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 17. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 4.
Convolvulus longifolius azureus, niveo umbilico, ſupinus. *Barr. rar.* 4. *t.* 322.
α Convolvulus longifolius azureus, niveo umbilico, erectus. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 148. *t.* 105. & 76. *t.* 63. *Barr. rar.* 4. *t.* 321.
Creſcit in Africa, Hiſpania, Luſitania, Sicilia *ad promontorium Pachynum, in* Mauritania *circa Tingidem.*

13. CONVOLVULUS foliis ovatis obtuſis, caule filiformi.
Convolvulus indicus minor, alſines folio, flore rubicundo purpureo. *Comm. flor.* 22. *Raj. hiſt.* 379.
Convolvuli minimi ſpecies biſnagarica, hirſuto alſines folio. *Pluk. alm.* 116.
Alſines facie Myoſotis biſnagarica fruteſcens, floſculis pallide flaveſcentibus. *Pluk phyt.* 9. *f.* 1.
Viſtnu-clandi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 131. *t.* 64.
Creſcit in utraque India, *noſtra in Bahama lecta fuit.*
Licet figura in Horto malabarico, duplo noſtra planta major ſit, non dubito eandem adponere, cum idem in plurimis aliis obſervamus; an hoc a luxuriante ſolo vel luxuriante pictore factum, me fugit.

CORIS. *g. pl.* 846.

1. CORIS.
Coris cærulea maritima. *Bauh. pin.* 280. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 363. *ſ.* 11. *t.* 5. *f. ult.*
Coris monſpeſſulana purpurea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 434.
Coris quorundam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 174.
α Coris flore rubro. *Tournef. inſt.* 652.
β Coris maritima, flore albo. *Tournef.*
Creſcit in locis ſiccis circa Salmanticam *&* Monſpelium, *nec non in maritimis* Galliæ Narbonenſis *&* Valentiæ *ubi major prognaſcitur.*

AZA-

AZALEA. *g. pl.* 151.

1. AZALEA ſcapo nudo, floribus confertis terminatricibus, ſtaminibus declinatis
Ciſtus virginiana, flore & odore periclymeni. *Pluk. alm.* 106. *t.* 161. *f.* 4. *Catesb. ornith. p.* 57. *t.* 57.
Creſcit in Virginia *&* Carolina.
*Corollæ figura in genere Azaleæ ſeu Chamærododendri Tournefortii variat, in aliis enim ſpeciebus æqualis eſt, in aliis declinatis ſtaminibus & magis tubuloſa, quod genus tamen nullo modo lacerari debet. Nominis rationem vide Fl. lapp.*89. *e.*

SIDEROXYLON. *g. pl.* 167.

1. SIDEROXYLUM inerme.
Sideroxyli primum, dein Coriæ indorum nomine data arbor. *Dill. elth.* 357. *t.* 265. *f.* 344.
Creſcendi locus naturalis me fugit, a facie Africanam dicerem arborem.

2. SIDEROXYLUM ſpinoſum.
Ebenus jamaicenſis, arbuſcula, buxi foliis, ſpinoſa. *Pluk. alm.* 132. *t.* 89. *f.* 1.
Lycio ſimilis frutex indicus. *Comm. hort.* 1. *p.* 161. *t.* 83. *Breyn. prod.* 2. *p.* 65.
Aſphaltus arboreus ſeu Pſeudo-ebenus buxi folio, flore luteo patulo, ſiliqua lata chartacea, ſemen exiguum reniforme complectente. *Sloan. flor.* 140. *hiſt.* 2. *p.* 31. *t.* 175. *f.* 1?
Courou-Moelli. *Rheed. mal.* 5. *t.* 77. *f.* 39.
Creſcit in utraque India.
Quod Plukenetii eadem cum noſtra arbuſcula ſit nullum eſt dubium, figura bona eſt, ut & H. Malabarici, ſtamina licet plura numeret, hic ſumens abſque dubio denticulos laciniis corollæ interjectos pro ſtaminibus. De Sloanei magis hæreo, utpote cum figura mala ſit, deſcriptio minus quadrans, flos luteus patulus, pallide vireſcens & parvus, ſiliqua lata chartacea, forte deceptus author a ſiccis ſpeciminibus, ſecundum quae deſcriptiones & figuras confecit.
Quod hæc ſpecies ſit ejusdem generis cum antecedenti, docent abunde flores utrisque exacte ſimiles, docent cuſpides alterni corollæ, docent germina transverſim ſecta, quæ apud nos non matureſcunt.

RHAMNUS. *g. pl.* 165.

1. RHAMNUS floribus trigynis, aculeis geminatis, altero inferiore reflexo.
Paliurus. *Dod. pempt.* 756. *Tournef. inſt.* 616. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 236.
Paliurus jujubinis foliis, fructu petaſoideo. *Pluk. alm.* 275.
Jujuba ſylveſtris, quam in hetruria Spinam marruram vocant. *Cæſ. ſyſt.* 109.
Rhamnus folio ſubrotundo, fructu compreſſo. *Bauh. pin.* 477.
Rhamnus ſive Paliurus, folio jujubino. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 35.
Creſcit in Italia circa Veronam, Bergamum; *in Gallia Narbonenſi circa* Monſpelium.

2. RHAMNUS floribus digynis, aculeis geminatis rectis, foliis ovato-oblongis.
Zizyphus. *Dod. pempt.* 807. *Tournef. inſt.* 627. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 245.
Zizyphus ſylveſtris. *Tournef. inſt.* 627.
Zizypha ſativa & ſylveſtria. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 40.
Zizyphus ſive Jujuba major. *Raj. hiſt.* 1533.
Zizyphus rutila. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 28.
Jujubæ majores oblongæ. *Bauh. pin.* 446.
Jujuba ſylveſtris. *Bauh. pin.* 446.
Jujuba officinarum. *Dal. pharm.* 414.
Creſcit in Italia *in rupibus & clivis maritimis prope* Tropiam *Calabriæ urbeculam & in agris* Veronenſibus.
E ſylveſtribus ſatione, inſitione & cultura ſativas initio productas exiſtimamus cum Rajo.

3. RHAMNUS aculeis geminatis rectis, foliis ovatis.
Jujube ſ. Zizyphus africana, mucronatis foliis, ſpina gemella. *Pluk. alm.* 199. *t.* 197. *f.* 3.
Jujube africana ſpinoſa, loti arboris foliis & facie, fructu rotundo parvo dulci. *Kigg. beaum.* 25.
Creſcit in Africa. *Noſtra planta e ſeminibus a* Capite bonæ ſpei *miſſis prodiit.*
Differt ab antecedenti caule pubeſcente, foliis quadruplo majoribus, non nitidis, exacte ovatis, acutis, acute ſerratis; ſpinæ ſunt horizontales apice nigricantes. Fructificationem etiamnum non vidimus, e facie huc retulimus.

4. RHAMNUS ſpinis ex alis foliorum ſolitariis in ramos tranſeuntibus.
Jujuba americana ſpinoſa, loti arboris foliis & facie, fructu rotundo parvo dulci. *Kigg. beaum.* 25. *Comm hort.* 1. *p.* 141. *t.* 73.
Creſcit in Curaçao *& adjacentibus inſulis americanis.*
Nec hujus videre licuit fructificationes; folia in hac non trinervia ſunt, ut in præcedentibus; debet & hæc diſtingui ab antecedente, quæ ſpinas ſolitarias, loco aculei duplicis gerit, &c.
De Genere an hujus ſit vel an Lycii nil certo ſtatuere poſſum, qui fructificationem non viderim.

5. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis.
Rhamnus inermis, foliis annuis. *Fl. lapp.* 60.
Frangula. *Dod. pempt.* 784. *Tournef. inſt.* 612. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 231.
Alnus nigra baccifera. *Bauh. pin.* 428. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 560.
Creſcit in ſubudis graminoſis nemoroſis frequens & vulgaris, præſertim in frigidioribus Europæ *regionibus.*

6. RHAMNUS floribus quadrifidis, ramis ſpina terminatis, mas vel fœmina.

Mas.	*Fœmina.*
Cervi ſpina Rivini & Cordi mas. *Rupp. jen.* 74.	Cervi ſpina Rivini & Cordi fœmina. *Rupp. jen.* 74.
Spina cervina floribus ſterilibus. *Dill. gen.* 145. *t.* 8. *f. B.*	Spina cervina, floribus fertilibus. *Dill. gen.* 145. *t.* 8. *f. A.*

Spina infectoria. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 111.
Rhamnus ſolutivus. *Dod. pempt.* 756.
Rhamnus catharticus. *Bauh. pin.* 478. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 55. *Tournef. inſt.* 593. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
Creſcit in ſenticoſis dumetis ſepibusque per Sueciam, Angliam, Pannoniam, Germaniam.

7. RHAMNUS inermis, floribus polygamis, ſtigmate triplici.

Hermaphroditus fœmineus.	*Mas.*
Alaternus 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 50. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 542.	Alaternus 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 50. *Tournef. inſt.* 595. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 213.
Alaternus minore folio. *Tournef. inſt.* 595. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 214.	Alaternus. *Plin. lib.* 16. *c.* 26.
Alaternus ſecundus cluſii; Celaſtrus theophraſti fœmina. *Dalech. hiſt.* 159.	Alaternus prior cluſii; Celaſtrus mas theophraſti. *Dalech. lugdb.* 159.
Philyca humilior. *Bauh. pin.* 477.	Philyca elatior. *Bauh. pin.* 477.
α Alaternus monſpelica, foliis profundius inciſis. *Tournef.*	α Alaternus aurea f. foliis ex luteo aureis. *Tournef.*
	β Alaternus argentea f. foliis ex albo variis. *Tournef.*
	γ Alaternus hiſpanica latifolia. *Tournef.* Alaternus hiſpanica, celaſtrus dicta. *Boerh.*

Creſcit in Luſitania, Bœtica, *agro* Valentino; *In* Italia *præcipue ad mare inferum &* Monſpeliis.
Obſ. *Plinius fructum negavit huic arbori, & Theophraſtus eandem ſexu diſtinxiſſe videtur; quod Botanici nugas fecere. Sed redeunt ſeculæ. Altera enim ſemper mas eſt; de hermaphrodito, num ab utraque parte leges conjugales ſupplere valeat vel an ſolum a fœminina polleat, me etiamnum non edoctum fateor. Ergo mas eſt qui numquam fert fructum, ergo fœmina, ſalvo reſpectu, dici poteſt altera. In Horto Cliffortiano Alaterni* 2. *Cluſii omnes hermaphroditæ ſunt, & Alaterni* 1. *Cluſ. omnes mares; an hæc lex ubique obtineat? aliis diſcutiendum relinquo, commendo; vel an* 1. *&* 2. *Cluſii ſint varietates aliæ quam ſexuales, & an in utraque planta ejusmodi diſtinctio? ego plantas enumeravi ut in horto ſeſe obtulere.*
Nullus, qui flores ſingularum ſub hoc genere recenſitarum ſpecierum ſimul viderit horumque figuram attente conſideraverit, erit, qui eos ad diverſa trahere genera paſthac ſtudeat, licet fructus in hac tot modis diverſus quot ſpecies ſint. E fructu enim ſpecies fuere genera, varietates ſpecies, uti Paliurus *ſp.* 1. Zizyphus 2. 3. Frangula 5. Cervi ſpina 6. Alaternus 7.

PHILYCA. *g. pl.* 166.

1. PHILYCA foliis ovato-linearibus.
Alaternoides africana, ericæ foliis, floribus albicantibus & muſcoſis. *Comm. hort.* 2. *p.* 1. *t.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p* 214.
Creſcit in Africa, *apud nos ſolo ſub tecto ſervatur per hyemem, floret autumno & ſemina vere perficit.*
Reliquæ Alaternoidis Boerhaavio ſpecies ejusdem generis non ſunt.

2. PHILYCA foliis ovato-lanceolatis.
Spiræa africana odorata, floribus ſuaverubentibus. *Comm. rar.* 2. *t.* 2.
Creſcit in Africa.

Nos

Nos tantummodo eandem in horto ſicco habemus, floribus etiamnum non explicatis: quantum autem eſt videre, e ſpecimine erit flos monopetalus & potius hujus generis, quam Dioſmæ; de fructu tamen nil certi novimus.

BRUNIA. *g. pl.* 175.

1. BRUNIA foliis quadrifariam imbricatis.
Cupreſſo pinulus capitis bonæ ſpei. *Breyn. cent.* 22. *t.* 10.
Erica capitata ſ. nodiflora cupreſſiformis africana. *Pluk. mant.* 69.
Scabioſæ affinis Arbuſcula africana ericoides ſphœrocephalos. *Raj. hiſt.* 1444.
Creſcit in Capite bonæ ſpei.

2. BRUNIA foliis linearibus patulis.
Frutex corymbiferus africanus, chryſanthemi ericoidis facie, floribus globulariæ. *Breyn. faſc.* 23.
Tamariſcus monomotapenſis, ericæ tenuiſſimo folio, pilulifera, ramulis lanugine aranearum inſtar implexis. *Pluk. alm.* 361. *t.* 318. *f.* 4.
Creſcit in Africa.

3. BRUNIA floribus ſolitariis.
Ericæformis æthiopica, cupreſſi foliis compreſſiuſculis. *Pluk. alm.* 136. *t.* 279. *f.* 2.
Creſcit in Africa.
Caulis facie Ericæ tectus foliis ovatis, angulato-impreſſis, ſeſſilibus, cauli approximatis.
Summi ramuli Statices Limonii dicti modo ex apicibus ſingulis ſingulum florem album ſeſſilem proferunt, calyce pentaphyllo membranaceo germini inſidente. Petalis 5. *inferne attenuatis. Staminibus quinque ſubulatis receptaculo affixis. Stylus ſimplex. Germen infra receptaculum. De fructu nil ſcimus. Adeoque heic, donec certiora innoteſcant, plantam inſerui.*
Dictum fuit Genus plantarum ERIOCEPHALOS Bruniades *Pluk. mant.* 69. *a me Brunia, ab eodem quo ſuas plantas dixit Plukenetius; Ingenioſus Vir Alexander Brow rariſſimas has apud Bonæ ſpei, hujusmodi deliciarum feraciſſimum promontorium, propria manu collegit & communicavit; ea propter in ſui nominis memoriam Brunia pro harum cognomine uſurpari placuit Plukenetio.*

DIOSMA. *g. pl.* 171.

1. DIOSMA foliis linearibus hirſutis.
Spiræa africana odorata, foliis piloſis. *Comm. rar. p.* 3. *t.* 3. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 238.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *juxta montes in locis altioribus.*
Gratiſſimus iſte & aromaticus odor foliorum, ſed præcipue Capſulæ Aniſi ſtellati ſimilis, ut & Pericarpii figura in quinque cornua diviſa, licet hic erecta ſint cornua iſta, fecere ut interrogarem num hæc eſſet ſpecies Aniſi ſtellati. Hoc tamen negare videntur calyptræ propriæ ſeminum.
Singulare in hac planta eſt, quod ſuperior pars germinis gerat vices nectarii in coronam pentagonam effabre exſculpti.
Cum frutex hic in hortis noſtris ſit vulgatiſſimus, nec facile per hyemes pereat, ſolo ſub tecto ſervatus, brevem ejus deſcriptionem dabo, præſertim cum in Catalogis horti reliquorum minus frequens occurrat, nec magni momenti ſit iſta Commelini.
Frutex eſt raro humanam altitudinem attingens Caule (in ollis ac vaſis) ſimplici, quodammodo levi, ruffeſcente, craſſitie pollicis, e cujus apice
Rami *diſperguntur hac lege: Rami foliis alternis, vix ſpatio lineari a ſe invicem remotis aſperguntur, quæ retinent primo & ſecundo anno, at tertio dimittunt; primo anno ſimplex eſt ramus, altero ex ſingula folii ala verſus ſummitatem (non infra medium) promit ſimiliter ramulum. Rami omnes leues, flexiles, filiformes, pallidi primo anno.*
Folia *linearia, vel filiformia, verſus apicem attenuata, acuminata, erecta, ſeſſilia a latere caulem recipiente viridia plana, at extrorſum verſo teretia, crinibusque albis obducta, longitudine unguis pollicis humani.*
Flores pauci ramos terminant, ſæpe ſolitarii, calyce parvo viridi hirſuto, petalis niveis. Petala alba, reliqua vide in characteribus.
Odor totius plantæ Aniſum ſtellatum redolet.

2. DIOSMA foliis ſubulatis acutis.
Spiræa africana, foliis cruciatim poſitis. *Comm. rar.* 1. *t.* 1.
Hypericum africanum vulgare; ſeu Bocho hottentottorum, flore albo; fruteſcens. *Seb. theſ.* 2. *p.* 41. *t.* 40. *f.* 5.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *cum antecedenti.*

3. DIOSMA foliis ſetaceis acutis.
Ericæformis, coridis folio, æthiopica, floribus pentàpetalis in apicibus. *Pluk. alm.* 236. *t.* 279. *f.* 5. *bona.*
Creſcit in Africa.
Dioſmam dixi genus a ſuaveolentiſſimo & refocillanti odore totius plantæ, præſertim Pericarpiorum.

MYRSINE. *g. pl.* 154.

1. MYRSINE.
Buxus africana rotundifolia ſerrata. *Pluk. alm.* 74. *t.* 80. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 173.
Vitis idæa æthiopica, myrti tarentinæ folio, flore atropurpureo. *Comm. hort.* 1. *p.* 123. *t.* 64.
Frutex æthiopicus baccifer, foliis myrtilli. *Breyn. cent.* 9. *t.* 5.
Creſcit in Æthiopia.
Planta hæc eſt arbuſcula, vix humanæ, apud nos, altitudinis, ramis erectis atro-purpureis, angulatis, angulis e ſinu cujuscunque folii decurrentibus, tenacibus, flexilibus, abſque ordine ramoſis
Folia *ovata, utrinque parum attenuata, perennia, firma, ſuperne atroviridia, nitida, inferne pallide viridia, margine purpuraſcente acuto parumque reflexo, ſupra medietatem utrinque tribus vel quatuor ſerraturis acutis minimis conniventibus notata, patula, convexa, petiolo vix lineari rubro inſidentia, ſolitaria.*
Flores ex alis foliorum plures, albi, angulis corollæ & calyce rubicundis.

CASSINE. *g. pl.* 845.

1. CASSINE.
Caſſine vera perquam ſimilis arbuscula, phillyreæ foliis antagoniſtis ex provincia carolinienſi. *Pluk. mant.* 40. *Angl. hort* 16. *t.* 20.
Phillyrea capenſis, folio celaſtri. *Dill. elth.* 315. *t.* 236. *f.* 305.
Lycium africanum, betulæ folio. *Hern. prod.* 349. *Kigg. beaum.* 27.
Celaſtri glauco folio arbor. *Pet. muſ. n.* 627.
Ceraſus ſebeſtenæ domeſticæ foliis aliquatenus accedens. *Pluk. alm.* 94. *t.* 97. *f.* 8.
Frutex æthiopicus, alaterni foliis. *Seb theſ.* 1. *p.* 46. *t.* 29 *f* 5.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei, *nec non in* Carolina, *hyemesque noſtras ſub dio perdurat & floret & viget.*

CELASTRUS. *g. pl.* 168.

1. CELASTRUS ramis teretibus, ſpinis nudis, foliis acutis.
Lycium æthiopicum, pyracanthæ folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 163. *t.* 84.
Lycium africanum 1, fructu rubro; potius Evonymo affinis. *Boerh. hort.* 246.
Evonymus africanus, lycii craſſioribus foliis, ſempervirens, capſula triloculari aſperata rubente. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 237.
Rhamno ſimilis africana, fructu triloculari, folio pyracanthæ. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
Creſcit in Africa.
In noſtris hortis ſpinis communiter fere deſtituitur, quod forte per culturam factum.

2. CELASTRUS ramis anguloſis, ſpinis folioſis, foliis obtuſis.
Lycium pruni folio ſubrotundo, flore candicante. *Boerh. ind.* 246.
Lycium portorienſe, buxi foliis anguſtioribus. *Kigg. beaum.* 28. *Pluk. alm.* 234. *t.* 202. *f.* 3.
Rhamnus afer, folio pruni longiori ſubrotundo, flore candicante, ſpinis longiſſimis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
Creſcit in Africa.
Mira eſt hujus generis apud omnes, qui hoc genus tractarunt authores, inter ſpecies confuſio & incertitudo.
Fructus in hac globoſus, in præcedenti triqueter eſt.

3. CELASTRUS foliis oppoſitis ovatis integerrimis, floribus fere ſolitariis.
Rhus virginianum, foliis myrti. *Comm. hort.* 1. *p.* 157. *t.* 81. *Raj. dendr.* 10.
Creſcit in Virginia.

4. CELASTRUS inermis, foliis alternis ovatis ſerrulatis, floribus racemoſis.
Myrtifolia arbor, foliis latis ſubrotundis, flore albo racemoſo. *Sloan. flor.* 162. *hiſt.* 2. *p.* 79. *t.* 193. *f.* 1. *Raj. dendr.* 36.
Phytolacca americana, fructu minori. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 70.
Creſcit in America.

Plan-

Planta nobis ſicca eſt : videtur frutex facie omnino Riviniæ, caule levi pallido, folia alterna petiolata ovata acuta, tenuiſſime ſerrata, utrinque glabra; Racemus terminatrix, ſimplex.
Flores parvi albi; flos ut in congeneribus.

5. CELASTRUS inermis, foliis ovatis ſerratis trinerviis, racemis ex ſummis alis longiſſimis.
Evonymus novi belgii, corni fœminæ foliis. *Comm. hort.* 1. *p.* 167. *t.* 86. *Raj. dendr.* 69.
Evonymus, jujubinis foliis, carolinienſis, fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm.* 139. *t.* 28. *f.* 6.
Creſcit in Carolina, Virginia *& adjacentibus Americæ provinciis.*

6. CELASTRUS inermis, foliis lanceolatis obtuſe ſerratis, petiolis appendiculatis.
Alaternoides africana; lauri ſerratæ folio. *Comm. præl.* 61. *t.* 11. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 214.
Ricinoides africana arboreſcens, folio phillyreæ longifoliæ ſerratæ, floribus exiguis e luteo viridibus. *Seb. theſ.* 1. *p.* 35. *t.* 22. *f.* 6.
Creſcit in campis irriguis & rivulorum marginibus ad Caput bonæ ſpei.
Flores non vidimus, figura tamen Sebæ exacte videtur indicare hoc genus; ſed deſcribit duplicem ordinem corollæ, quod alieni quid indicat.

MORINDA. *g. pl.* 163.

1. MORINDA procumbens.
Morinda americana humifuſa laurifolia. *Vaill. act.* 1722. *t.* 275.
Rojoc humifuſum, fructu cupreſſino. *Plum. gen.* 11.
Lauri facie curaſſavica volubilis, fructu mori, radice crocea e qua atramentum conficiunt americani quibus Morilje dicitur. *Kigg. beaum.* 26.
Lauri facie curaſſavica volubilis, e cujus radice atramentum conficiunt americani. *Herm. prod.* 345.
Rubi ſeu Mori fructu americana arbor, foliis laurinis; Morilje vulgo. *Herm. prod.* 372. *Raj. dendr.* 76.
Creſcit in Curaſſao *& aliis Americæ provinciis.*

CEPHALANTHUS. *g. pl.* 300.

1. CEPHALANTHUS foliis ternis.
Platanocephalus tini foliis ex adverſo ternis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 259.
Scabioſa dendroides americana, ternis foliis circa caulem ambientibus, floribus ochroleucis. *Pluk. alm.* 336.
Arbor americana triphylla, fructu platani quodammodo æmulante. *Pluk. phyt.* 77. *f.* 4.
Creſcit in Virginia.
In hujus plantæ floribus unica quinta pars numeri excluditur a dato in generibus charactere ex horto malabarico ſeu CEPHALANTHO foliis oppoſitis. *H. M.* 3. *p.* 29. *t.* 33. *ubi flos quinquefidus & deſcribitur & depingitur; cumque in H. M. omnes figuræ majores ſint inquirendum num ſpecie differat hæc noſtra.*
Cephalanthum quaſi florem capitatum dixi hanc plantam, cum Platanocephalus F. B. 227. 249. *non placeat, multo minus Synonymon genericum Plukenetii Acrochordodendros F. B.* 249.

LAGOECIA. *g. pl.* 176.

1. LAGOECIA.
Umbelliferis affinis, capitulis globoſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 265. *ſ.* 9. *t.* 13. *f. ult.*
Cuminoides vulgare. *Tournef. inſt.* 301. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 132.
Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. *Bauh. pin.* 146.
Cuminum ſylveſtre primum valde odoratum globoſum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 23.
Cuminum ſylveſtre. *Dod. pempt.* 300. *Lob. adv.* 330.
Daucus odoratus creticus, ſanguiſorbæ capitulis villoſis. *Pluk. alm.* 130.
Creſcit in Lemno, Creta, Aleppo.
Cum nil habeat cum Cumino, nec aliquid cum Dauco Pluk. aut Sanguiſorba Raji commune, & genere diſtincta & nomine erit. Vocatur teſte Bellonio in Lemno Lagochymeni i. e. leporis cubile, quam metaphoram imitantes diximus Lagœciam à λαγος & οικος i. e. Leporis domus.

TELEPHIUM. *g. pl.* 172.

1. TELEPHIUM foliis oblongo-ovatis, floribus laxe ſpicatis terminatricibus.
Telephium dioſcoridis. *Tournef. inſt.* 248. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 278.
Telephium legitimum imperati 7. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 67.
Telephium repens, folio non deciduo. *Bauh. pin.* 287.
Helianthes ſpecies rara, coma inflexa ut in heliotropio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 20. *Raj. hiſt.* 1016.

Helianthes ſpecies rara, figura leguminoſa, floribus aureis. *Lob. adv.* 405.
Helianthes ſpecies penæ. *Dalech. hiſt.* 869.
Ciſtus folio majoranæ. *Bauh. pin.* 465.
Polygonum perenne procumbens, folio breviore, floribus in capitulum congeſtis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 593.
Alſine ſcorpioides procumbens major, telephii facie, tricapſularis. *Pluk. alm.* 20.
Creſcit in arduis jugis montis Bonaventuræ, *non procul ab Aquis-ſextiis in Gallo-provincia.*

GRONOVIA. *g. pl.* 159.

1. GRONOVIA.
Gronovia ſcandens lappacea, pampinea fronde. *Houſt. a. a. Mart. cent.* 1. *p.* 40. *t.* 40.
Creſcit in Nova Cruce *Americæ.*
Dixit Houſtonus hanc plantam ſcandentem, plantasque involventem, attrahentemque, a Doctiſſimo Botanico Jo. Fr. Gronovio, *cujus collectio plantarum vix pari gaudet; cui & noſter Hortus plurimas debet plantas & ſemina.*

VITIS. *g. pl.* 161.

1. VITIS foliis palmato-angulatis.
Vitis ſylveſtris, Labruſca. *Bauh. pin.* 299.
Vitis ſylveſtris virginiana. *Bauh. pin.* 299.
Vitis vulpina dicta virginiana alba. *Pluk. alm.* 392.
Vitis vinifera ſylveſtris americana, foliis averſa parte denſa lanugine tectis. *Pluk. phyt.* 249.
Vitis fructu minore rubro acerbo, folio ſubrotundo minus laciniato, ſubtus alba lanugine tecto. *Sloan. hiſt.* 2. *p.* 104. *t.* 210. *f.* 4.
Cevalchichiltic. *Hern. mex.* 123.
α Vitis vinifera. *Bauh. pin.* 299. *Dod. pempt.* 415.
β Vitis corinthiaca ſive apyrena. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 72.
Creſcit in omnibus quatuor mundi partibus ſponte, in locis nec ſole aduſtis, nec frigore conglaciatis: ut in Virginia, Gallo-provincia, Narbona, Jamaica, Mexico, *&c.*
Si varietates pro ſpeciebus quis habere velit, tot habebit differentias quot Endemiatorum vineta & novas omni die productas.
Singularis præ reliquis eſt varietas (β) puſillis admodum acinis, ſemineque carentibus, quod in nulla naturali ſpecie unquam obtinet, nec hæc niſi varietas eſt.
In Suecia culta vix frigus perfert, niſi tegatur per hyemem, excepta ſola Scania, ubi, neque ſecura ab hyemis ſævitia, interdum perdurat.

2. VITIS foliis quinatis, foliolis multifidis.
Vitis folio apii. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 73. *Raj. hiſt.* 1614. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 232.
Vitis laciniatis foliis. *Corn. canad.* 182. *t.* 183.
Obſ. *An hæc, ut quidam volunt, ſit varietas antecedentis nec ne, pro certo determinare nequeo, videtur tamen ſatis diverſa.*

3. VITIS foliis quinatis, foliolis ovatis ſerratis.
Vitis quinquefolia canadenſis ſcandens. *Tournef. inſt.* 613. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 233.
Vitis hederacea indica. *Stap. theophr.* 364.
Edera quinquefolia canadenſis. *Corn. canad.* 99. *t.* 100.
Creſcit in Canada.

HEDERA. *g. pl.* 160.

1. HEDERA foliis lobatis ac ovatis. *Fl. lapp.* 91.
Hedera. *Cæſalp. ſyſt.* 92.
Hedera arborea. *Bauh. pin.* 305. *Dalech. hiſt.* 1418.
Hedera communis major. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 111. *f. prior.*
Hedera. *Dod. pempt.* 413.
α Hedera poetica. *Bauh. pin.* 305.
Hedera dionyſias. *Dalech. hiſt.* 1419. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 113.
β Hedera arborea ex argenteo & viridi foliis eleganter variegatis. *Pluk. alm.* 181.
Hedera helix. *Dod. pempt.* 413. *Dalech. hiſt.* 1419.
Hedera major ſterilis. *Bauh. pin.* 305.
Hedera communis minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 111. *f. poſterior.*
Creſcit in Suecia, Dania, Germania, Anglia, *&c. copioſiſſime in* Belgio *ad domos ruſticorum plantata, quas ſæpe tegit integras.*

RAUVOLFIA. *Hort. Cliff.* 75. *ſp.* 1.

a *Flos.*
b *Limbus corollæ.*
c *Corolla explicata cum Piſtillo & Staminibus.*
d *Calyx cum Piſtillo.*
e *Piſtillum.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

XYLON. *g. pl.* 152.

1. XYLON caule inermi.
Xylon arboreum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 346.
Ceiba viticis foliis, caudice glabro. *Plum. gen.* 42.
Goſſipium arboreum, caule lævi. *Bauh. pin.* 430.
Panja. *Rheed. mal.* 3. *p.* 59. *t.* 49. 50. 51.
Creſcit in utraque India.
Obſ. *Noſtræ plantæ e ſeminibus tam Aſiaticis quam Americanis enatæ, etiamnum annum vix ſuperantes gaudent foliis in petiolo ſeptem, verſus apicem ſerratis; an hæc nota ſpecialis? an varietatis? an ætatis ſit etiamnum nobis non conſtat.*

2. XYLON caule aculeato.
Xylon arboreum, caule ſpinoſo. *Tournef. inſt.* 101.
Ceiba viticis foliis, caudice aculeato. *Plum. gen* 42.
Goſſipium arboreum, caule ſpinoſo. *Bauh. pin.* 430.
Goſſipium arboreum maximum ſpinoſum, folio digitato, lana ſericea griſea. *Sloan. flor.* 159.
Moul-elavou. *Rheed. mal* 3. *p.* 61. *t.* 52.
Creſcit in utraque India.
De hujus & præcedentis ſynonymis nil certo ſtatuere poſſimus, cum etiamnum tenellæ ſunt arbores; & mira apud Botanicos de his ubique confuſio eſt.
Cum hæc vaſta admodum præ reliquis ſit arbor, & quidem illa ipſa Arbor cui ædiculæ imponantur. *Bauh. pin.* 513. *poteſt merito ſibi adtribuere nomen Xylon, quod arborem ſonat* κατ' ἐξοχήν.

CERATONIA. *g. pl.* 98.

1. CERATONIA. *Herm. lugdb.* 135. *Dod. pempt.* 787.
Siliquæ arbor ſive Ceratia. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 413.
Siliqua edulis. *Bauh. pin.* 402. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 58.
Caroba. *Dal. pharm.* 511.
Creſcit in Sicilia, Paleſtina, Judææ *montibus & circa* Hieroſolymas.

RAUVOLFIA. *g. pl.* 179.

1. RAUVOLFIA. *vide tab.*
Rauvolfia tetraphylla anguſtifolia. *Plum. gen.* 19.
α Rauvolfia tetraphylla latifolia. *Plum. ibid.*
Creſcit in America.
Plantam primum florentem videre licuit in Horto Chelſeano, ubi eandem depingi curavi, at Botanicorum oculis hic ſubjicimus.
Videtur plurimum ſimilitudinis habere cum icone in Sloane Hiſt. 2. *t.* 211. *f.* 1.
Dicta fuit hæc per Plumierum a Curioſo per Syriam peregrinatore Leon. Rauvolfio: *Variis, in itineribus, vitæ diſcriminibus expoſito.*
Planta eſt lacteſcens, perennans radice, e qua plures promit caules *erectos, pedales, tenues, glabros, virides, in varia internodia diviſos.* Folia *ad ſingulum geniculum quatuor, ovato-lanceolata, integra, utrinque viridia, glabra. quorum duo proxima reliquis duobus quadruplo majora ſunt.* Ramus *ſæpe ſolitarius e geniculis prodit, eadem lege, qua caulis foliis inſtruitur. E ſummitate caulis & ramorum prodeunt* pedunculi *nonnulli, erecti, uncinales, tenuiſſimi, proferentes trifariam flores, quorum corollæ hypocrateriformes, albæ, laciniis quinque e ſubrotundo truncatis, tubo verſus baſin ventricoſo globoſo. Fructus eſt Bacca. vide genera plantarum §.* 179.

THEVETIA. *g. pl.* 177.

1. THEVETIA.
Ahouai. *Thev. antarct.* 66. *Tournef. inſt.* 658. *Raj. hiſt.* 1676.
Ahouai theveti. *Cluſ. garz.* 232 *Dalech. lugdb.* 1844.
Ahouai, fructus venenatus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 337.
Ahoai major. *Piſ. braſ.* 49.

Aovai lignum teterrimi odoris, cujus nucleus præſentaneum venenum ex quo crepitacula braſiliani faciunt. *Ler. occid.* 3. *cap.* 12

Arbor americana, foliis pomi, fructu triangulo. *Bauh. pin.* 434.

Amygdalæ venenatæ triquetræ. *Pluk. mant.* 12.

α Ahouai nerii folio, flore luteo. *Plum. ſpec.* 20.

Creſcit præſertim in Braſilia *& in hortis noſtris locum requirit calidum, tum floret omni anno, fructum vero non maturavit.*

Diximus hanc a primo deſcriptore Thevetio, gallo, cui aliud indere placet nomen, nec nobis diſplicebit;

Genipa retinere poteſt nomen Genipæ, ex græca derivatum lingua, nec amplius barbara tum erit.

PLUMERIA. *g. pl.* 188.

1. PLUMERIA foliis ovato-oblongis.

Plumeria flore roſeo odoratiſſimo. *Tournef. inſt.* 659. *Plum. ſpec.* 20.

Nerium arboreum, folio maximo obtuſiore, flore incarnato. *Sloan. flor.* 154. *hiſt.* 2. *p.* 61. *t.* 185. *f.* 1.

Nerio affinis barbadenſis arbor latifolia, flore purpureo, jaſmini odore. *Pluk. phyt.* 207. *f.* 2.

Jaſminum indicum. *Mer. ſurin.* 8. *t.* 8.

Clematis arborea americana, laurinis ampliſſimis foliis, flore laccæ colore odoratiſſimo. *Pluk. alm.* 109. *mant.* 50.

Apocynum americanum fruteſcens, longiſſimo folio, flore albo odorato. *Comm. hort.* 2. *p.* 47. *t.* 24.

Quauhtlepatli. *Hern. mex.* 67.

Creſcit in Mexico *&* Surinama *locis humentibus & aquoſis, apud nos in calidiſſimo hybernaculo conſervatur, ubi rarius ſplendidiſſimis ſuis floribus ſpectatorem exhilarat.*

Dictum fuit hoc genus in honorem egregii iſtius Botanici, vereque Tourneſortii Americani, Caroli Plumieri, *qui triplici itinere plantarum captus amore, novasque viſendi deſiderio, ſexies infido mari longiſſimo itinere ſeſe auſus fuerit committere, quique fere ſolus fuit, qui aliquid in arte præſtitit inter tot americanarum plantarum deſcriptores. Utinam prodirent plures Plumerii americani.*

CAMERARIA. *g. pl.* 189.

1. CAMERARIA foliis ſubrotundis utrinque acutis.

Cameraria lato myrti folio. *Plum. gen.* 18.

Creſcit in America.

Vaſa ſeu nervi foliorum fere transverſim e nervo longitudinali verſus marginem excurrunt inſtar ſtriarum parallelarum.

Conſecrata fuit hæc memoriæ Joachimi Camerarii.

TABERNÆMONTANA. *g. pl.* 190.

1. TABERNÆMONTANA foliis lanceolatis.

Tabernæmontana foliis oblongis ſplendentibus. *Houſt. a. a.*

Tabernæmontana lacteſcens, citri foliis undulatis. *Plum. gen.* 18.

Pala. *Rheed. mal.* 1. *p.* 81. *t.* 46.

Creſcit in America.

Dicta fuit in memoriam J. Th. Tabernæmontani, *cujus ſtudio prodiit hiſtoria plantarum germanice impreſſa.*

Folia fert in caule levi oppoſita, lanceolata, integra, nitida, petiolata, nervis transverſalibus, vix margine undulata.

Flores hypocrateriformes, nonnulli in eodem pedunculo ſparſi verſus ſummitatem caulis.

NERIUM. *g. pl.* 180.

1. NERIUM foliis lineari-lanceolatis.

Nerium floribus rubeſcentibus. *Bauh. pin.* 464. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 316.

Nerium ſive Rhododendron, flore rubro & albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 141.

Rhododendron. *Dod. pempt.* 851.

Rododaphne. *Cæſalp. ſyſt.* 118.

Oleander, Laurus roſea. *Lob. ic.* 364.

α Nerium floribus albis. *Bauh. pin.* 464.

β Nerium indicum anguſtifolium, foliis odoratis ſimplicibus. *Herm. lugdb.* 447. *t.* 448.

Belutta areli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 3. *t.* 2.

γ Nerium indicum latifolium, floribus odoratis plenis. *Herm. lugdb.* 447. *t.* 449.

Tſiovanna-areli. *Rheed. mal.* 9. *p.* 1. *t.* 1.

♂ Ne-

δ Nerium indicum latifolium, flore variegato odorato pleno. *Comm. hort.* 1. *p.* 45. *t.* 23.
Creſcit in maritimis & juxta flumina Cretæ; *in* Sicilia *ad rivulos ex* Æthna *delabentes; in alpinis* Liguriæ; *in monte* Baldo; *in maritimis* Senenſibus; *in inſula* Candia; *circa* Tripolim *in Syria; in* Malabaria, Zeylona, *&c.*
Huic generi annumero Nerium foliis lanceolato-ovatis. *Apocynum ſcandens, flore nerii albo. Plum. amer.* 82. *t.* 96.

VINCA. *g. pl.* 180.

1. VINCA foliis ovatis.
Vinca Rivini; Pervinca Tournefortii. *Rupp. jen.* 21.
Vinca pervinca. *Dal. pharm.* 347. *Volck. norib.* 400.
Provinca. *Cæſalp. ſyſt.* 336.
Pervinca vulgaris anguſtifolia, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 120. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 311.
Clematis daphnoides minor, flore cæruleo, purpureo, violaceo, ut & albo, ſimplici ac pleno. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 130.
Clematis daphnoides minor. *Bauh. pin.* 301.
Clematis daphnoides. *Dod. pempt.* 405.
α Pervinca vulgaris anguſtifolia, flore albo. *Tournef.*
β Pervinca vulgaris anguſtifolia, flore rubente. *Tournef.*
γ Pervinca vulgaris anguſtifolia, flore pleno v. c. *Tournef.*
δ Pervinca anguſtifolia variegata v. c. *Tournef.*
ε Clematis daphnoides major. *Bauh. pin.* 302.
Clematis daphnoides major, flore cæruleo & albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 132.
Pervinca vulgaris latifolia, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 119.
Creſcit in Germania, Anglia, Gallia, Hiſpania *in umbroſis ad ſepes & aggeres.*
Caulis in varietate ε *magis erectus, foliis ovatis, at in prima procumbens foliis lanceolato-ovatis, ejusdem tamen eſſe ſpeciei plantas docet florum examen.*

DIGYNIA.

STAPELIA. *g. pl.* 183.

1. STAPELIA denticulis ramorum extrorſum prominentibus.
Craſſa rivini. *Rup. jen.* 20.
Aizoides aphylla, flore fritillariæ, ſiliquis longis anguſtis erectis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 611. *ſ.* 15. *t.* 3. *f. ult.*
Aſclepias africana aizooïdes. *Tournef. inſt.* 94. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 312.
Apocynum humile aizoides, ſiliquis erectis, africanum. *Herm. lugdb.* 52. *t.* 53.
Fritillaria craſſa, promontorii bonæ ſpei. *Stap. theoph.* 335.
α Apocynum humile aizoides monſtroſum africanum. *Volck. norib.* 39. *t.* 39.
Aſclepias africana aizooïdes, folio compreſſo digitato & criſtato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 312.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *in locis montoſis ſaxoſis præruptis & aridis.*

2. STAPELIA denticulis ramorum erectis.
Craſſa minor. *Rupp. jen.* 21.
Aſclepias africana aizoides, flore pulchre fimbriato. *Comm. rar.* 19. *t.* 19. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 312.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei, *in ſaxoſis & rivulorum marginibus.*
Diſtinguitur ab antecedenti denticulis ramorum erectis, nec extrorſum prominulis, quodque hæc pubeſcens ſit, antecedens vero glabra, ſed omnium maxime flore, quod hirſutie & lana ſua ſingulare eſt & orbiculo iſto in antecedenti ſingulari, hic abſente; eſt enim
Corolla per marginem interne undique crinibus longis rectis barbata; infra lacinias verſus centrum eſt diſcus pube virginali criſpus, at laciniæ interne lineis abruptis tranſverſalibus, ut in epigaſtrio fœminæ poſt partum, lepide pictæ. Odor hircinus aphrodiſiacus laſcivus.
Piſt. Germina *duo, ovalia, inde planiuſcula.* Styli *nulli;* Stigmata *nulla. Hiſce circumſtat*
Capitulum *truncatum, obtuſe pentagonum, cinctum ad baſin.*
Nectarii radiis *quinque, linearibus, patentibus, acutis, planis &* aliis *radiis quinque compreſſis, margine ſuperiore canaliculatis, apice laceris.*
Stam. Filamenta *quinque, plana, erecta, lata, utrinque ad latus antherâ inſtructa. Stellula capitulum tegit. Omnia inſolito modo.*
Dixi hoc genus a Johanne Bodæo à Stapel *laborioſiſſimo commentatore in Theophraſti opera, cum is facile primus fuerit, qui priorem detexit ſpeciem.*

ASCLEPIAS. *g. pl.* 184.

1. ASCLEPIAS caule erecto annuo, foliis ovato-lanceolatis, floribus confertis.
Aſclepias albo flore, *Bauh. pin.* 303. *Tournef. inſt.* 94. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 312.
Aſclepias ſeu Vincetoxicum multis, floribus albicantibus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 138.
Aſclepias. *Cæſalp. ſyſt.* 269. *Lob. hiſt.* 356.
Vincetoxicum. *Dod. pempt.* 407. & Hirundinaria. *Rupp. jen.* 20.
Apocyna Aſclepiades dicta. *Herm. par.* 43.
α Aſclepias anguſtifolia, flore flaveſcente. *Tournef.*
Creſcit in Suecia, Germania, Gallia, Italia, *&c. in locis duris nemoroſis, præſertim ad radices montium & inter rimas petrarum.*
Aſclepias nigro flore. Bauh. pin. 303. *Specie differre vix credo; quæ in hortis rarius obvia eſt minus ſcandit, nec ſuccum iſtum flavum oſtendit, quam authores tradidere.*

2. ASCLEPIAS caule erecto perenni, foliis lineari-lanceolatis, floribus umbellatis, fructu inflato piloſo.
Apocynum erectum africanum, villoſo fructu, ſalicis folio lato glabro. *Herm. par.* 23. *t.* 24. *Comm. hort.* 2. *p.* 49. *t.* 25. *Tournef. inſt.* 92. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Apocynum anguſtifolium africanum, ſalicis folio latiore, flore niveo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 610. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 23.
Apocynum hyſicanenſe erectum, ſalicis foliis latioribus. *Kigg. beaum.* 8.
α Apocynum erectum africanum, villoſo fructu, ſalicis folio lato ſubhirſuto. *Herm. par.* 24.
β Apocynum erectum africanum, villoſo fructu, ſalicis folio glabro anguſto. *Herm. par.* 24. *t.* 24.
Apocynum rectum elatius, ſalicis anguſto folio, immaculatis floſculis in umbellam, folliculis piloſis. *Pluk. alm.* 36. *t.* 138. *f.* 2.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.

3. ASCLEPIAS caule erecto ſimplici annuo, foliis ovato-oblongis, ſubtus incanis, umbella nutante.
Apocynum erectum latifolium incanum ſyriacum, floribus parvis obſolete purpuraſcentibus. *Herm. par.* 34. *Tournef. inſt.* 91. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 313.
Apocynum latifolium ſyriacum incanum erectum, floribus umbellatis minoribus obſolete-purpuraſcentibus, ſiliquis folliculatis rugoſis. *Herm. lugdb.* 52.
Apocynum majus ſyriacum rectum. *Corn. canad.* 90.
Apocynum ſyriacum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 87.
Beid-el-oſſar. *Veſl. alp.* 28.
Creſcit in Syria & Paleſtina *circa* Hiericho *ad flumen* Jordanum.

4. ASCLEPIAS caule erecto ramoſo annuo, foliis lanceolatis, umbella terminatrice erecta compoſita.
Apocynum minus rectum canadenſe. *Corn. canad.* 9. *t.* 93. *Barr. rar.* 8. *t.* 72.
Apocynum canadenſe viride, floribus umbellatis minoribus rubicundis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 610. *n.* 34.
Apocynum erectum canadenſe anguſtifolium. *Herm. par.* 34. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 313.
Creſcit in Canada.

5. ASCLEPIAS caule erecto divaricato villoſo, foliis lanceolatis, umbellis ſimplicibus fere terminatricibus.
Apocynum novæ angliæ ſubhirſutum, tuberoſa radice, floribus aurantiis. *Herm. lugdb.* 646. *t.* 647. *par.* 35. *Dill. elth.* 35. *t.* 30. *f.* 34.
Apocynum canadenſe anguſtifolium, flore aurantio. *Moriſ. bleſ.* 233.
Apocynum erectum minus, flore umbellato aurantio, petalis reflexis, radice tuberoſa. *Breyn. prod.* 2. *p.* 15.
Creſcit in Nova Anglia *Americæ.*

6. ASCLEPIAS caule erecto ſimplici, foliis lanceolatis, umbellis alternis erectis.
Apocynum radice fibroſa, petalis coccineis, corniculis croceis. *Dill. elth.* 34. *t.* 30. *f.* 33.
Apocynum americanum, canadenſis cornutiani ſimili folio glabriori, flore umbellato aurantio. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Apocynum curaſſavicum ſeu americanum, fibroſa radice, floribus aurantiis, chamænerii foliis latioribus. *Herm. par.* 36. *t.* 36.
Creſcit in Curaſſao.
Denticuli in fructu variant in eadem planta, alio ſcilicet fructu lævi, alio denticulis muricato.

PERIPLOCA. *g. pl.* 185.

1. PERIPLOCA foliis lanceolato-ovatis.
Periploca. *Cæſalp. ſyſt.* 119.
Periploca foliis oblongis. *Tournef. inſt.* 93. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 315. *Hort. angl t.* 15. *f. ult.*
Periploca altera. *Dod. pempt.* 408.
Periploca ſerpens, anguſtiore folio. *Lob. hiſt.* 357.
Apocynum ſive Periploca ſcandens, folio oblongo, flore purpuraſcente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 133.

Apo-

Apocynum 2. anguſtifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 125.
Creſcere fertur in Syria, *quod & facies confirmat.*

CYNANCHUM. *g. pl.* 182.

1. CYNANCHUM caule volubili ramoſo, foliis ſubovatis cum acumine.
Apocynum ſcandens africanum, vincæ pervincæ foliis, ſubincanum. *Herm. par.* 59. *Comm. rar.* 18. *t.* 18. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Apocynum ſcandens africanum, convolvuli minoris folio & caule hirſutis. *Pluk.alm.* 37. *t.* 137. *f.* 4.
Apocynum indicum minus, nummulariæ foliis. *Breyn. ephem. ann.* 4—6. *obſ.* 138. *Raj. hiſt.* 1088. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 611. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 62.
α Apocynum ſcandens, vincæ pervincæ foliis, viride, fructu villoſo. *Herm. par.* 58.
β Apocynum afrum ſcandens, folio rotundo ſubincano nummulariæ. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei, *unde ab Oldenlando miſſa, ut & in* Zeylona.

2 CYNANCHUM caule volubili, foliis reniformi-cordatis acutis.
Periploca monſpeliaca, foliis rotundioribus. *Tournef. inſt.* 93. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 315.
Apocynum 4. latifolium; Scammonea valentina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 126.
Scammonea monſpeliaca, foliis rotundioribus. *Bauh. pin.* 294
Scammonea monſpeliaca, flore parvo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 136.
Creſcit in maritimis Monſpelienſibus, Narbonenſibus *inter ſtagnum Volcarum & mare Mediterraneum in herbidis; in Regno* Valentino.

3. CYNANCHUM caule volubili, foliis cordato-lanceolatis glabris.
Periploca monſpeliaca, foliis acutioribus. *Tournef. inſt.* 93. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 315.
Periploca prior. *Dod. pempt.* 408.
Apocynum latifolium amplexicaule. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 135.
Apocynum tertium latifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 125.
Vincetoxicum volubile, foliis acutioribus. *Rupp. jen.* 20.
Scammoniæ monſpeliacæ affinis, foliis acutioribus. *Bauh. pin.* 294.
Scammonii monſpeliaci varietas. *Lob. hiſt.* 341.
Creſcit in Sicilia *circa Cataniam urbem & in* Hiſpania.
Num hæc ſit varietas antecedentis, nec ne, iis determinandum relinquo, qui in ſolo natali ambas plantas examinare poſſunt.

4. CYNANCHUM caule erecto divaricato, foliis cordatis glabris.
Apocynum folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 302.
Apocynum folio rotundiore, flore ex albo-palleſcente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 134.
Apocynum 1. latifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 124.
Apocynum erectum fruticoſum, folio ſubrotundo glauco. *Herm. par.* 37. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Apocynum periploca græca. *Lob. hiſt.* 357.
Vincetoxicum folio ſubrotundo populneo. *Rupp. jen.* 20.
Creſcere creditur in Syria *& calidis regionibus.*

5. CYNANCHUM caule volubili perenni, inferne ſuberoſo fiſſo, foliis cordatis acuminatis.
Apocynum ſcandens fruticoſum, fungoſo cortice, braſilianum. *Herm. par.* 53.
Periploca carolinienſis, flore minore ſtellato. *Dill. elth.* 308. *t.* 229. *f.* 296.
Creſcit in America, *ut Carolina & alibi.*
Caulis tripedalis (anni dimidii) volubilis, perennans, pedali ſpatio a radicis cortice, lineæ craſſitudinis, niveo, longitudinaliter & inæqualiter fiſſo, molli, ſicco, ſuperne tereti, viridi, vix notabili hirſutie obducto, veſtitus.
Folia cordata oppoſita, ſuperne viridia, inferne pallide viridia nitida & fere argentea, acuminata, lobis ad baſin fere incumbentibus, vix notabili hirſutie veſtita, vix fœtida, niſi inter digitos comminuta. Florem vel fructum non vidimus.

6. CYNANCHUM, caule volubili perenni inferne ſuberoſo fiſſo, foliis ovato-cordatis.
Periploca ſcandens, folio convolvuli, fructu alato. *Plum. ſpec.* 2. *Tournef. inſt.* 93.
Apocynum ſcandens virginianum rugoſum, pullis amplis floribus, capſulis alatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 611. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 61.
Apocynum ſcandens fruticoſum, fungoſo cortice ſirinamenſe, fructu magno pentagono Pipu Simeron ſirinamenſibus, Armen Duyvel vulgo. *Herm. par.* 53.
Creſcit in America, *forte Surinama & Virginia.*
Planta quam intellectam volo, hoc ipſo anno e ſeminibus enata excrevit ad altitudinem ſemi pedis erecta, mox amplectens adjacentes & ſcandens, quæque jam dimidium agens annum tripedalis evaſit. Caule eſt tereti, præterquam ad baſin ubi unciali vel biunciali ſpatio cortice albo fiſſo flexili obducitur, ſuperne viridi, at villis duarum linearum longitudinis, fuſcis, horizontaliter patentibus undique, ut & ipſa folia eorumque nervi ac petioli, hiſce veſtiti. Caulis hic eſt diviſus in decem internodia, quorum ſuperiora communiter duplo longiora ſunt inferiori proximo. Petioli *foliorum oppoſiti.* Folia *pendula, ovata quidem, at baſi ut cordatum folium diviſa, & apice acuminata, margine integro. Tota planta teter-*

teterrime olet. Facies vel figura foliorum exacte convenit cum Apocyno majori ſcandente ſiliqua oblonga tumida & glabra. *Plum. amer.* 81. *t.* 95. *qui nullam facit mentionem hirſutiei vel fœtoris.* Ibati. *Marcgr braſ.* 20. *convenit cum hac fœtore, at foliorum figura antecedenti (5) reſpondet; qui florem & fructum videre poſſunt, poſſunt & facile ſynonyma dare certa*

Nomen Cynanchum eſt antiquum vocabulum & ſynonymon Dioſcoridis, derivatum a veneno-ſitate harum plantarum adverſus Canes, ut & alias feras, quod huic generi, ab Apocyno diſtinctum, impoſui.

APOCYNUM. *g. pl.* 187

1. APOCYNUM foliis ovatis.
Apocynum indicum, foliis androſæmi majoris, flore lilii convallium ſuaverubentis. *Tournef. inſt.* 91. *Boerh. lugdb* 1. *p.* 314
Apocynum canadenſe, foliis androſæmi majoris. *Bocc ſic.* 35. *t.* 16. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 609. *ſ.* 15. *t.* 3. *f.* 16 *bon. Raj. hiſt.* 1089.
Creſcit, ut fertur, in Canada.

2. APOCYNUM foliis ovato-lanceolatis.
Apocynum maritimum venetum, ſalicis folio, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 92.
Apocynum maritimum erectum venetum, flore purpureo. *Herm. parad.* 39. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 314.
Vincetoxicum maritimum, ſalicis folio. *Rupp. jen.* 20.
Tithymalus maritimus, purpuraſcentibus floribus. *Bauh. pin.* 291.
Tithymalus maritimus venetus. *Raj. hiſt.* 866.
Eſula rara, e lio venetorum inſula. *Lob hiſt.* 201. (*fig. bona.*) *adv.* 160. (*fig. mala.*)
Eſula rara penæ & lobelii. *Dalech. hiſt.* 1655.
α Apocynum maritimum erectum venetum, flore albo. *Herm. lugdb.* 646.
Creſcit in littoribus & inſulis maris Adriatici, *& in* Lio *inſula venetorum exigua.*
Obſ. Genera Thevetia, Cerbera, Rauvolfia, Vinca, Nerium, Plumieria, Cameraria, Tabernæmontana, Ceropegia, Stapelia, Aſclepias, Periploca, Cynanchum & Apocynum in Claſſe naturali numquam ſeparandas eſſe moneo.

GENTIANA. *g. pl.* 197.

1. GENTIANA floribus lateralibus confertis pedunculatis, corollis rotatis.
Gentiana major lutea. *Bauh. pin.* 187. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 484. *ſ.* 12. *t.* 4. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 204. *Flor. lapp.* 96.
Gentiana major vulgaris, pallido & parvo flore. *Barr. rar.* 2. *t.* 63.
Gentiana vulgaris major, ellebori albi folio. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 520.
Gentiana. *Cluſ. hiſt.* 1. *p* 311. *Dod pempt.* 342. *Dalech. hiſt.* 1258.
Gentiana officinarum. *Dal. pharm.* 284.
Creſcit in Alpibus Helveticis, Apenninis, Italicis, Norvegicis, Tridentinis, *vel in pratis juxta & inter alpes.*

2. GENTIANA floribus lateralibus ſolitariis ſeſſilibus, corollis erectis.
Gentiana aſclepiadis folio. *Bauh pin.* 187. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205. *Barr. rar.* 2. *t.* 70.
Gentiana folio aſclepiadis vulgo creditæ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 523.
Gentiana 2, cæruleo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 312.
Creſcit in monte Armillon Mauritanæ, *in valle* Barſilionenſi, *in* Stiria, Pannonia, Auſtria inferiore, *&c.*
Apud nos flos ex ſingula ala ſeſſilis prodit, Cluſius vero & Bauhinus, qui plantas e loco natali habuere, plures flores & pedunculatos pingunt.

3. GENTIANA floribus terminatricibus raris, corollis erectis plicatis, foliis linearibus.
Gentiana anguſtifolia autumnalis major. *Bauh. pin.* 188. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 483. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 12. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Gentiana paluſtris anguſtifolia. *Bauh. pin.* 188.
Gentiana minima matthioli. *Barr. rar. t.* 51. *f.* 2.
Gentianæ 4. ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 313.
Gentianæ ſpecies, Calathiana quibusdam, radice perpetua ſeu paluſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 524.
Gentianella ſeu Campanula pratenſis. *Barr. rar. t.* 52. *f.* 1.
Gentianella ſeu Calathiana viola. *Barr. rar. t.* 51. *f.* 2.
Pneumonanthe cordi. *Lob. hiſt.* 166. *Barr. rar. t.* 51. *f.* 1.
Calathiana viola. *Dalech. hiſt.* 824.
Campanula pratenſis. *Dalech. hiſt.* 824.
Campanula autumnalis. *Dod. pempt.* 168.
Creſcit in Gallia, Anglia, Belgio, Auſtria, Germania, Dania & *in* Scania *ac* Smolandia *Sueciæ.*

4. GEN-

4. GENTIANA floribus confertis terminatricibus, corollis quadrifidis imberbibus interjecto denticulo.
Gentiana major, foliis cruciatim naſcentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 483. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 16.
Gentiana cruciata. *Bauh. pin.* 188. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Gentiana 3. cruciata. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 313.
Gentiana minor cruciata, flore cæruleo, erectior. *Barr. rar.* 2. *t.* 65.
Gentiana minor, ſeu vulgi Cruciata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 522.
Cruciata, ſive Gentiana minor. *Dod. pempt.* 343.
α Gentiana minor cruciata, flore purpureo, ſupina. *Barr. rar.* 2. *t.* 66.
Creſcit per totam Pannoniam *in collibus apertis & pratis ſiccioribus ſecundum vias, nec non paſſim in* Germania, *in montibus* Apenninis & Æquicolorum.

5. GENTIANA caule unifloro, flore campanulato caulem longitudine excedente.
Gentiana alpina, magno flore. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 523. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Gentiana 5; Gentianella major verna. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 314. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 483. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 14.
Gentianella alpina anguſtifolia, magno flore. *Bauh. pin.* 187.
Gentianella helvetica, amplo azureo flore. *Barr. rar.* 3. *t.* 47.
Gentianella alpina, lato acuto folio, flore minus patulo albo, cæruleo, & cæſio. *Barr. t.* 106.
Gentianella alpina, lato rotundiore folio, flore amplo reflexo colore azureo. *Barr. t.* 105.
Gentianella minor purpurea, violæ marianæ flore. *Barr. t.* 110.
Gentianella minor acaulos, violæ & maximi convolvuli flore. *Barr. t.* 110. *f.* 1.
Gentianella minima latifolia. *Dalech. hiſt.* 828.
Gentianella alpina latifolia, magno flore. *Bauh. pin.* 187. *prod.* 97.
α Gentiana alpina latifolia, magno flore. *Bauh. pin.* 187. *Hall. diſſ.* 18.
Creſcit in alpibus Helveticis, *in* Sneberg & Etſcher *& in valle* Barſilionenſi, *præſertim in jugis alpinis concatenatis nive perpetua proximis.*

6. GENTIANA caule unifloro, flore hypocrateriformi quinquefido, laciniis ſubrotundis crenatis.
Gentiana autumnalis ſerpillifolia bavarica minor. *Juſſ. in barr.* 4.
Gentianella minor. *Cam. hort. t.* 15.
Gentianella autumnalis ſerpillifolia, flore crenato, bavarica minor. *Barr. t.* 101. *f.* 2.
Creſcit in Bavaria.

7. GENTIANA corollis hypocrateriformibus collo barbatis.
Gentianana pratenſis, flore lanuginoſo. *Bauh. pin.* 188. *Hall. diſſ.* 28.
Gentianellæ ſpecies quibusdam, an Cordo Pnemonanthe aut Gentiana fugax altera cluſii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 526.
α Gentianella fugax autumnalis elatior, centaurii minoris foliis. *Raj. ſyn* 275.
β Gentiana autumnalis ramoſa. *Bauh. pin.* 188.
Gentiana annua 1, flore ex cæruleo purpureo exiguo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 526.
γ Gentianella alpina, brevi folio. *Bauh. pin.* 188.
δ Gentiana corolla hypocrateriformi, tubo villis clauſo, calycis foliis alternis majoribus. *Fl. lapp.* 94.
Gentiana pratenſis, flore quadrifido cæruleo, calyce foliaceo. *Celſ. upſ.* 22.
Gentianella fugax verna ſeu præcox *Raj. ſyn.* 275.
Gentianella purpurea minima. *Col. ecph.* 1. *p.* 223. *t.* 221. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 483. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 9.
Creſcit in pratis exaridis & apricis Sueciæ, Angliæ, Helvetiæ.

8. GENTIANA corollis hypocrateriformibus laciniis margine barbatis.
Gentiana cærulea, oris piloſis, *Tournef. inſt.* 81. *Hall. diſſ.* 29.
Gentianella cærulea, oris piloſis. *Bauh. pin.* 188.
Gentianella cærulea fimbriata anguſtifolia autumnalis. *Col. ecphr.* 1. *p.* 222.
Gentianula lanugine ad ſingulorum foliorum floris lacinias donata, flore quapripartito. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 525.
α Gentiana anguſtifolia autumnalis minor, floribus ad latera piloſis. *Bauh. pin.* 188. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 482. *ſ.* 12. *t.* 5. *f.* 10.
Creſcit in montibus Æquicolorum & Helvetiæ.

9. GENTIANA foliis lineari-lanceolatis, caule dichotomo, corollis infundibuliformibus quinquefidis.
Centaurium minus *Bauh. pin.* 278. *Dod. pempt.* 336. *Tournef. inſt.* 122. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 223.
Centaurium minus, flore purpureo & albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 353.
Centaurium minus rubrum vel album. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 566. *ſ.* 5. *t.* 26 *f.* 5.
Centaurium flore phœniceo. *Rupp. jen.* 17.
α Centaurium minus, caule longiſſimo. *Tournef.*
β Centaurium minus, flore albo. *Tournef.*
Centaurium minus vulgare, flore albo, latifolium. *Barr. rar.* 13. *t.* 424.
Creſcit per Europam *frequens in campis & arvis maritimis.*
Hæc ſpecies a Tournefortio, Barreliaro & aliis recentioribus multiplicatur ſine ratione in infinitum, & facile tot conſtituunt ſpecies Botanici plures, quot ſunt varietates, & varietates tot facile quotquot loca.

10. GENTIANA caule dichotomo, foliis connatis, corollis octofidis.
Centaurium luteum perfoliatum. *Bauh. pin.* 278. *Barr. rar. t.* 515. 516. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 565. *ſ.* 5. *t.* 26. *f.* 1, 2.
Centaurium parvum, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 180.

Perfoliatum Centaurium luteum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 355.
Creſcit in Belgio, Anglia, Gallia, Hiſpania, *&c. in collibus & monticulis.*

HEUCHERA. *g. pl.* 196.

1. HEUCHERA
Cortuſa americana, flore ſqualide purpureo. *Herm. par. p.* 131. *deſcript.*
Cortuſa americana, floribus herbidis. *Herm. par. t.* 131.
Sanicula f. Cortuſa americana ſpicata, floribus ſqualide purpureis. *Pluk. alm.* 332. *t.* 58. *f.* 3.
Mitella americana, flore ſqualide purpureo villoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 208. *deſcr. floris.*
Primula veris montana laciniata americana, flore ſqualide purpureo. *Herm. lugdb.* 506.
Creſcit in America, *forte ſeptentrionali, cum hyemes noſtras bene ferat.*
Dixi hoc genus plantarum a Joh. Heuchero, *ex Horto Wittenbergenſi claro, ejusque ſupplementis, in quibus varia curioſa lectuque digna exhibuit.*

RIBES. *g. pl.* 195.

1. RIBES inerme, floribus oblongis.
Ribes vulgare, fructu nigro. *Rudb. vall.* 32. *Fl. lapp.* 99.
Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 254.
Ribeſium fructu nigro. *Dod. pempt.* 749.
Groſſularia nigra. *Dalech. hiſt.* 133.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro. *Bauh. pin.* 455.
Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro minore. *Tournef. inſt.* 640.
α Groſſularia non ſpinoſa, fructu nigro majore. *Tournef inſt.* 640.
β Ribeſium nigrum penſylvanicum, floribus oblongis. *Dill. elth.* 324. *t.* 246. *f.* 315.
Creſcit in Lapponia, Finlandia, Helvetia *in umbroſis & nemoribus juxta fluvios, item in* Penſylvania *parum a loco mutata.*

2. RIBES inerme, floribus planiuſculis, racemis pendulis.
Ribes vulgare acidum rubrum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 97. *Fl. lapp.* 98. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 254.
Ribes arabum. *Lob. hiſt.* 615.
Ribeſium fructu rubro. *Dod. pempt.* 749.
Groſſularia multiplici acino, ſive non ſpinoſa hortenſis rubra, ſive Ribes officinarum. *Bauh. pin.* 455. *Tournef. inſt.* 639.
Groſſularia rubra. *Dalech. hiſt.* 132.
α Ribes vulgare acidum, albas baccas ferens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98.
Groſſularia hortenſis, fructu margaritis ſimili. *Bauh. pin.* 455.
β Ribes flore rubente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98.
Groſſularia hortenſis, majore fructu rubro. *Bauh. pin.* 455.
Creſcit in Lapponiæ, *utriusque* Bothniæ *adjacentis nemoribus, juxta fluvios cum antecedenti.*

3. RIBES inerme, floribus planiuſculis, racemis erectis.
Ribes alpinum dulce. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 254. *Fl. lapp.* 97.
Ribes vulgare, fructu dulci *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 120. *fig. mala.*
Ribes minus, fructu rubro. *Beſl. eyſt.* 1. *p.* 14. *f.* 1.
Groſſularia vulgaris, fructu dulci *Bauh. pin.* 455. *Tournef. inſt.* 640.
Creſcit in montibus Helveticis, *in ſylvis* Lapponicis, Finlandicis, Uplandicisque; *in ſepibus* Anglicis, *&c.*

4. RIBES ramis aculeatis, ramis erectis, fructu glabro.
Groſſularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris. *Bauh. pin.* 455. *Tournef. inſt.* 639. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 253.
Uva criſpa ſeu Groſſularia. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 47.
Uva criſpa. *Dod. pempt.* 748.
Uva ſpina. *Cæſalp. ſyſt* 99.
α Groſſularia ſpinoſa ſativa. *Bauh. pin.* 455.
Creſcit in Germania, Helvetia, Italia, Gallia Narbonenſi.

5. RIBES ramis aculeatis, ramis erectis, fructu hirſuto.
Groſſularia fructu maximo hiſpido margaritarum fere colore. *Raj. hiſt.* 1484.
Creſcendi locum ignoramus.

6. RIBES ramis aculeatis reclinatis.
Groſſularia ſpinoſa ſativa altera, foliis latioribus. *Bauh. pin.* 455.
Groſſularia fructu obſcure purpuraſcente. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 120.

Groſ-

Groſſularia ſpinoſa, fructu obſcure purpuraſcente. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 43.
Creſcit in Germania, Helvetia, *atque à Rajo creditur eſſe cum antecedenti (5) varietas 4tæ ſpeciei, quod vix ſubſcribere audeo.*
Ribes & Groſſulariam ejusdem eſſe generis plantas, a fructificatione, deſumto argumento, à nullo negari poteſt Botanico. Conjunctis his generibus & nomina conjungi debent; & Ribes & Groſſularia minus bona ſunt vocabula, nec apud veteres Græcos aliqua certa de his plantis notitia. Iſos, Oeſos, Ceanothus, Ribeſium ſunt ſynonyma vaga impoſita. Ribes eſt nomen arabicum, quod ſi cui mutare placeat, nec mihi diſplicebit.

ULMUS. *g. pl.* 194.

1. ULMUS fructu baccato.
Muntingia folio ulmi aſpero, fructu minimo glomerato. *Plum. gen.* 41.
Loti arboris folio anguſtiſſimo, arbor baccifera racemoſa, fructu minimo croceo monopyreno. *Sloan. flor.* 163. *hiſt.* 2. *p.* 80.
Salvifolia arbor orientalis, foliis tenuiſſime crenatis. *Pluk. alm.* 329. *t.* 221. *f.* 4.
Baccifera indica racemoſa, florum ſtaminulis binis, acinis monopyrenis. *Raj. hiſt.* 1597.
Mallam-toddali. *Rheed. mal.* 4. *p.* 83. *t.* 40.
Creſcit in Jamaica, Malabaria *aliisque utriusque Indiæ regionibus.*
Flos huic eſt calyx rudis, quinquefidus, turbinatus; Stamina quinque; Piſtilli germen ſubrotundum; Stylus duplex, reflexo-patens, ſubulatus, undique villoſus; Fructus bacca unico ſemine duro fœta. Arbor gaudet ramis tenuibus, teretibus; Foliis alternis, unciali ſpatio remotis, ex ovato-lanceolatis, ſenſim attenuatis in longum acumen, longitudine digiti, latitudine pollicis transverſi, nervis ſuperne ſulco exaratis, quorum laterales duo oppoſiti e baſi fere egrediuntur & circa medium in marginem terminantur, reliqui magis remoti; margo parum reflexus, tenuiſſime ſerratus, ſuperficies ſupina atro-viridis, aſpera, rigida & ſcabra; prona vero pubeſcens, mollis, palidior, nervis elevatis duris.
Credidere Botanici plantas fructu ſicco, capſula, ſemine nudo & bacca fœcundas die a nocte magis diverſas eſſe, nec claſſe ullo modo conjungi poſſe, multo minus genere; ego autem longe aliter ſentio. Quis neget mihi Perſicam T. eſſe ſpeciem Amygdali, conſideratis omnibus partibus fructificationis, conſiderata facie plantæ, conſideratis attributis, viribus, tempore florendi, &c. ſane nullum poſthac ſana gaudentem ratione tam nudam veritatem refringere & obvertere tentaturum ſpero. Eadem ratio eſt cum hac ſpecie. Omnes partes fructificationis ſunt Ulmi ſimillimæ, folia, facies & attributa ulmi, fructus autem non hic eſt duplicata exſucca membrana in centro ſemen tenens, ſed eſt farcta pulpa, unde globoſa. Ergo dico plantam eſſe veram ſpeciem Ulmi. vide Flor. lapp. 209. *η.*

2. ULMUS fructu membranaceo.
Ulmus. *Cæſalp. ſyſt.* 40. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 139. *Dod. pempt.* 837. *Dalech. hiſt.* 80. *Lob. hiſt.* 607.
Ulmus campeſtris & theophraſti. *Bauh. pin.* 426. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 220.
α Ulmus folio latiſſimo ſcabro. *Tournef.*
β Ulmus minor, folio anguſto ſcabro. *Tournef.*
γ Ulmus folio glabro. *Tournef.*
Creſcit in omni ſolo ſicciori vulgaris per Europam, *in* Suecia *noſtra ſupra Helſingiam & Finlandiam, id eſt ſupra gradum latitudinis loci* 64. *non aſcendit.*
Varietates longe plures hujus ſpeciei diſtinctas, cum Arboribus omnibus, quæ in ſolo libero vivere poſſunt, curioſitate ſumma, cura immenſa, impenſis vix intelligendis, non modo e tota Europa, ſed facile toto orbe collectas, in Arboreto iſto incomparabili prope Lugdunum, Magni BOERHAAVI *multoties cum oblectamento conſideravimus.*

BETA. *g. pl.* 192.

1. BETA. *Cæſalp. ſyſt.* 159. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 960.
Beta ſylveſtris maritima. *Bauh. pin.* 118.
Beta ſylveſtris ſpontanea marina. *Lob. hiſt.* 125.
α Beta communis ſive viridis. *Bauh. pin.* 118.
β Beta alba vel palleſcens, quæ Cicla officinarum. *Bauh. pin.* 118.
γ Beta pallide virens major. *Bauh. pin.* 118.
δ Beta ſicula, coſta lata alba lutea rubra ruberrima & aurantiaca, *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 596.
ε Beta lutea major. *Bauh. pin.* 118.
ζ Beta rubra vulgaris. *Bauh. pin.* 118.
η Beta rubra major. *Bauh. pin.* 118.
ϑ Beta rubra, radice rapæ. *Bauh. pin.* 118.
ι Beta rubra, radice rapæ rotundæ. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 94.

κ Be-

ϰ Beta laticaulis monſtroſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 963.
Beta lato caule. *Bauh. pin.* 118.
Creſcit in Britanniæ & Belgii *litoribus maritimis & paluſtribus ſalſis.*
Beta ſylveſtris quidem perennat, & eandem cum ea eſſe varietatem α *affirmat Rajus, at* β & α *eandem Bauhinus, alii alias conjungunt. Ego nullam novi Betam ſpontaneam præter maritimam nominatam; omnem plantam ſativam a ſylveſtri productam fuiſſe, axioma eſt; ſi neges prædictas* α—ϰ *eſſe ejusdem ſpeciei cum maritima, ſcias me cauſam non cedere antequam ſylveſtrem indicaſti. Dicas primam eſſe perennem, alias biennes ut* ♂, *alias annuas ut* β; *Ego ſpecie tamen diverſas non agnoſcam. Nicotiana* (1) *eſt & perennis & annua; Ut infinitæ aliæ. Quid cultura faciat cuique notum & exempla quotidie proſtant. Nullam video rationem diſtinctionis ab examine partium floris, nulla a figura plantæ, præter eas partes, quæ a loco mutari poſſunt. Tædet me videre tot falſas ſpecies, immo tædet videre plantas plicatas* (ϰ) *in numerum ſpecierum redactas; & quæ planta non unquam plicata viſa fuit?*

BOSIA.

1. BOSIA.
Tilia forte arbor racemoſa, folio longiore ſubtus albicante nervis purpureis inſignito, flore pentapetalo purpureo. *Sloan. flor.* 135. *hiſt.* 2. *p.* 19. *t.* 158. *f.* 3. *Raj. dendr.* 88.
Arbor baccifera canarienſis, ſyringæ cæruleæ foliis purpurantibus venis, fructu monopyreno; yerva-mora hiſpanorum. *Pluk. alm.* 42.
Frutex peregrinus, horto boſiano yerva-mora dictus. *Walth. hort.* 24. *t.* 10.
Yerva mora. *Eulr. carolsr.* 44.
Creſcit in inſulis Canariis, *aliisque Americæ inſulis.*
Memoriæ deſtinatur Boſiorum, qui ſplendidiſſimum Hortum Boſianum Lipſiæ condidere.

CHENOPODIUM. *g. pl.* 191.

1. CHENOPODIUM foliis triangulari-ſagittatis, margine integerrimis.
Chenopodium folio triangulo. *Tournef. inſt.* 506. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex chenopodia, folio triangulo. *Magn. hort.* 29.
Blitum perenne, ſpinaciæ facie. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 599. *ſ.* 5. *t.* 30. *f.* 1.
Blitum Bonus Henricus dictum. *Raj. hiſt.* 195.
Blitum perenne, Bonus Henricus dictum. *Raj. ſyn.* 156.
Lapathum unctuoſum, folio triangulo. *Bauh. pin.* 115.
Bonus Henricus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 965.
Tota bona. *Dod. pempt.* 651.
Creſcit in locis ruderatis, juxta parietes, muros, vias, agros, lapides vulgaris ſatis in Europa.
Dignoſcitur a congeneribus radice (non caule) perenni, foliis triangulo ſagittatis, minime dentatis, niſi interdum intra ſingulum angulum poſticum ſit ſolitarius denticulus; caulis communiter ſimplex & tota planta farinula granuloſa aſperſa.

2. CHENOPODIUM foliis triangulari-ovatis.
Chenopodium fœtidum. *Tournef. inſt.* 90. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex olida. *Lob. hiſt.* 128. *f.* 4. *adv.* 97.
Atriplex fœtida. *Bauh. pin.* 119. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 974. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 605. *ſ.* 5. *t.* 31. *f.* 6.
Blitum fœtidum, Vulvaria dictum. *Raj ſyn.* 156.
Vulvaria. *Dalech. hiſt.* 543.
Connina. *Cæſalp. ſyſt.* 161.
Garoſmum. *Dod. pempt.* 616.
Creſcit in Anglia *rarius & in agro Nitiobrigum in* Gallia Narbonenſi, *Lobelio obſervante.*
Diſtinguitur facillime ſolo odore. Hinc Lobelius *in* adverſariis: *plantam notiſſimam fecit odor & ferme infamem: odoratu namque hircus teterque ſpiritus opplet nares, quo imbuti queruntur permulti ſe meretricum impuros loculos ſubodoratos eſſe: planeque referre odorem illum viroſum, quem proſtitutæ libidinis ſcorta, ex impura colluvie congeſta, ſpirant.*

3. CHENOPODIUM foliis oblongis dentato-ſinuatis, racemis nudis multifidis.
Chenopodium ambroſioides, folio ſinuato. *Tournef. inſt.* 506. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex odora ſeu ſuaveolens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 605. *ſ.* 5. *t.* 31. *f.* 7. *mala.*
Botrys ambroſioides vulgaris. *Bauh. pin.* 138.
Botrys plerisque botanicis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 298.
Botrys. *Cæſalp. ſyſt.* 158. *Dod. pempt.* 34. *Dalech. hiſt.* 952. *Raj. hiſt.* 196.
Creſcit in arenoſis circa Rhegium in Calabria; *Florentiam in* Etruria; *Monſpelium juxta Gangem in* Gallia Narbonenſi.

4. CHENO-

4. CHENOPODIUM foliis lanceolatis dentatis, racemis foliatis ſimplicibus.
Chenopodium ſuaveolens, foliis longioribus, mexicanum. *Rupp. jen.* 273.
Chenopodium ambroſioides mexicanum. *Tournef. inſt.* 91. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex odorata ſuaveolens americana mexicanave. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 605. *ſ.* 5. *t.* 31. *f.* 8.
Botrys ambroſioides mexiocana. *Bauh. pin.* 138. & 516. *deſcr.*
Botrys bœtica atriplicis ſylveſtris facie, vulgo Botrys mexicana. *Barr. rar. t.* 1185.
Epazotl. *Hern. mex.* 159.
α Chenopodium ambroſioides mexiocanum fruticoſum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Creſcit in Mexico. *Perdurat hyemes Lundini in Scania ex hortis cum rejectaneis delata; ubique circa urbem in ſtercorariis vulgaris facta & tota hyeme viret.*
Hæc & antecedens ſolo melleo gratiſſimoque odore a congeneribus differunt, in antecedenti (3) ex ſingula ala foliorum prodeunt duo pedunculi dichotomi ramoſiſſimi, nullis foliis inſtructi, flores numeroſos pedunculis remotos exhibentes. In hac (4) vero ex ſingula foliorum ala prodit pedunculus rami inſtar, magnus, teres, ferens floſculos confertos in capitula ſeſſilia alterna digeſtos, ſingulo florum capitulo ſubjicitur foliolum lanceolatum.

5. CHENOPODIUM foliis ovato-oblongis repando-ſinuatis, florum racemis glomeratis ex ala ſolitariis.
Chenopodium anguſtifolium laciniatum minus. *Tournef. inſt.* 506. *Raj. ſyn.* 155. *Vaill. pariſ.* 35. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Creſcit juxta domos & in ruderatis, in Gallia *circa Pariſios; nobis viſa in* Anglia, Belgio, Germania & Suecia.
Caulis communiter oblique extenditur & procumbit, interdum erectus eſt; Rami ex ſingula ala ſinguli communiter ſimplices. Folia oblongo-ovata, petiolata, tribus utrinque denticulis obtuſis, quibus ſingulis ſinus leviſſime excavatus interjacet, notata, ſuperne viridia, ſubtus glauca; Ex ſingula ala ramorum prodit pedunculus ſimplex, brevis, ad latera gerens in acervis floſculos ſeſſiles alternatos, qui & ramos & caulem terminant. Figuræ quotquot etiamnum a nobis viſæ male plantam exprimunt. Foliorum figura ad ſpeciem 3iam proxime accedit.

6. CHENOPODIUM foliis inferioribus ovatis acutis antrorſum dentatis, ſummis lineari-lanceolatis.
Chenopodium folio ſinuato candicante. *Tournef. inſt.* 506. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex ſylveſtris, folio ſinuato candicante. *Bauh. pin.* 119.
Atriplex ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 972. *Raj. hiſt.* 197.
Creſcit vulgaris per Europam *in agris pinguibus inter ſegetes, in ſimetis & hortis oleraceis.*
In hac ſpecie includitur ſemen intra calycem omnino clauſum, depreſſum, quinquangulare, evidentius quam in alia ſpecie ulla.

7. CHENOPODIUM erectum, foliis fere triangularibus, antice ſinuato-dentatis, racemis erectis folioſis ex alis.
Chenopodium ſylveſtre alterum, coma purpuraſcente. *Vaill. pariſ.* 35. *ſynon.*
Chenopodium folio laciniato, coma purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 506. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Atriplex dicta Pes anſerinus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 975.
Pes anſerinus. *Dalech. hiſt.* 542. *fig. opt. Dod. pempt.* 616.
Creſcit vulgaris per Europam *in ruderatis & ſimetis.*
Caulis hujus rectiſſimus eſt. Folia ambitu triangularia, vel verſus baſin parum prominula ſeu in petiolum deſinentia, lateribus utrinque quatuor vel quinque obtuſis ſinubus acutius dentata, ſinu & denticulo angulo propiori profundiori.
Racemi quaſi in appropriatis ramis ex ſingula caulis ala vel ramorum majorum prodeunt conglomerati oblongi erecti. Caulis ramos ſæpe exerit laterales, rami vero valde raro ullos ramulos.

8. CHENOPODIUM erectum ramoſiſſimum, foliis triangularibus dentatis, racemis ramoſis caulem ſuperantibus.
Atriplex dictus Pes anſerinus alter ſive ramoſior. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 976.
Atriplex ſylveſtris 3. *Dalech. hiſt.* 536. *fig. bon.*
Creſcit cum antecedentibus frequens in Europa.
Differt ab antecedente foliis laxioribus & tenuius dentatis, caule magis ramoſo & ramis ſubdiviſis, præſertim florum racemis magis ſparſis, diviſis & longioribus ipſa planta.

9. CHENOPODIUM foliis triangulari-ſagittatis infra medium ſinuato-dentatis, racemis longiſſimis.
Chenopodium ſtramonii folio. *Juſſ. in barr.* 103. *Vaill. par.* 36. *t.* 7. *f.* 2. *optim. Raj. ſyn.* 154. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.
Chenopodio affinis, folio lato laciniato in longiſſimum mucronem procurrente, florum racemis ſparſis. *Raj. hiſt.* 3. *p.* 123.
Atriplex ſylveſtris major, anguloſo folio. *Barr. rar. t.* 540.
Atriplex chenopodia daturæ folio. *Magn. hort.* 29.
Blitum, ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta, ſtramonii acutiore folio, racemoſum. *Pluk. mant.* 32.
Creſcit in Gallia & Anglia.

Folia hujus triangulari-ſagittata ſunt, prope baſin lateralem eſt parvus denticulus, intra hunc & medium folii duo utrinque (rarius tres) magni denticuli antrorſum prominentes acuti, ſinu obtuſo diviſi, nec alii ulli. Hinc figura exacte Daturæ. *Pedunculus ex ſingula foliorum ala ſingulus, inferne ſæpius nudus, ſuperne ramos laterales floribus conglomeratis gerens. Caulem terminant racemi plures in faſciculum ſeu paniculam congeſti laxi.*

10. CHENOPODIUM foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis.
Chenopodium lini folio villoſo. *Tournef. inſt.* 506. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 90.
Oſyris. *Dod. pempt.* 101.
Belvedere. *Cæſalp. ſyſt.* 159.
Belle vedere. *Volck. norib.* 59.
Scoparia ſive Belvedere italorum. *Raj. hiſt.* 210.
Linaria Belvedere dicta. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 462.
Linaria ſcoparia. *Bauh. pin.* 212.
Herba ſtudioſorum. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 102.
Atriplici affinis, linariæ foliis, Belvedere dicta. *Herm. lugdb.* 80.
Tſiſu. *Kæmpf. jap.* 385.
Creſcit in Græcia, *ſi fides habenda Dodonæo, in* Japonia *referente Kæmpfero.*

11. CHENOPODIUM fruticans, foliis linearibus teretibus carnoſis.
Chenopodium, ſedi folio minimo, fruteſcens perenne. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.
Sedum minus arboreſcens. *Munt. hiſt. t.* 469.
Creſcit, ut fertur, in Hiſpaniæ *maritimis.*
Attingit ſæpe altitudinem humanam ramis tenuiſſimis rectiſſimis perennantibus.

12. CHENOPODIUM foliis ſubulatis ſuperne planis, ſubtus convexis.
Chenopodium ſedi folio minimo, facie Kali, ſemine ſplendente, annuum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.
Blitum Kali minus album dictum. *Raj. ſyn.* 156.
Kali minus album, ſemine ſplendente. *Bauh. pin.* 289. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 610. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 3.
Creſcit in maritimis Belgii & Angliæ *frequens.*
Caulis annuus ramoſus, rami alterni, foliis alternis aſperſi, in quorum alis flores conferti ſeſſiles.
Veteres hoc genus atriplice miſcuere, Tournefortius ob flores fœmininos ſeparavit, hocque nomine Chenopodii *inſignivit; Rajus vero* Bliti; *Magnolius autem* Atriplicem Chenopodiam *dixit, Moriſonus ſub eodem genere utrasque tradidit, licet diſtinctionis leges aſſumſit. Volckamerus has* atriplices, *reliquas* Atriplices ſpurias *dixit, & hic forte reliquis aptius rectiusque nominavit.*

SALSOLA. *g. pl.* 193.

1. SALSOLA foliis pungentibus.
Kali ſpinoſum cochleatum. *Bauh. pin.* 289. *Raj. ſyn.* 159.
Kali ſpinoſo affinis. *Bauh. pin.* 289.
Kali affinis ſpinoſa planta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 611. *ſ.* 5. *t.* 33. *f.* 11.
Kali ſpinoſum, foliis longioribus & anguſtioribus. *Tournef. inſt.* 247. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 93.
Tragus ſpinoſus matthioli, ſive Kali ſpinoſum. *Bauh. pin.* 706.
Creſcentem in maritimis glareoſis & arenoſis Scaniæ, Daniæ, *utriusque* Friſiæ, Hollandiæ & Angliæ *legimus.*
Kali *nomen impoſitum huic generi barbarum eſt,* Salſola *a Cæſalpino, primo ſyſtematico, a ſalſo plantæ ſapore derivato introductum, potius a me aſſumitur, licet nec hoc culpa caret omni.*

GOMPHRENA. *g. pl.* 198.

1. GOMPHRENA caule recto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis ſolitariis pedunculatis diphyllis.
Caraxeron ocymaſtrifolium, capitulis majoribus purpureis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 263.
Amaranthoides indicum, foliis ocymaſtri, capitulis purpureis. *Herm. parad.* 14.
Amaranthoides indicum monoſpermum, foliis ocymaſtri, capitulis purpureis. *Pluk. alm.* 26.
Amaranthoides lychnidis folio, capitulis purpureis. *Tournef. inſt.* 654. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 99. *Plum. ſpec.* 20.
Amarantho affinis indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocymoidis folio. *Breyn. cent.* 109. *t.* 51. *Comm. hort.* 1. *p.* 85. *t.* 45.
Gnaphalio affinis, ocymaſtri folio, flore ex purpura violaceo. *Herm. lugdb.* 294.
Wadapu. *Rheed. mal.* 10. *p.* 73. *t.* 37.
Creſcit in Zeylona *&* Malabaria, *nec non* America.
Variat flore albo & capitulis minoribus.

2. GOM-

2. GOMPHRENA pedunculis ad alas geminatis tricapitatis.
Amaranthoides ſcandens, lychnidis folio glabro, capitulis globoſis flaveſcentibus. *Houſt. A. A.*
Creſcit in Vera Cruce *Americæ.*
Ad ſingulum geniculum folii prodeunt e caule duo pedunculi oppoſiti, foliis longiores, ſummo trifidi, ſingulis laciniis impoſito florum capitulo globoſo abſque ſubjectis foliis (ut in antecedenti) ullis.
Genus hoc licet ab Hermanno, Plukenetio, Rajo, Plumiero, Tournefortio, Boerhaavio, Dillenio, Ruppio ſub nomine Amaranthoidis receptum, mihi non placet, nec ab omni parte arridet Caraxeron Vaillantii, ubi ſubſtantivum in compoſitione vocabuli præponitur adjectivo; præterquam quod inadſuetis omnibus durum & aſperum ſonat; iſtud tamen longe præferrem Amaranthoidi. Gomphrenæ nomen habetur apud Plinium.

PHYLLIS. *g. pl.* 125.

1. PHYLLIS.
Bupleuroides, quæ Simpla nobla Canarienſium. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 72. *char.*
Bupleuroides, ſive arbor umbellifera. *Walth. hort* 11. *t.* 6
Valerianella canarienſis fruteſcens Simpla nobla dicta. *Dill. elth.* 405. *t.* 299 *f.* 386.
Simpla nobla canarienſium planta, oblongis amplioribus ſplendentibus foliis ternis circa caulem ambientibus venoſis. *Pluk. alm* 347.
Creſcit in inſulis Canarienſibus.
Planta hæc licet umbellam reliquis conformem exacte non exhibeat, attamen ad umbellatas propius, quam ad ullam aliam familiam accedere, tandem didici & generis eſſe omnino proprii.
In oides deſinentia plantarum nomina mihi exoſa ſunt (F. B. 226.), dixi ideoque has plantas Phyllida a pulchritudine plantæ primaria in foliis conſiſtente.

ERYNGIUM. *g. pl.* 199.

1. ERYNGIUM foliis radicalibus ovalibus planis crenatis, floribus pedunculatis.
Eryngium latifolium planum. *Bauh. pin.* 386. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 165. *ſ.* 7. *t.* 35. *f.* 9. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 134.
Eryngium planum latifolium, capitulo rotundo parvo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 88.
Eryngium pannonicum latifolium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 158.
Eryngium planum cæruleum campeſtre polonicum. *Barr. rar.* 62. *t.* 1174.
Eryngium ſpurium primum. *Dod. pempt.* 732.
α Eryngium latifolium, caule ex viridi palleſcente, flore albo. *Tournef.*
Creſcit juxta Danubium *ſupra & infra* Viennam *in pratis, nec non in montibus* Sileſiacis.

2. ERYNGIUM foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, floribus pedunculatis.
Eryngium maritimum. *Bauh. pin.* 386. *Moriſ hiſt.* 3. *p.* 165. *ſ.* 7. *t.* 36 *f.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 134.
Eryngium marinum *Cæſalp. ſyſt.* 521. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 86. *Dod. pempt.* 730. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 169. *Dalech. hiſt.* 1459.
Creſcit in maritimis Hiſpaniæ, Italiæ, Narbonæ, Angliæ, Belgii.

3. ERYNGIUM foliis radicalibus pinnatim tripartito-diviſis.
Eryngium vulgare. *Bauh. pin* 386. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 85. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 165. *ſ.* 7. *t.* 36. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 134.
Eryngium campeſtre. *Dod. pempt.* 720.
Eryngium campeſtre vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 157.
Eryngium campeſtre mediterraneum *Lob. hiſt.* 490.
α Eryngium latifolium, caule & flore amethyſtino pulcherrimo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 134.
Eryngium montanum amethyſtinum. *Bauh. pin.* 386.
Creſcit in campis ſiccis ſaxoſis & incultis per Bohemiam, Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, Galliam *vulgare.*

4. ERYNGIUM foliis radicalibus oblongis inciſis, caule dichotomo, floribus ſeſſilibus.
Eryngium montanum pumilum. *Bauh. pin.* 386.
Eryngium pumilum hiſpanicum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 159.
Eryngium pumilum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 87 *Dod. pempt.* 732.
Creſcit in agro Salmanticenſi *in collibus.*
Puto Eryngium planum minus *Bauh. pin.* 386. *ſpecie non differre ab hac planta, ſed ſolam eſſe varietatem repentem?*

5. ERYNGIUM foliis gladiolatis utrinque laxe ſerratis, denticulis ſubulatis.
Eryngium Americanum, yuccæ folio, ſpinis ad oras molliuſculis. *Pluk. alm.* 13. *t.* 175. *f.* 4. *Raj app* 239.
Eryngium virginianum, yuccæ foliis, ſpinulis raris tenellis & inutilibus marginibus appoſitis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 167.
Creſcit in Virginia. *Nobiscum a D. D.* Gronovio *communicata.*

HYDROCOTYLE. *g. pl.* 200.

1. HYDROCOTYLE foliis peltatis orbiculatis undique emarginatis.
Hydrocotyle vulgaris *Tournef. inſt* 328. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 71.
Cotyledon paluſtris. *Dod. pempt.* 133.
Cotyledon aquatica. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 781. *Raj. hiſt.* 1323. *Dalech. hiſt.* 1091. *Sloan. flor.* 93. *hiſt.* 1. *p.* 212.
Cotyledon aquatica acris ſeptentrionalium. *Lob. hiſt.* 209.
Cotyledon repens braſilienſis. *Raj. hiſt.* 1323.
Ranunculus aquaticus, cotyledonis folio. *Bauh. pin.* 180. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 442. *ſ.* 4. *t.* 29. *f.* 30.
Ranunculus aquaticus, umbilicato folio. *Colum. ecphr.* 1. *p* 315. *t.* 316.
Ranunculo affinis umbelliferis accedens, in paluſtribus, folio peltato, repens americana & noſtras: *Pluk. alm* 314.
Valerianellæ cognata, folio cotyledonis. *Herm. parad.* 2. *p.* 13.
Erva de capitaon. *Marcgr. braſ.* 27.
Acaricoba. *Piſ. braſ.* 90.
Creſcit in campeſtribus vel juxta ripas lacuum ac fluviorum, per hyemem inundatas, in Smolandia *Sueciæ parce; in* Hollandia *&* Anglia *copioſe; in* Jamaica, Virginia *&* Braſilia *& per partem maximam Americæ copioſiſſime.*
Hujus generis & Hydrocotyle foliis reniformibus crenatis. Valerianella Zeylanica paluſtris repens, hederæ terreſtris folio. Herm. par. 238. t. 238. *Codagen* Rheed. mal. 10. p. 91. t. 46. *nec ab ea ſpecie diſtingui debet* Valerianella curaſſavica nymphææ minoris folio. Herm. par. 239. t. 238. *Quæritur autem num a noſtra ſpecie diſtincta ſit* Alſine ſpuria puſilla repens, foliis ſaxifragiæ aureæ. Raj. ſyn. 352 Pluk. phyt. 7. f. 6. *vel tantummodo ejus varietas minor? Si flores in pedunculo ſingulo ſolitarii & ſi folium hinc ad baſin uſque diviſum ſit, diverſa erit ſpecies, quæ antequam ſtatuatur attente examinanda.*

SANICULA. *g. pl.* 201.

1. SANICULA. *Riv. pent.* 31. *Cæſalp. ſyſt.* 556 *Dod pempt.* 140.
Sanicula officinarum. *Bauh. pin.* 309. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 616. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 73.
Sanicula mas *Dalech. hiſt.* 1208.
Sanicula mas fuchſii; ſive Diapenſia. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 639.
Diapenſia ſive Sanicula mas fuchſii. *Herm. lugdb.* 220.
Lappula fere umbellata, folio quinquefido, pentapetalos, binis feminibus ſimul junctis. *Pluk. alm.* 206.
Sideritis 3 *Col ecphr.* 1 *p.* 124.
Creſcit in Suecia, Pannonia, Germania *& alibi ubi ſylvæ denſæ ſteriles, inter montes.*
Quæritur an liceat Aſtrantiam Saniculis jungere ſub eodem genere? Sic dictitare videtur natura; an differentiæ his interceaentes ſufficiant pro genere diſtinguendo?

ASTRANTIA. *g. pl.* 202.

1. ASTRANTIA. *Riv. pent.* 68. *Moriſ. umb.* 10. *t.* 1. *f. R. r & t.* 4. *f. ult.*
Aſtrantia nigra major. *Moriſ. hiſt* 3. *p* 270. *ſ* 9. *t.* 4. *f.* 1
Aſtrantia major, corona floris purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 314. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 72.
Sanicula fœmina. *Dalech hiſt* 1269.
Sanicula fœmina quibusdam, aliis Elleborus niger. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 638.
Helleborus niger, ſaniculæ folio, major. *Bauh. pin.* 186.
Veratrum nigrum. *Dod pempt* 387
Imperatoria ranunculoides, ſaniculæ folio, major. *Pluk. alm.* 198.
α Aſtrantia major, coronâ floris candida *Turnef.*
β Aſtrantia minor. *Tournef.*
Helleborus, ſaniculæ folio, minor. *Bauh. pin.* 186. *prod.* 97.
Helleborus minimus alpinus, aſtrantiæ flore. *Bocc. ſic.* 10 *t.* 5. *f.* 3.
Creſcit in Alpibus Helveticis, Pannoniis, Pyrenæis, Hetruriæ, *&c.; in montibus & ſylvis Steinburgicis prope Jenam.*

AMMI. *g. pl.* 207.

1. AMMI laciniis foliorum caulis lanceolatis.
Ammi majus. *Bauh. pin.* 159. *Tournef. inſt.* 305. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 57.
Ammi vulgare majus, latioribus foliis, ſemine minus odorato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 27. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 295.
Ammi vulgare. *Dod. pempt.* 301. *Raj. hiſt.* 455.
Ammi vulgatius. *Lob. hiſt.* 415.
α Ammi majus, foliis plurimum inciſis & nonnihil criſpis. *Tournef.*
Creſcit in Italia *&* Sicilia *in vineis ac arvis pinguibus.* RAJ. *inter ſegetes circa* Pictaviam MORIS. *prope* Salmanticum. CLUS.

2. AMMI lacinulis foliorum caulis capillaribus.
Ammi parvum, foliis fœniculi. *Bauh. pin.* 159. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 295. *ſ.* 9. *t.* 8. *f.* 7.
Ammi ſemine tenuiſſimo & odoratiſſimo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 25. *Raj. hiſt.* 455.
Ammi perpuſillum. *Lob. hiſt.* 14.
Ammi. *Cæſalp. ſyſt.* 285. *Riv. pent.* 92.
Ammi matthioli. *Dalech. hiſt.* 695.
Ammoides majus, odore origani. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 49.
Fœniculum annuum, origani odore. *Tournef. inſt.* 312.
Creſcere fertur in Apulia *& in* Ilva *monte.*

DAUCUS. *g. pl.* 206.

1. DAUCUS ſeminibus hiſpidis.
Daucus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 198. *Tournef. inſt.* 307. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 62.
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris dioſcoridis; vel Daucus officinarum. *Bauh. pin.* 151. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 305. *ſ.* 9. *t.* 13. *f.* 2.
Paſtinaca ſylveſtris; ſive Staphylinus græcorum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 62.
Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia. *Dod. pempt.* 675.
Staphylinus ſylveſtris. *Cæſalp. ſyſt.* 288. *Rupp. jen.* 224.
Staphylinus. *Riv. pent.* 28.
α Daucus ſativus, radice lutea. *Tournef.*
Paſtinaca tenuifolia ſativa, radice lutea vel alba. *Bauh. pin.* 151. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 305. *ſ.* 9. *t.* 13. *f.* 1.
Paſtinaca ſativa, ſive Carota rubra lutea & alba. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 64.
Carota. *Cæſalp. ſyſt.* 288.
Staphylinus ſativus. *Riv. pent.* 29.
β Daucus ſativus, radice aurantii coloris. *Tournef.*
γ Daucus ſativus, radice alba. *Tournef.*
δ Daucus ſativus, radice atro-rubente. *Tournef.*
Creſcit in campis & arvis exaridis in Suecia, Germania, Anglia, Italia.
Obſ. *Daucus, folio tordylii, flore albo, altiſſimus.* Boerh. lugdb. 1. p. 62. *inter ſpecimina ſicca occurrit, qui foliorum lacinulis gaudet præcedenti longe latioribus, num autem ſpecie differat dubito.*

2. DAUCUS ſeminibus nudis.
Viſnaga. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 31. *Raj. hiſt.* 436. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 49. *Riv. pent.* 85.
Gingidium umbella oblonga. *Bauh. pin.* 151. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 275. *ſ.* 9. *t.* 2. *f. ult.*
Gingidium alterum. *Dod. pempt.* 702.
Fœniculum annuum, umbella contracta oblonga. *Tournef. inſt.* 311.
Creſcit prope Monſpelium *in pratis & in agris* Hetruriæ *ac circa* Cataniam *Siciliæ.*

ARTEDIA. *g. pl.* 205.

1. ARTEDIA ſeminibus ſquamatis.
Thapſia orientalis, anethi folio, ſemine eleganter crenato. *Tournef. cor.* 22. *itin.* 3. *p.* 298. *deſcr. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 60.
Thapſia ferulacea, ſemine margine inciſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 317. *ſ.* 9. *t.* 18. *f.* 11.
Gingidium Rauwolfii. *Cam. hort. t.* 16.
Gingidium Dioſcoridis. *Dalech. app.* 34.
Gingidium folio fœniculi. *Bauh. pin.* 151.
Anetho ſimilis planta, ſemine lato laciniato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 7.
Creſcentem in montis Libani *Syriæ, locis præruptis, legit & per Europam diſſeminavit* Rauwolfius; *prope* Tocat *vero in Oriente* Tournefortius.

2. ARTEDIA feminibus aculeatis.
Caucalis major daucoides tingitana. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 308. *ſ.* 9. *t.* 14. *f.* 4. *umb.* 34. *t.* 1. *f.* 17. *o. π. Tournef. inſt.* 323. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 63.
Echinophora tingitana. *Riv. pent.* 27.
Creſcit in Mauritania tingitana.
Hæc quidem gaudet involucro proprio ſimplici nec laciniato, quo a priori differt, an diſtinguenda ſit genere determinent, qui florentem ad manus habent, hyems enim, qua hæc ſcribo, ejus examen prohibet.
Tulipa genus totum. *Bauh. pin.* 57. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 663. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 138—151. *Beſl. eyſt. vern.* 64—77. *Tournef. inſt.* 373. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 138.

Creſcendi locus ſpontaneus hoc ſeculo Europa eſt, quæ tamen eam ignorabat in annum 1559., *quo primus flos deſcriptus fuit a Conrado Geſnero Auguſtæ vindelicorum, ortus è ſemine quod miſſum fuit Byzantio, vel, ut alii, e Capadocia.*

Spontaneæ factæ communiter nobis corollâ flava & petalis lanceolatis ſunt, hinc iſtæ videntur nobis magis naturales.

Cultura, terra varia, miſcela differentium per copulam produxit tot varia, tamque infinita diverſa & mixta, ut nullæ leges diſtinguendi varietates ſuperſint, ſi vel magnitudinem caulis, figuram corollæ, colorem petalorum, &c. quis conſiderare velit.

Varietatem primariam dicerem Tulipam caule multifloro.

Tentarunt & Botanici Varietates recenſere omnes, infructuoſo licet conamine, at ſuperati dudum ab Hortulanis Anthophilis quibus res cordi eſſe debet. Olim huic ſtudio finem imponere debuiſſent Botanici.

Obſtupui dum Harlemi in ſede Anthophilorum aſpexi quâ induſtria hanc ſuam ſcientiam excoluere artis magiſtri; ſane incredibili ſtudio impoſuere ſingulis propria nomina, nominibus authoritatem, authoritati pretium: valuere hæc nomina, ter centum licet plura inter eos, ut vulgatiſſimarum plantarum nomina inter doctiſſimos Botanicos, licet nec deſcriptiones, nec figuræ, nec characteres, nec ſyſtemata arti opem tulerint. Tentavi in hac florum ſede fundamenta artis haurire, ſed omni ſtudio, omni adhibita autopſia oleum operamque perdidi; hoc tantum intellexi, doctiſſimum eſſe Botanicum qui ſpecies a Varietatibus diſtinguere novit, nec falſis ſpeciebus Botanicen onerat; Tyroni itaque commendo verba Poëtæ:

O formoſe puer nimium ne crede colori!

Planta hæc omnium quas novi ſimpliciſſima, floribus fere omnibus palmam eripuit, præſertim dum cum pulchritudine raritas interludebat, ut fuere quondam, ſi authoribus fides, qui pro uno bulbo 6700 *florenos ſolvere non veriti ſunt; at vulgatior facta vileſcere cœpit, Hyacinthisque palmam cedere; an jure?*

ERYTHRONIUM. *g. pl.* 262.

1. ERYTHRONIUM. *Lob. adv.* 64. *hiſt.* 105.
Satyrium quorundam; Erithronium bifolium, flore unico radiato albo & purpureo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 680.
Dentali 1. *Cluſ. pan.*
Dens caninus. *Cæſalp. ſyſt.* 410. *Dod. pempt.* 203.
Dens caninus, purpuraſcente flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 266.
Dens canis latiore rotundioreque folio. *Bauh. pin.* 87.
Dens canis latiore rotundioreque folio, flore purpuraſcente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 344. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 1.
Dens canis latiore rotundioreque folio, flore ex purpurâ rubente. *Tournef. inſt.* 378.
Dens canis latiore rotundioreque folio, flore ex purpura rubente majore. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 240.
α Dens canis latiore rotundioreque folio, flore candido. *Tournef.*
β Dens canis latiore rotundioreque folio, flore e purpura-candicante. *Tournef.*
γ Dens canis latiore rotundioreque folio, flore vinoſo. *Tournef.*
δ Dens canis, flore luteo. *Tournef.*
ε Dens canis anguſtiore longioreque folio. *Bauh. pin.* 87.
Dens canis anguſtiore longioreque folio, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 345. *ſ.* 4. *t.* 5. *f.* 2.
Dens canis anguſtiore longioreque folio, flore lacteo. *Tournef.*
Dens caninus albo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 266.
Dentali 2. *Cluſ. pan.*
Satyrium trifolium ſeu album. *Dalech. hiſt.* 1567.
ζ Dens canis anguſtiore longioreque folio, flore ex albo purpuraſcente. *Tournef.*
η Dens canis anguſtiore longioreque folio, flore ſuaveolente. *Tournef.*
Creſcit prope Auguſtam Taurinorum *ad latera montis cui transito Pado obviam itur eundo Aſtam urbem. In montibus* Liguriæ, *prope Genuam; ad radices montium Styriæ non procul Grætzio ſolo herbido udo. In* Allobrogum *montibus.*

FRITILLARIA. *g. pl.* 260.

1. FRITILLARIA e foliorum alis florens.
Fritillaria. *Lob. hiſt.* 65. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 152.
Meleagris. *Dod. pempt.* 233.
Meleagris ſive Fritillaria ſaturatior & dilutior. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 681.
α Fritillaria præcox purpurea variegata. *Bauh. pin.* 64 *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 402. *ſ* 4. *t.* 28. *f.* 1.
β Fritillaria alba variegata. *Bauh. pin.* 64. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 402. *ſ.* 4. *t.* 18. *f.* 2.
γ Fritillaria alba præcox. *Bauh. pin.* 64.
δ Fritillaria ſerotina atro-purpurea. *Bauh. pin.* 64.
Creſcit in pratis ad Ligerim *flumen, non procul Aurelia urbe Galliæ; inque* Pyrenæis, *ut & in* Aquitania.
Puto omnes Fritillarias a Tournefortio recenſitas, excepta ſequenti noſtra, ejusdem eſſe ſpeciei ſolasque varietates; videmus enim quotidie in hortis quomodo novæ producantur varietates, nova monſtra. Fateor Fritillariam flore minore C. B. & Fritillariam ſerotinam floribus ex flavo virentibus C. B. ſive Aquitanicas & Pyrenaicas in florum corolla parum differre, ſed cum reliquas examino varietates, per gradus has aſcendere deſcendereque notas, nec terminis aut limitibus ullis circumſcriptas, obſervo, hinc eſt quod eas conjungam.

2. FRITILLARIA racemo nudo terminatrici.
Fritillaria maxima, flore obſoletæ purpuræ. *Tournef. inſt.* 377
Lilio-Fritillaria quod Lilium perſicum. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 141.
Lilium perſicum. *Bauh. pin.* 79. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 406. *ſ.* 4. *t.* 19. *f.* 1. *Dod. pempt.* 220. *Lob. hiſt.* 86. *Dalech. hiſt.* 1494.
Lilium perſicum ſive ſuſianum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 699.
Lilium ſuſianum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 130.
Creſcendi locum natalem ignoramus; in Europam Suſis e *Perſiæ urbe miſſa eſt radix.*
Videtur hæc demonſtrare Fritillariam, Petilium & Erythronium genere naturali vix diſtingui debere? judicent alii.

PETILIUM. *g. pl.* 259.

1. PETILIUM foliis caulinis.
Corona imperialis (genus totum.) *Tournef inſt.* 373. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 137.
Corona imperialis. *Dod. pempt.* 202 *Dalech. hiſt.* 1495.
Corona imperialis ſive Tuſai. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 697.

Lilium ſeu corona imperialis (genus totum) *Bauh. pin.* 79. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 406. *ſ.* 4. *t.* 19. *f.* 2, 3, 4.
Tuſai ſive Lilium perſicum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 127, 128.
Creſcit forte in Perſia *unde Conſtantinopolin, Conſtantinopoli vero in Europam, delata.*
Differentia impoſita fuit ſpeciei ex oppoſitis alterius Petilii foliis radicatis * Coronæ Regalis Dill. elth. 109., *quæ hujus videtur naturalis ſpecies.*
Petilium & Petilius flos. Plinii nomen, quod quidam hujus generis faciunt ſynonymon, huic impoſui, cum corona imperialis F. B. 221. *& Tuſai F. B.* 229 *ſtare nequeant, nec ſynonyma alia antiqua F. B.* 244. *ſuperſint.*

LILIUM. *g. pl.* 258.

1. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis intus glabris.
Lilium album vulgare. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 685.
Lilium album, flore erecto, vulgare. *Bauh. pin.* 76. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 135.
Lilium album vulgare & odoratum, flore erecto. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 409. *ſ.* 4. *t.* 21. *f.* 13.
Lilium candidum. *Lob. hiſt.* 83. *Dod. pempt.* 197.
Lilium. *Cæſalp. ſyſt.* 418.
α Lilium album, flore pleno. *Schuyl. lugdb.* 42.
β Lilium album, floribus dependentibus ſive peregrinum. *Bauh. pin.* 76.
Sultan Sambach. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 134.
Creſcit, ut fertur, juxta paludes in ſubhumidis Syriæ, *eique adjacentibus regionibus.*

2. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis intus ſcabris.
Lilium purpureo-croceum majus. *Bauh. pin.* 76. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 135.
Lilium rubens vel croceum majus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 688.
Lilium purpureum majus. *Dod. pempt.* 198. *Lob. hiſt.* 84.
α Lilium purpureo-croceum minus. *Bauh. pin.* 77.
β Lilium phœniceum. *Bauh. pin.* 77.
γ Lilium bulbiferum latifolium majus. *Bauh. pin.* 77.
δ Lilium bulbiferum anguſtifolium. *Bauh. pin.* 77.
ε Lilium bulbiferum minus. *Bauh. pin.* 77.
ζ Lilium bulbiferum incanum. *Bauh. pin.* 77.
Creſcit copioſe in Italiæ *arvis inter ſegetes, inque pratis, montibus & vallibus.* MATTH.; *In ſylvis ſupra Neapolin prope* cœnobium Camaldulenſium. RAJ. *In montanis* Auſtriæ & Stiriæ *pratis.* CLUS.
Singularis eſt illa varietas (γ—ζ) *bulbillos ex alis foliorum ſuperiorum, ut & ex alis pedunculorum promens; Hos dum producit communiter abortit nec ſemina proferre neceſſe habet. Bulbilli hi mox ſquamatim ſuperne dehiſcunt & maturi nigreſcentes decidunt, radiculosque agunt.*

3. LILIUM foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis.
Lilium, floribus reflexis, latifolium. *Bauh. pin.* 77.
Lilium, floribus reflexis, ſeu Martagon latifolium. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 408. *ſ.* 4. *t.* 20. *f.* 6, 7, 8.
Lilium montanum ſive ſylveſtre 1 majus & 2 minus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 134.
Lilium montanum. *Lob. hiſt.* 85.
Lilium ſylveſtre. *Dod. pempt.* 201.
α Martagon ſylvaticum. *Rupp. jen.* 118.
Creſcit Genevæ *in montibus copioſe; In ſylvis & umbroſis pratis* Auſtriæ, Stiriæ, Hungariæ; *In altiſſimis ſylvis* Helvetiorum *& ſylva* Harcynia.

3. LILIUM foliis ſparſis, floribus reflexis, corollis revolutis.
Lilium, floribus reflexis, anguſtifolium. *Bauh. pin.* 78.
Lilium floribus reflexis ſeu Martagon anguſtifolium. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 408. *ſ.* 4. *t.* 20. *f.* 10, 11, 12, 13.
Lilium ſylveſtre alterum. *Dod. pempt.* 202.
Hemerocallis chalcedonica purpureo-ſanguinea polyanthos. *Lob. hiſt.* 85.
α Lilium rubrum ſive miniatum byzantinum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 131.
β Lilium byzantinum, miniato ſaturato flore, polianthes. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 132.
γ Lilium byzantinum, miniato dilutiore flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 132.
δ Lilium rubrum præcox. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 133.
ε Lilium montanum, flavo flore, maculis diſtincto. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 256.
ζ Lilium montanum, flavo flore, nullis maculis diſtincto. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 256.
Creſcit in Aſia *& montibus* Pyrenæis.
Singularis mihi in hoc genere nota eſt filum ſeu capillus cancellatim valvas dehiſcentes pericarpii, maturo fructu, connectens.

UVULARIA. *g. pl.* 263.

1. UVULARIA.
Fritillaria lutea, folio polygonati, fructu breviore. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 138.
Polygonatum ramosum, flore luteo, majus. *Corn. canad.* 38. *t.* 39. *Barr. rar. t.* 723.
Sigillum indicum, flore luteo. *Stap. theophr.* 1067.
Crescit in Nova Francia.
An Polygonatum latifolium perfoliatum brasilianum C. B. sit hujus speciei, dijudicent autoptici.
Uvulariæ nomen, hujus plantæ apud quosdam synonymon, retinui in hoc genere, cujus fructificatio uvulæ instar dependet.

GLORIOSA. *g. pl.* 264.

1. GLORIOSA.
Methonica glorioſa, foliis capreolatis, floribus fimbriatis reflexis. *Burm. zeyl.* 158.
Methonica malabarorum. *Herm. lugdb.* 688. *t.* 689. *Tournef. act.* 1706. *p.* 350. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 134. *Dill. gen.* 158. *Comm. flor.* 44.
Methonica malabarorum, Nienghala Zeylanenſium. *Pluk. alm.* 249. *t.* 116. *f.* 3.
Lilium Zeylanicum ſuperbum. *Comm. hort.* 1. *p.* 69. *t.* 35.
Mendoni. *Rheed. mal.* 7. *p.* 107. *t* 57.
Creſcit in Malabaria & Zeylona.
Methonicæ duplicem ob cauſam rejicio nomen (F. B. 229. 228.), *ejusque loco ſynonymon* Glorioſa *recipio, cum flores præ reliquis omnibus gloriam ſplendoris & pulchritudinis ferant; dein longe aptius datur hoc epitheton huic plantæ, quam yuccæ glorioſæ dictæ.*

ASPARAGUS. *g. pl.* 265.

1. ASPARAGUS inermis, foliis ſetaceis, caule herbaceo.
Aſparagus hortenſis, pratenſis & marinus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 725.
α Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio. *Bauh. pin.* 490. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 65.
Aſparagus ſylveſtris matthioli. *Dalech. hiſt.* 610.
Aſparagus pratenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 725.
Aſparagus tertii generis ſive Palatium leporis. *Cæſalp. ſyſt.* 217.
β Aſparagus ſativa. *Bauh. pin.* 489.
Aſparagus ſativus. *Dalech. hiſt.* 610.
Aſparagus hortenſis. *Dod. pempt.* 703.
Aſparagus domeſticus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 3. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 4.
Aſparagus domeſticus vulgaris. *Lob. hiſt.* 458.
Aſparagus. *Raj. hiſt.* 683.
γ Aſparagus maritimus, craſſiore folio. *Bauh. pin.* 490.
Aſparagus marinus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 179.
Aſparagus paluſtris. *Raj. hiſt.* 683.
Creſcit α *in pratis ad* Rhenum *&* Danubium *copioſe; in campis ſubarenoſis* Hollandiæ; *In quibusdam locis* Angliæ; γ *In maritimis* Monſpelienſibus.
Flores ex ſingula ala communiter tres in totidem pedunculis.

2. ASPARAGUS fruteſcens, foliis faſciculatis ſetaceis terminatricibus, ramis reflexis, ramulis tetroflexis.
Aſparagus africanus tenuifolius, viminalibus virgis, foliis laricis ad inſtar ex uno puncto numeroſis ſtellatim diſpoſitis. *Pluk. amalth.* 40. *t.* 375. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 65.
Creſcit in Africa, *ut nomen innuit.*
Rami ſurſum & deorſum ſecundum articulos alternatim flectuntur; aculeus reflexus breviſſimus ſub ſingulo ramo. Pedunculi ex ſinu rami cum caule vel ramulo, ſolitarii, multiflori, racemoſi. Folia triginta vel plura ex ſingulo puncto ſetacea patentia ultimis ramulis inſident.

3. ASPARAGUS foliis quinis ſetaceis, ſpinis terminatricibus & lateralibus, ramulis ternis quaternisve.
Aſparagus foliis acutis. *Bauh. pin.* 490. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 3. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 65.
Aſparagus petræus ſive Corruda. *Raj. hiſt.* 683.
Corruda. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 727
Corruda prior. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 177.
Creſcit ad ſepes inque dumetis Italiæ; *circa* Monſpelium *in Languadocia;* Caſtellæ *& in regno Granatenſi.*

Folia non pungentia ſunt & rigida in noſtra, ut authores ſcribunt, hinc dubius de ſynonymis ſum.

4. ASPARAGUS aculeis alternis, ramis ſolitariis ſetaceis, foliis ſetaceis faſciculatis lateralibus.
Aſparagus aculeatus minor ſarmentoſus e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 54. *t.* 15. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 65.
Creſcit dictitante nomine in Inſulis Maderaſpatanis.
Folia ſetacea, quatuordecim communiter plura ex ſingulo tuberculo. Rami inermes ut & caulis, excepto aculeo ramo ſingulo ſubjecto.

5. ASPARAGUS aphyllos, ſpinis faſciculatis inæqualibus.
Aſparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor ſpinis ad eundem exortum. *Bauh. pin.* 490. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 3. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 65.
Aſparagus ſylveſtris alter. *Dod. pempt.* 704.
Corruda altera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 178.
Corrudæ varietas. *Lob. hiſt.* 459.
Creſcit in Sicilia *ad mare prope Tauromenium; ad* Tagum *fluvium in Luſitania atque etiam ſolo petroſo in collibus* Bœticæ.
Accedit ad Aſparagum Creticum fruticoſum, craſſioribus & brevioribus aculeis, magno fructu. *Tournef. itin.* 91. *t.* 15. *&* Aſparagum *Pluk. phyt.* 15. *f.* 5. *depictum, differentiam nullam intercedentem deſcriptam obſervo.*

6. ASPARAGUS foliis ovato-lanceolatis ſolitariis.
Aſparagus africanus ſcandens, myrti folio. *Till. piſ.* 16. *t.* 12.
Aſparagus africanus ſcandens, myrti folio anguſtiore. *Till. piſ.* 16. *t.* 12.
Creſcit in Africa.
Floris laciniæ ab apice ad baſin revolutæ in hac ſpecie ſunt, reliquæ notæ aſparagi omnes in flore.

BERBERIS. *g. pl.* 267.

1. BERBERIS ſpinis triplicibus.
Berberis vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 120.
Berberis dumetorum. *Bauh pin.* 454. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 233.
Berberis officinarum. *Dalech. hiſt.* 138.
Berberis vulgo, quæ & Oxyacantha putata. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 52.
Spina acida ſive Oxyacantha. *Dod. pempt.* 750.
Creſpinus. *Cæſalp. ſyſt.* 99.
α Berberis ſine nucleo, *Bauh. pin.* 454.
β Berberis, latiſſimo folio, canadenſis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 233.
Creſcit in Dumetis Ungariæ, Pannoniæ, Alſatiæ, *&c. hodie vulgaris facta fere per totam Europam, per ſemina ab avibus diſſeminata, præſertim in frigidioribus regionibus* Germaniæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ.

LEONTICE. *g. pl.* 268.

1. LEONTICE foliis decompoſitis, petiolo communi trifido.
Leontopetalon foliis coſtæ ramoſæ innaſcentibus. *Tournef. cor.* 49.
Leontopetalon. *Bauh. pin.* 324. *Cæſalp. ſyſt.* 270. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 285. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 6. *Dod. pempt.* 69. *Dalech. hiſt.* 168. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 208.
Leontopetalon quorundam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 489.
Creſcit frequens in Apuliæ *arvis, Rauwolfius eandem circa* Halepum *obſervavit.*
An liceat in claſſe naturali hanc plantam Liliaceis inſerere? Sic ſuadet flos nudus; petala ſex regularia; ſtamina ſex & radix bulboſa; negat vero facies, folia compoſita, fructus unilocularis.
Nomen ſpecificum opponitur alteri ſpeciei dictæ Leontice foliis pinnatis, petiolo communi ſimplici * *Leontopetalon foliis coſtæ ſimplici innaſcentibus. Tourn. cor.*

BULBINE. *g. pl.* 269.

1. BULBINE cauleſcens.
Phalangium capenſe cauleſcens, foliis cepitiis ſuccoſis. *Dill. elth.* 310. *t.* 231. *f.* 298.
Phalangium africanum, foliis cepaceis, floribus ſpicatis aureis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 133.

Pha-

Phalangium non ramoſum ſpicatum luteum, promontorii bonæ ſpei, foliis magnis cepæ pulpoſis. *Pluk. amalth.* 168.
Aſphodelus zeylanicus, foliis rotundis cepaceis, floribus luteis. *Till. piſ.* 17.
Creſcit ad Promontorium bonæ ſpei *in Africa.*
Genere diſtinctiſſima a Phalangio Tournefortii videtur, cum unico piſtillo inſtratur & fructum trilocularem contineat, dum Phalangium Tourneſortii piſtillum triplex & fructum tricapſularem exhibeat.

2. BULBINE acaulis.
Phalangium capenſe ſeſſile, foliis aloëformibus pulpoſis. *Dill. elth.* 312. *t.* 232. *f.* 300.
Phalangium africanum, foliis ficoidis, floribus ſpicatis aureis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 134.
Aſphodelus africanus luteus, foliis aloës. *Till. piſ.* 17.
Aſphodelo affinis africana non ramoſa, floribus luteis, cepaceis foliis ſucculenta mucilagine farctis, Aloe falſo dicta *Pluk. amalth.* 40.
Creſcit cum antecedenti, cui valde affinis eſt.
Bulbine vocabulum apud Plinium occurrit, huc uſque vagum, quod huic generi impoſui.

SCILLA. *g. pl.* 270.

1. SCILLA radice tunicata.
Scilla rubentibus radicis tunicis, folio aloës carinato. *Pluk. alm.* 336.
Scilla vulgaris radice rubra. *Bauh. pin.* 73. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 395. *ſ.* 4. *t.* 16. *f.* 1.
Scilla ruffa magna vulgaris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 615.
Scilla hiſpanica. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 171. *Lob. hiſt.* 75.
Scilla ſeu Squilla officinalis marina callipolitana. *Seb. theſ.* 1. *p.* 72. *t.* 44. *f.* 45.
Scilla. *Cæſalp. ſyſt.* 403.
Ornithogalum maritimum ſeu Scilla radice rubra. *Tournef. inſt.* 381.
α Scilla radice alba. *Bauh. pin.* 73.
Scilla alba. *Beſl. eyſt. vern.* 35. *f.* 1.
Creſcit circa Ulyſſiponem *& aliis* Luſitaniæ *&* Hiſpaniæ *locis.*
Singulare eſt quod foliis deſtituta floreat.

2. SCILLA radice ſquamoſa.
Lilio-hyacinthus vulgaris, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 372. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 136
Hiacinthus leiriophyllos, radice ſquamata lilii. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 375. *ſ.* 4. *t.* 13. *f.* 21.
Hyacinthus ſtellaris, foliis & radice lilii. *Bauh. pin.* 46.
Hyacinthus ſtellatus, lilii folio. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 183.
Hyacinthus ſtellaris alius lilifolius. *Dalech. hiſt.* 1514.
Hyacinthus liliofolius ſtellatus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 589.
α Lilio-hyacinthus vulgaris, flore niveo. *Tournef.*
Creſcit in montibus Biſcariæ, Galliæ Aquitanicæ, Puiole *in* Hiſpania *&* Pyrenæis.

3. SCILLA radice ſolida, floribus nutantibus alternis.
Hyacinthus ſtellaris cæruleus amœnus. *Bauh. pin.* 46. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 116.
Hyacinthus ſtellaris, caulibus pluribus ex eodem bulbo ortis, ſingulis pluribus floribus oneratis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 374. *ſ.* 4. *t.* 12. *f.* 17.
Hyacinthus ſtellatus bizantinus. *Beſl. eyſt. vern.* 43. *f.* 3.
Hyacinthus ſtellatus bizantinus major, flore borraginis. *Raj. hiſt.* 1156.
Ornithogalum cæruleum byzantinum. *Tournef. inſt.* 380.
α Ornithogalum byzantinum, flore albo. *Tournef. inſt.* 380.
Creſcit forte circa Byzantium, *unde in Europam delata eſt* 1590. *ad Cluſium.*

4. SCILLA radice ſolida, floribus patentibus confertis corymboſis.
Hyacinthus ſtellaris ſpicatus ſeu faſtigiatus, lata depreſſa ſpica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 374. *ſ.* 4. *t.* 12. *f.* 16. *Boerh. lugdb.* 2 *p.* 116.
Hyacinthus ſtellaris ſpicatus cinereus. *Bauh. pin.* 461.
Hyacinthus ſtellatus italicus. *Beſl. eyſt. vern.* 42. *f.* 1. *optima.*
Hyacinthus ſtellatus multiflorus, cinerei coloris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 582.
Hyacinthus ſtellatus, cinerei coloris. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 184.
Ornithogalum ſpicatum cinereum. *Tournef. inſt.* 380.
Creſcit. . . .

5. SCILLA radice ſolida, floribus erectis paucis.
Hyacinthus ſtellaris bifolius germanicus. *Bauh. pin.* 45. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 117.
Hyacinthus ſtellatus bifolius & trifolius vernus dumetorum, flore cæruleo & albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 579.
Hyacinthus ſtellaris germanicus præcox bifolius, & Hyacinthus ſtellaris præcox trifolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 374. *ſ.* 4. *t* 12 *f.* 15.
Hyacinthus parvus ſtellatus vernus. *Beſl. eyſt.* 1. *p.* 37.
Ornithogalum bifolium germanicum cæruleum. *Tournef. inſt.* 380.
α Ornithogalum trifolium germanicum, flore ſaturate cæruleo. *T.*

β Ornithogalum bifolium germanicum, flore carneo. *T.*

γ Ornithogalum bifolium germanicum, flore ex albido. *T.*

Creſcit in inſula Bardeſeja *circa Cambriam copioſe; circa* Genevam, Monſpelium *&* Blæſas, *inque multis Germaniæ campis juxta ſepes.*

ORNITHOGALUM. *g. pl.* 271.

1. ORNITHOGALUM fructificationibus ſecundis in ſcapo pendulis, ſtaminibus omnibus latis emarginatis.
Ornithogalum exoticum, magno flore, minore innato. *Bauh. pin.* 70. *Tournef. inſt.* 379. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 143.
Ornithogalum exoticum ſeu neapolitanum, flore minore majori innato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 379. *ſ.* 4. *t.* 13. *f.* 8.
Ornithogalum neapolitanum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 631. *Beſl. eyſt.* 1. *p.* 42. *f.* 1. *Cluſ. app.* 2. *p.* 9. *deſcr. fig.*
α Ornithogalum neapolitanum, flore pendente priori valde affine, ſi non idem. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 380. *ſ.* 4. *t.* 13. *f.* 9.
Creſcit in agro Neapolitano *frequentiſſima.*
Filamenta in hac ſpecie lata ſunt & conniventia in formam ovato-campanulatam, emarginata, germenque includentia, colorata, proin a Botanicis, qui partes florum non intellexere, flore flori innato ſeu duplicato creditum eſt.

2. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapum longe ſuperantibus, filamentis alternis emarginatis.
Ornithogalum umbellatum minus candidum vulgare. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 378.
Ornithogalum vulgare & verius, majus & minus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 630.
Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *Bauh. pin.* 70. *Boerh. lugdb. p.* 142.
Ornithogalum dodonæi ſeu Bulbus leucanthemus *Dalech. hiſt.* 1582.
Ornithogalum. *Cæſalp. ſyſt.* 405.
Bulbus leucanthemus minor, ſive Ornithogalum. *Dod. pempt.* 221.
Bulbus ſoliſequius. *Tabern. hiſt.*
Eliocarmos. *Reneal. ſpec.* 88.
Creſcit in pratis circa Dresdam *ad* Albim *fluvium; in Italia prope* Patavium *& juxta* Villamnovam; *circa* Lugdunum *in* Gallia; *imo & per maximam partem* Germaniæ.

3. ORNITHOGALUM ſcapo diphyllo pedunculis ſimplicibus terminatricibus, filamentis omnibus ſubulatis.
Ornithogalum luteum. *Bauh. pin.* 71. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 142. *Dalech. hiſt.* 1583.
Stellaris arvenſis, flore luteo umbellato. *Dill. gen.* 110. *giſſ.* 38.
Bulbus ſylveſtris fuchſii, flore luteo, ſive Ornithogalum luteum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 623.
Bulbus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 222.
Creſcit in agris, hortis oleraceis & umbroſis frequens per Sueciam, Germaniam, Belgium, Galliam.

CONVALLARIA. *g. pl.* 272.

1. CONVALLARIA ſcapo nudo. *Flor. lapp.* 112.
Majanthemum flore albo ſimplici. *Siegesb. monogr.* 8.
Liliago. *Vaill. pariſ.* 116.
Lilium convallium. *Cæſalp. ſyſt.* 224. *Dod. pempt.* 205. *Dalech. hiſt.* 838.
Lilium convallium vulgo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 531. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 539. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 1.
Lilium convallium album. *Bauh. pin.* 304. *Tournef. inſt.* 77. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 64.
α Lilium convallium flore rubente. *Bauh. pin.* 304.
β Lilium convallium alpinum. *Bauh. pin.* 304.
γ Lilium convallium latifolium. *Bauh. pin.* 304.
δ Lilium conv. latif. flore pleno variegato. *Tournef.*
ε Lilium convallium anguſtifolium. *Tournef.*
ζ Lilium convallium cum pluribus florum ordinibus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 533.
Creſcit in pratis montoſis & frigidioribus Germaniæ, Angliæ, Hungariæ, Daniæ, *omnium autem copioſiſſime in* Suecia, *rarius in* Lapponia.

2. CONVALLARIA foliis alternis, floribus ex alis.
Fraſſinella *Cæſalp. ſyſt.* 224.
α Polygonatum latifolium vulgare. *Bauh. pin.* 303. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 537. *Tournef. inſt.* 78. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 63.
Polygonatum vulgatius. *Beſl. eyſt. vern.* 89. *f.* 2.
Polygonatum, vulgo Sigillum Salomonis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 529.
β Polygonatum latifolium maximum. *Bauh. pin.* 303.
Polygonatum majus vulgari ſimile *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 529.
Polygonatum latifolium 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 275.

γ Po-

γ Polygonatum latifolium, hellebori albi foliis. *Bauh. pin.* 303.
Polygonatum amplitudinis foliorum ellebori albi. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 530.
δ Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 529.
Polygonatum latifolium, flore majore odoro. *Bauh. pin.* 303.
Polygonatum latifolium 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 276.
ε Polygonatum humile anglicum. *Raj. ſyn.* 263.
Creſcit in præcipitiis montium nemoroſis & ſepibus ſecluſis a boum devaſtatione ante mediam æſtatem in regionibus frigidiis, uti Auſtriæ, Angliæ, Germaniæ & Sueciæ.
Varietates hæ α. β. γ. δ. ε. ſatis manifeſtæ & evidentes ſunt, ſpecie tamen non diſtinctas eſſe docuit attenta inſpectio partium & attributorum in loco natali. Diſtinguat itaque eas qui velit, ego convictus ſum quod ſpecie diſtingui non debeant, licet pedunculi in aliis uniflori, in aliis multiflori ſint.

3. CONVALLARIA foliis verticillatis. *Fl. lapp.* 114.
Polygonatum anguſtifolium non ramoſum. *Bauh. pin.* 303. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 538. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 14. *Tournef. inſt.* 78. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 64.
Polygonatum anguſtifolium. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 531. *Dalech. hiſt.* 1623.
Polygonatum 5 ſive anguſtifolium 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 277.
Polygonatum alterum. *Dod. pempt.* 345.
α Polygonatum anguſtifolium ramoſum. *Bauh. pin.* 304. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 531. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 538. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 15.
Polygonatum 6 ſive anguſtifolium 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 277.
Creſcit in montibus & præcipitiis Scaniæ *in* Suecia, *juxta acidulas* Spadenſes, *in Sylvis* Salevæ *prope Genevam, in Saltibus* Harcyniæ, *ad latera alpium* Lapponicarum *a parte Finmarkiæ norvegicæ At α in* Sileſia *inventa fuit.*

4. CONVALLARIA foliis alternis, racemo terminatrici.
Polygonatum racemoſum. *Corn. canad.* 36. *t.* 37.
Polygonatum ramoſum & racemoſum ſpicatum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 537. *ſ.* 13. *t.* 4. *f.* 9.
Lilium convallium virginianum, polygonati foliis, racemoſum. *Herm. lugdb.* 376.
Smilax aſpera racemoſa, polygonati folio. *Tournef. inſt.* 645. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 64.
α Polygonatum racemoſum americanum, ellebori albi foliis ampliſſimis. *Pluk. alm.* 301. *t.* 311. *f.* 2.
Creſcit in Virginia *aliisque americæ partibus.*

5. CONVALLARIA foliis cordatis. *Fl. lapp.* 113.
Monophyllon. *Raj. hiſt.* 668.
Unifolium. *Rupp. jen.* 82 *Dill. gen.* 138. *Dod. pempt.* 205. *Dalech. hiſt.* 1260.
Unifolium ſive Ophris unifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 534.
Lilium Convallium minus. *Baub. pin.* 304. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 539. *ſ.* 13. *t.* 4 *f.* 7.
Smilax unifolia humillima. *Tournef. inſt.* 654. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 64.
Gramen parnaſſi. *Dalech. hiſt* 423.
Creſcit in pratis depreſſis nemoroſis ſterilioribus Belgii, Germaniæ, Daniæ, Sueciæ, Lapponiæ, *nullibi tamen frequentior obſervata quam in pratis* Angermanniæ.
Hæc ſpecies unicam tertiam partem numeri in fructificatione excludit; vide Fl. lapp. §. 113. *B.*

HYACINTHUS. *g. pl.* 273.

1. HYACINTHUS corollis campanulatis ſexpartitis.
Hyacinthus oblongo flore. Spec. 1 — 10. *Bauh. pin.* 44.
Hyacinthus. ſpec: 1 — 18. *Tournef. inſt.* 344.
Hyacinthus. ſpec: 1 — 6. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 111.
Hyacinthus anglicus ſeu belgicus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 586.
Hyacinthus major, cæruleo oblongo pendulo flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 373. *ſ.* 4. *t.* 11. *f.* 8.
Hyacinthus hiſpanicus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 176.
Hyacinthus non ſcriptus. *Dod. pempt.* 216.
Creſcit in ſylvis & dumetis Angliæ; *in marginibus agrorum* Hiſpaniæ & G. Narbonenſis; *juxta vias in agro* Pedemontano *Italiæ.*
Hujus corollæ uſque ad baſin ſexpartitæ ſunt, nullo tubo inſtructæ; unde affinitas ſumma Scillæ cum Hyacinthis patet, proin nullo modo abſurdi dicendi, qui Scillæ ſpecies ad Hyacinthos retulere.

2. HYACINTHUS corollis infundibuliformibus ſemi-ſexfidis, baſi ventricoſis.
Hyacinthus orientalis. ſpecies 1 — 15, & flore pleno 1 — 3. *Bauh. pin.* 44.
Hyacinthi ſpecies 20 — 63. *Tournef. inſt.* 345.
Hyacinthi ſpecies 15 — 58. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 113.
Hyacinthus orientalis. ſpec: 10 — 14. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 474. *ſ.* 4. *t.* 11. *f.* 10 — 13.
Hyacinthus orientalis major & minor. *Dod. pempt.* 216.
Creſcit in Aſia, Africa, *&c.*

Vix datur flos qui culturæ leges aptius ſubit, cultiorque redditur hocce, hinc hodie apud Harlemenſes Antophilos Florum Regina celebratur; demta cultura ſenſim ſylveſtres mores recipit; noſtrum non eſt falces agris Hyacinthophilorum inferre, proin varietates eorum ipſis ſolis relinquimus.

Obſervandum in hoc genere tot dari corollarum differentes figuras, quot diſtinctæ ſpecies ſunt.

3. HYACINTHUS corollis ovatis.
Hyacinthus racemoſus moſchatus. *Bauh. pin.* 43.
Hyacinthus racemoſus & botryoides major; ſeu Muſcari majus, obſoleto albo flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 372. *ſ.* 4. *t.* 11. *f.* 6, 7.
Hyacinthus odoratiſſimus, dictus Tibcadi & Muſcari. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 578.
Hyacinthus ſpurius recentiorum alter. *Dod. pempt.* 217.
Muſcari obſoletiori flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 178. *Tournef. inſt.* 348. ex purpura virente. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 114.
Dipcadi chalcedonicum. *Dalech. hiſt.* 1513.
α Muſcari flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 189.
Hyacinthus racemoſus moſchatus luteus. *Bauh. pin.* 43.
Creſcit in hortis Conſtantinopoli vicinis, ultra Boſporum in Aſia ſitis, unde primum in Europam tranſlata fuit planta.

4. HYACINTHUS corollis globoſis.
Hyacinthus racemoſus minor juncifolius. *Bauh. pin* 43.
Hyacinthus racemoſus. *Dod. pempt.* 217.
Hyacinthus botryoides 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 181.
Hyacinthus comoſus minor, Bulbine plinii. *Dalech. hiſt.* 1511.
Hyacinthus vernus botryoides minor cæruleus, anguſtioribus foliis, odoratus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 571.
Muſcari arvenſe juncifolium cæruleum minus. *Tournef. inſt.* 348. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 115.
Bulbus ſylveſtris, quibusdam Hyacinthus ſylveſtris. *Cæſalp. ſyſt.* 401.
α Muſcari arvenſe juncifolium exalbidum minus. *Tournef.*
β Muſcari arvenſe juncifolium carneum minus. *T.*
γ Muſcari cæruleum majus. *Tournef. inſt.* 347.
Hyacinthus racemoſus cæruleus major. *Bauh pin.* 42.
δ Muſcari flore albo. *Tournef.*
Creſcit in agrorum marginibus & ſecundum vias in Hiſpania, Gallia Narbonenſi, *in agro* Pedemontano *Italiæ*, γ. δ. *vero præſertim* Montbelgardi.

5. HYACINTHUS floribus paniculatis monſtroſis.
Hyacinthus panicula cærulea. *Bauh. pin.* 42.
Hyacinthus panicula comoſa purpureo-violacea. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 115.
Hyacinthus comoſus panicula cærulea. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 371. *ſ.* 4. *t.* 11. *f.* 2.
Hyacinthus ſanneſius, panicula comoſa. *Col. ecphr.* 2. *p.* 12.
Hyacinthus pennatus ſive comoſus ramoſus elegantior. *Raj. hiſt.* 1163.
Creſcit (ut fertur) in agro Papienſi *& juxta* Boran *in Gallia.*
Nullum florem magis monſtroſum me vidiſſe fateor, hinc nec de genere, nec ſpecie certus. Monſtroſa eſt planta, quænam ideo mater ſit me neſcire fateor, cum nulla pars fructificationis ſana perſiſtat.

POLYANTHES. *g. pl.* 279.

1. POLYANTHES floribus alternis.
Hyacinthus indicus tuberoſus, flore hyacinthi orientalis. *Bauh. pin.* 47. *Tournef. inſt.* 347. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 114.
Hyacinthus indicus, tuberoſa radice. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 176. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 588. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 376. *ſ.* 4. *t.* 12. *f.* 22.
α Hyacinthus indicus tuberoſus, flore pleno. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 114.
Creſcit in India Orientali. *vide Plum. gen.* 35.

2. POLYANTHES floribus umbellatis.
Hyacinthus africanus tuberoſus, flore cæruleo umbellato. *Breyn. prod.* 1. *p.* 39. *Comm. hort.* 2. *p.* 133. *t.* 67. *Seb. theſ.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 4.
Hyacintho affinis africana, tuberoſa radice, umbellata cærulea inodora. *Herm. lugdb.* 327. *Pluk. phyt.* 195. *f.* 1.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.

CRI-

CRINUM. *g. pl.* 275.

1. CRINUM.
Lilio-asphodelus americanus sempervirens maximus polyanthus albus. *Comm. rar.* 14. *t.* 14. *Dill. eltb.* 194. *t.* 160. *f.* 195.
α Lilio-asphodelus americanus sempervirens minor albus. *Comm. rar.* 15. *t.* 5.
Crescit in America.
Apices petalorum unco seu appendiculo instructi fuere, exacte ut in Comm. rar. tab. 15. *exhibentur, quotiescunque eundem florentem vidimus.*
Crinum seu Crinon synonymon antiquum a Theophrasto Lilio impositum, in Lilii genere superfluum, eo itaque utimur ad designandum hocce genus, ab aliis notis distinctum.

HÆMANTHUS. *g. pl.* 276.

1. HÆMANTHUS foliis obtusis basi truncatis.
Hæmanthus africanus. *Herm. lugdb.* 306. *Comm. hort.* 2. *p.* 127. *f.* 64. *Tournef. inst.* 657. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 149.
Lilium indicum puniceum, gemino latiore folio. *Morif. hist.* 2. *p.* 410. *s.* 4. *t.* 21. *f.* 16.
Lilionarcissus indicus polystemius seu stamineus, Squalioso italis. *Barr. rar. t.* 1041.
Lilionarcissus africanus, gemino latiori folio humi strato, floribus puniceis. *Pluk. alm.* 220.
Narcissus indicus serpentarius. *Hern. mex.* 885. 899. *Raj hist.* 1127.
Tulipa promontorii bonæ spei. *Staph. theophr.* 334.
Crescit ad Caput bonæ spei.

2. HÆMANTHUS foliis lanceolatis.
Hæmanthus colchici foliis, perianthio herbaceo. *Dill elth.* 167. *t.* 140. *f.* 2.
Hæmanthus zeylanicus polyphyllos, caule maculato commelini. *Till. pis.* 79.
Dracunculoides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 266.
Hyacintho affinis atricana, bulbosa radice, caule elegantissime maculato, foliis Colchici latissimis, floribus coccineis hexapetalis umbellatis. *Kigg. beaum.* 24. *Seb. thesaur.* 1. *p.* 20. *t.* 12. *f.* 1, 2, 3.
Orchis seu Satyrium e guinea. *Swert. flor.* 1. *p.* 62. *f.* 3. *Morif. hist.* 3. *p.* 491. *s.* 12. *t.* 12. *f.* 11.
Crescit in Africa.
Hæc omnino baccifera est, de antecedenti nil certi scio, utpote quæ fructum apud nos non maturavit.

TRADESCANTIA. *g. pl.* 277.

1. TRADESCANTIA.
Tradescantia sive Ephemerum virginianum. *Rupp. jen.* 48.
Ephemerum virginianum joh. tradescanti. *Pluk. alm.* 134.
Ephemerum virginianum, flore cæruleo minori. *Tournef. inst.* 368. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 133.
Ephemerum phalangoides tripetalon non repens virginianum gramineum, flore cæruleo minore. *Morif. hist.* 3. *p.* 606. *s.* 15. *t.* 2. *f.* 4.
Phalangium virginianum tradescanti. *Raj. hist.* 1193.
Allium sive Moly virginianum. *Bauh. pin.* 516.
Moly s. Phalangium virginianum. *Rudb. elys.* 2. *p.* 166.
α Ephemerum virginianum, flore cæruleo majori. *Tournef.*
Crescit in Virginia, *unde eandem habuit* JOH. TRADESCANT, *Musæo proprio clarus; a quo hanc plantam dixit* Ruppius.
Variat immense magnitudine & colore corollæ, unde species octo priores apud Tournefortium varietates sunt, nec distinctæ species.

ASPHODELUS. *g. pl.* 278.

1 ASPHODELUS caule simplici folioso, foliis trigonis fistulosis.
Asphodelus luteus & flore & radice. *Bauh. pin.* 110. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 110.
Asphodelus luteus. *Dod. pempt.* 208. *fig. flor. bona, plantæ mala. Bauh. hist.* 2. *p.* 632. *fig. bon. Cæsalp. syst.* 416.
Asphodelus, folio fistuloso striato, non ramosus luteus & flore & radice. *Morif. hist.* 2. *p.* 331. *s.* 4. *t.* 1. *f.* 6.
Crescit in Sicilia *ad promontorium Pachynum & alibi.*

2. ASPHODELUS caule nudo, foliis laxis.
Asphodelus albus ramosus mas. *Bauh. pin.* 28. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 110.
Asphodelus albus ramosus. *Morif. hist.* 2 *p.* 330. *s.* 4. *t.* 1. *f.* 1.
Asphodelus major, flore albo, ramosus & non ramosus. *Bauh. hist.* 2. *p.* 624.
Asphodelus 1. *Clus. hist.* 1. *p.* 196.

Aſphodelus, caule ramoſo, maritimus mas. *Cæſalp. ſyſt.* 415.
α Aſphodelus albus non ramoſus. *Bauh. pin.* 28. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 331. *ſ.* 4. *t.* 1. *f.* 2.
Aſphodelus albus. *Dod. pempt.* 206.
Aſphodelus 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 197.
Aſphodelus caule ſimplici in alpibus. *Cæſalp. ſyſt.* 415.
β Aſphodelus purpuraſcens, foliis variegatis. *Bauh. pin.* 28.
Creſcit in montibus Meſſanæ, *in collibus ſaxoſis* Monſpelii, *in* Luſitania, Hiſpania, Gallia Narbonenſi.
Varietates α & β ſpecie a naturali planta non differre monent J. Bauhinus, Moriſonus & Rajus.

HEMEROCALLIS. *g. pl.* 279.

1. HEMEROCALLIS radice tuberoſa, corollis monopetalis.
α Lilio-aſphodelus luteo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 137.
Lilio-aſphodelus luteus. *Raj. hiſt.* 1191. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 110.
Liliago minor. *Cæſalp. ſyſt.* 416.
Lilium, aſphodeli radice, luteum, ſive Lilio-Aſphodelus quorundam, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 700.
Lilium luteum, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 80. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 412. *ſ.* 4. *t.* 21. *f.* 1.
Lilium non bulboſum. *Dod. pempt.* 204.
β Lilio aſphodelus puniceus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 137.
Liliago major. *Cæſalp. ſyſt.* 416.
Lilium, radice aſphodeli, phœniceum ſive Lilio-aſphodelus quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 701.
Lilium rubrum, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 80. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 412. *ſ.* 4. *t.* 21. *f.* 3.
Creſcit α *in* Ungaria *in pratis uliginoſis prope oppidulum* Nemethwywar; *de alterius* β *loco nil ſcimus.*
Differunt α & β magnitudine & colore corollarum admodum manifeſte, ſpecie autem eas ſeparare mihi licet antequam viderim notam aliquam in numero, figura, ſitu vel proportione diverſam his intercedere F. B. 282. *cum magnitudo F. B.* 260. *& color florum F. B.* 266. *differentias nunquam conſtituant.*
Hemerocallis Theoph. Dioſcor. Plin. a plurimis hujus plantæ apud veteres nomen creditur, cum flos noctu, veſperi vel mane explicetur, meridiano die contabeſcat. Hocce itaque nomine F. B. 241, 242, 244. *utor ad deſignandum Lilio-aſphodelum, cujus nomen conſarcinatum eſt. F. B.* 222. *Videntur & ſpecies iſtæ a Feuilleo ſub eodem nomine generico pictæ ejusdem eſſe generis.*

2. HEMEROCALLIS, radice tuberoſa, corollis hexapetalis.
Liliaſtrum alpinum minus. *Tournef. inſt.* 369. *Boerh. lugdb.* 2. *p* 134.
Aſphodelus allobrogicus, magno flore lilii. *Herm. lugdb.* 65. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 110.
Phalangium flore lilii. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 636.
Phalangium magno flore. *Bauh. pin.* 29.
Phalangium allobrogicum, magno flore, ſeu flore lilii. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 333. *ſ.* 4. *t.* 1. *f.* 8.
Phalangium allobrogicum majus. *Cluſ. app. alt.*
Creſcit in Alpibus Allobrogicis *prope maximum Carthuſianorum cœnobium*, Rheticis *in pratis montis ſeptimi Burmii*, & Genevæ *in monte* Thuïri.
Obſ. In hac ſpecie germen intra corollam ſeu ſupra receptaculum floris ſitum eſt, hinc corolla hexapetala; in antecedenti germen intra tubum floris, hinc corolla baſi coalita ſeu monopetala eſt, has tamen genere diſtingui debere nullus prætendat, qui attributa generis propria conſiderat.

BURMANNIA. *g. pl.* 284.

1. BURMANNIA ſpica duplici.
Burmannia ſpica gemina Linnæi. *Burm. zeyl.* 50 *t.* 20. *f.* 1.
Planta zeylanica aquatica, lato & brevi gramineo folio, floribus cæruleis minimis, capſulis ventricoſis. *Raj. app.* 559.
Creſcit in Zeylona, *locis ſubhumidis & pratis paludoſis.*
Dixi plantam hanc Zeylanicam ſpica germinata a JOHANNE BURMANNO, *Profeſſore Botanices Amſtelodamenſium, claro ex* Theſauro Zeylanico, *in quo plantas ab* Hermanno *Collectas, ſummo ſtudio & doctrina non mediocri elaboravit & publici juris nuper fecit, ut plantarum Zeylanenſium hiſtoria, antea maxime obſcura, Clariſſimi Burmanni ſolius cura ab interitu vindicata ſit. Aggreditur Clariſſimus vir immenſum opus* HERBARIUM AMBONICUM, *poſthumum* G. E. Rumpfii, *diu deſideratiſſimum, quod ſi abſolvat publicetque, omnium Botanicorum animos devinctiſſimos promeruerit.*
Species congener Burmannia flore duplici *in Virginia creſcit.*

RHE-

RENEALMIA. *g. pl.* 853.

1. RENEALMIA filiformis intorta.
Cuſcuta ramis arborum innaſens caroliniana, filamentis lanugine tectis. *Pluk. alm.* 126. *t.* 26. *f.* 5.
Cuſcuta americana, ſuper arbores ſe diffundens. *Raj. hiſt.* 1904.
Viſcum caryophylloides tenuiſſimum, e ramulis arborum muſci in modum dependens, foliis pruinæ inſtar candicantibus, flore tripetalo, ſemine filamentoſo. *Sloan. flor.* 77. *hiſt.* 1. *p.* 191. *t.* 122. *f.* 2, 3. *Raj. app.* 406.
Camanbaga. *Marcgr. braſ.* 46.
Creſcit muſci inſtar vel lichenis ex arboribus per maximam partem Americæ, uti in Carolina, Braſilia, Jamaica, *&c.*

TILLANDSIA. *g. pl.* 283.

1. TILLANDSIA foliis baſi conniventibus ſimul in utriculum.
Viſcum caryophylloides maximum, flore tripetalo pallide luteo, ſemine filamentoſo. *Sloan. flor.* 76. *hiſt.* 1. *p.* 188. *Raj. app.* 405.
Viſcum indicum aliud. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 95.
Viſci modo arboribus indicis adnaſcens. *Bauh. pin.* 423.
Peruviana alia facie, arboribus item innaſcens. *Dalech. hiſt.* 1829.
Creſcit in truncis & ramis arborum frequens per Americam *calidiorem.*
Folia prope radicem arcte connivent & paulo ſupra baſin coarctantur, adeoque utriculum conſtituunt in quem pluvia foliis patentibus incidens defluat & colligatur; collecta aqua ſervatur nec facile evolat evaporatque, cum utriculus ſuperne anguſtatus ſit. Hæc aqua præterquam quod plantæ conveniat & avibus, inſectis & hominibus peregrinantibus urgente ſiti, nec præſente alia aqua, potum ſubminiſtrat optimum in iſtis, ubi creſcit, oris.
Caraguata nomen Plumieri americanum & barbarum eſt, in cujus locum ſubſtitui memoriam ELIÆ TILLANDSII, *primi, & unici Botanici, qui quondam in Finlandia floruit.*

BROMELIA. *g. pl.* 282.

1. BROMELIA foliis aculeatis, caule racemo laxo terminatrici.
Bromelia pyramidata, aculeis nigris. *Plum. gen.* 46.
Ananas americana ſylveſtris altera minor barbados, & inſulæ jamaicæ noſtratibus colonis Pinguin dicta. *Pluk. alm.* 29. *t.* 258. *f.* 4. *Boerh lugdb.* 2. *p.* 82.
Pinguin. *Dill. elth.* 320. *t.* 240. *f.* 311.
Caraguata-acanga. *Sloan. flor.* 118. *hiſt.* 1. *p.* 248.
Creſcit in Jamaica *& aliis calidioribus Americæ partibus.*

2. BROMELIA foliis ſpinoſis, fructibus coalitis caulem cingentibus.
Carduus braſilianus, foliis aloës. *Bauh. pin.* 384.
Carduo affinis ſive braſiliana, Ananas dicta. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 171. *ſ.* 7. *t.* 37. *f.* 1.
Ananas Acoſtæ, Piſonis, ſeu carduus braſilianus, foliis aloës. C. B. *Comm. hort.* 1. *p.* 109. *t.* 57.
Ananas Acoſtæ. *Dalech. app.* 12. *Sloan. flor.* 77.
Ananas. *Piſ. braſ.* 87. *Mer. ſur.* 1. *t.* 1, 2.
Ananas aculeatus, fructu ovato, carne albida. *Plum. ſpec.* 20. *Tournef. inſt.* 653.
Nana Braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 33. *Raj. hiſt.* 1332.
Nana ſive Strobilus peruvianus & Ananas. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 94.
Kapa-Tſiakka. *Rheed. mal.* 11. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1, 2.
Matzatli ſeu Pinea indica. *Hern. mex.* 311.
α Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurea. *Tournef. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 83.
β Ananas aculeatus, fructu conico, carne aurea. *Plum. ſpec.* 20.
γ Ananas lucide virens, folio vix ſerrato. *Dill. elth.* 25. *t.* 21 & 22.
δ Ananas non aculeatus, Pitta dictus. *Plum. ſpec.* 20.
Creſcit in Hiatina *inſula, in* nova Hiſpania, *in* Surinama *& aliis calidis Americæ locis montoſis. In* Indiam orientalem *ex America delata eſt.*
Cultura hujus hoc tempore, in Belgio, præ reliquarum exercet Hortulanos, qui Myſteriis tument, non cuivis revelandis. Puto in his, ut in aliis Americæ calidæ plantis fovendis, ſummum artificium conſiſtere in affundendo aquam; qui enim obſervat certo anni tempore calorem ſummum, abſque pluvia vel maxime ſiccum, vexare plantas in calidis regionibus & hoc idem imitaretur in plantis per hyemem hypocauſtum intrantibus, poſt longam ſcilicet ſitim ſufficientem præberet potum, videretur mihi culturam naturalem magna ex parte didiciſſe.
Fructus hujus vinoſus eſt & ſi quis alius ſapidiſſimus, ſtructuraque & ſitu ſingularis. Flores enim plurimi undique caulem cingunt ſeſſiles & approximati, qui Calyce florent tripartito, germini inſidente, acuto, vix dehiſcente, perſiſtente, accreſcente, connivente: Petala

tria ſunt, baſi ab initio fere connexa, oblonga, calyce breviora, marceſcentia; Stamina ſex, ſubulata, quorum alterna unguibus & baſi corollæ inſerta, perſiſtentia; Stylus ſimplex, longitudine ſtaminum; Matureſcente fructu in unum corpus coaleſcunt & flores & bracteæ & caulis, maturæque ſimul comeduntur partes prædictæ omnes.

Abſoluta floreſcentia ſtolones emittit mater, & decidua ſuperior caulis pars, coronæ inſtar fructum & caulem terminans, exſiccata parum, terræque prægnanti commiſſa, radices agit, citiusque adoleſcit.

Plumier qui hujus generis plantas ſuis circumſcribere adgreſſus eſt characteribus, ex hoc uno, tria diſtincta proponit genera, Ananam, Karatam *&* Bromeliam. *Cumque extra dubium poſitum videtur hæc tria conjungi debere, debent & nomina.* Ananas *&* Karatas *ut &* Pinguin *ſunt nomina barbara, adeoque excludenda, retineo itaque ſynonymon unicum F. B.* 244. 238 *quod ſupereſt ab* Ol. Bromelio, *qui primus inter Suecos plantas inſignire ſynonymis adgreſſus eſt. Floraqae Gothica & Lupulologia inclaruit.*

Yucca. *g. pl.* 281.

1. Yucca foliorum margine integerrimo.
   Yucca foliis aloës *Bauh. pin.* 91. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 419. *ſ.* 4. *t.* 23. *f.* 1. *vitiata. Dill. gen.* 111. *Pont. anth.* 296. *t.* 6. *f. n.*
   Yucca foliis aloës. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 132.
   Yucca indica, foliis aloës, flore albo. *Barr. rar.* 70. *t.* 1194.
   Yucca ſive Yucca peruana. *Raj. hiſt.* 1201.
   Creſcit in Americæ plurimis locis, ut in Canada, Peru, *&c.*

2. Yucca foliorum margine crenulato.
   α Yucca arboreſcens, foliis rigidioribus rectis ſerratis. *Dill. elth.* 435. *t.* 323. *f.* 416.
   Aloë yuccæ foliis. *Sloan flor.* 118. *hiſt.* 1. *p.* 249.
   Aloë, yuccæ foliis, cauleſcens ex vera cruce. *Pluk. alm.* 19. *t.* 256. *f.* 4.
   Aloë americana, yuccæ folio, arboreſcens. *Kigg. beaum.* 5. *Comm. præl.* 64. *t.* 14. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 131. *n.* 45.
   β Yucca draconis folio ſerrato reflexo. *Dill. elth.* 437. *t.* 324. *f.* 417.
   Aloë americana, draconis folio ſerrato. *Comm. præl.* 42. 67. *t.* 16. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 129. *n.* 11.
   Draconi arbori affinis americana. *Bauh. pin.* 506.
   Tacori folia Draconis arboris ſimilia. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 405.
   Tacori Kayana & Wiapack naſcentia folia. *Cluſ. exot.* 48.
   Creſcit α *in* Vera Cruce, Jamaica, *variisque aliis Americæ partibus, locis campeſtribus & ſylvoſis.*
   Differt quidem β *manifeſte foliis anguſtioribus & longioribus ab* α, *ſpecie itaque diſtinguat, qui aliquam in flore obſervat differentiam realem, quam folia non ſubminiſtrant; De fructificatione enim nulla ad nos pervenit notitia.*

Aloe. *g. pl.* 280.

1. Aloe foliis lanceolatis dentatis ſpina cartilaginea terminatis radicalibus.
   Aloë folio in oblongum aculeum abeunte. *Bauh. pin.* 286. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 415. *ſ.* 4. *t.* 22. *f.* 2, 3.
   Aloë ſecunda ſeu folio in oblongum aculeum abeunte. *Sloan flor.* 117.
   Aloë mucronato folio, americana major. *Munt. icon.* 91.
   Aloë americana muricata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 701. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 129. *n.* 5.
   Aloë americana. *Beſl. eyſt. aut.* 38.
   Aloë ex america. *Dod. pempt.* 359. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 160.
   Aloes alterum genus ex india occidentali. *Cæſalp. ſyſt.* 418.
   Caraguata Guacu. *Marcgr. braſ.* 87.
   α Aloë americana ex vera cruce, foliis latioribus & glaucis. *Comm. hort.* 2. *p.* 31. *t.* 16.
   Creſcit in ſterilioribus, aridioribus & ſaxoſis collibus Americæ, Jamaicæ *& aliorum.*
   Differt varietas α *foliis tenuioribus minus carnoſis; facies tamen eandem eſſe plantam docet, licet flores a nobis viſi non ſint.*
   Sero admodum apud nos floret, quod dum fiat, quam citiſſime ſcapum, cum ſumma ſæpe arbore certantem promit; flores dum explicat ſpectatores tamquam ad portentum infinitos allicit, at abſoluto brevi gaudio perit planta radicitus.
   Scapus huic arboris magnitudine, ramoſiſſimus, floribus confertis ſurſum verſis: Corolla campanulata, ad tres quartas partes ſexfida, erecta. Filamenta ſtaminum corollâ longiora, Antheris longis linearibus. Germen infra receptaculum floris.

2. Aloe foliis ſpinoſis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis.
   α Aloë vulgaris. *Bauh. pin.* 386. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 414. *ſ.* 4. *t.* 22. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 128. *n.* 1.
   Aloë vera vulgaris. *Munt. icon.* 96.
   Aloë. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 696. *Dod.* 359. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 160. *Beſl. eyſt. aut.* 37.

Aloë peregrina. *Cæſalp. Jyſt.* 417.
Aloë dioſcoridis & aliorum. *Sloan. flor.* 119.
Kadanaku vel Catevala. *Rheed. mal.* 11. *p.* 7. *f.* 3.
Caraguata ſeu Ervabatoſa *Marcgr. braſ.* 37.
β Aloë vera minor. *Munt. aloed.* 2. *f.* 21 *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 129. *n.* 3.
Aloë americana minor, foliis per margines frequentiſſimis & molliuſculis ſpinis armatis. *Herm. lugdb.* 16.
Aloë americana, ananæ floribus ſuave rubentibus. *Pluk. alm.* 19. *t.* 240. *f.* 4.
Aloë ſuccotrina anguſtifolia ſpinoſa, flore purpureo. *Breyn. prod.* 2. *p.* 12. *Comm. hort.* 1 *p.* 91. *f* 48.
Creſcit α. β. in campis aridis & ſaxoſis utriusque Indiæ, uti Jamaica, Barbados, Caribæis, Braſilia, Malabaria, *inſula* Succotra, Terra Sancta, *&c.*
Ex hac ſpecie Aloës ſuccus officinarum paratur.
Species hæc plurima cum ſequenti habet communia.
Cum has α. β. florentes non examinaverim, an ſpecie differant difficile eſt determinatu; a facie tamen conjunctionem poſtulant. Beſlerus flores præcedentis (α) in ſcapo ramoſo pingit, Commelinus vero poſterioris (β) ſcapo & floribus ſequentis (3) ſimillimos exhibet; fateor & in foliis vix obviam eſſe unicam notam propriam, qua ſpec. 2. a 3 diſtinguere queam, dijudicent itaque qui flores 2. α. β. viderint.

3. ALOE foliis caulinis dentatis amplexicaulibus vaginantibus.
α Aloë africana cauleſcens, foliis magis glaucis caulem amplectentibus & in mucronem obtuſiorem deſinentibus. *Comm. præl.* 68. *t.* 17. *rar.* 44. *t.* 44. *Boerh. lugdb.* 2 *p.* 129 *n.* 13.
β Aloë africana cauleſcens, foliis minus glaucis caulem amplectentibus, dorſi parte ſuprema ſpinoſa. *Comm. præl.* 69. *t.* 18. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 130. *n.* 14.
γ Aloë africana cauleſcens, foliis glaucis caulem amplectentibus latioribus & undique ſpinoſis. *Comm. præl.* 70. *t.* 19. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 130. *n.* 15.
Creſcit per maximam partem Europæ *paſſim in montibus, ſepibus, uliginoſis, nemoroſis.*

RUTA. *g. pl.* 413.

1. RUTA foliis decompoſitis.
Ruta. *Cæſalp. ſyſt.* 578.
α Ruta ſylveſtris minor. *Bauh. pin.* 336. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 200. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 580. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 260.
Ruta ſylveſtris minima. *Dod. pempt.* 120.
Ruta ſylveſtris. *Lob. hiſt.* 507.
Ruta montana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 136.
β Ruta ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 336. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 199. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 507. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 260.
Ruta ſylveſtris graveolens. *Dod. pempt.* 119.
Peganon, Ruta ſylveſtris montana. *Lob. hiſt.* 506.
γ Ruta hortenſis minor tenuifolia. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 507.
Ruta hortenſis altera. *Baub. pin.* 336. *Raj. hiſt.* 874.
δ Ruta hortenſis minor tenuifolia, foliis variegatis argenteis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 260.
ε Ruta chalepenſis tenuifolia, florum petalis villis ſcatentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 509.
ζ Ruta hortenſis latifolia. *Bauh. pin* 336.
Ruta ſativa vel hortenſis. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 197.
Ruta hortenſis major latifolia. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 507. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 261.
Ruta graveolens hortenſis. *Dod. pempt.* 119.

Ruta hortenſis. *Lob. hiſt.* 506.
η Ruta hortenſis latifolia arbuſculæ ſimilis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 260.
ϑ Ruta africana maxima. *Schver. horn.* 24.
Creſcit α *in agris ſterilioribus* Monſpelienſibus & *per totam* Galliam Narbonenſem. β. *In collibus petroſis circa* Nemauſium & *circa* Maſſam *oppidum Hetruriæ.* ε *A nomine indicatur;* ζ *In arenoſis circa* Alexandriam, Caſtellam novam, Madritium & *in* Guadalajaræ *collibus.* ϑ *in* Africa.
Omnes hæ α — ϑ *foliis gaudent duplicato-pinnatis, caule perenni, petalis primorum florum quinis, reliquis quaternis, ad marginem laceris.*

2. RUTA foliis ſimplicibus ſolitariis.
Ruta ſylveſtris linifolia hiſpanica. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 82. *t.* 73. *Barr. rar. t.* 1186. *Tourneſ. inſt.* 257. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 260.
Creſcit in Hiſpaniæ *locis ſterilibus.*
Hæc foliis ſimplicibus, ovatis vel linearibus, ſolitariis; petalis maximis, omnium florum quinis & ſtaminibus decem.
Fructificatione convenit exacte cum Pſeudo-Ruta. Mich. gen. 21. *t.* 19.

GRISLEA. *g. pl.* 857.

1. GRISLEA.
Creſcit in America.
Planta arbor eſt, ramis teretibus; cujus
Folia ovato-lanceolata (figura lauri), oppoſita, integerrima, glabra, nervis alternis, petiolis brevibus. Racemus ramos terminans, ſimplex, extrorſum flexus, longitudine foliorum, cui a baſi ad apicem inſident numeroſi flores pedicellis longitudine calycis, ſurſum uno verſu flexi omnes. Calyces virides, turbinati. Petala vix conſpicua; Stamina erecta, longiſſima, purpurea. Antheræ fulvæ.

PASSERINA. *g. pl.* 856.

1. PASSERINA foliis linearibus.
Thymelæa æthiopica fruticoſa, foliis in longum ſtriatis, ſurculis valde tomentoſis. *Pluk. mant.* 180.
Thymelæa æthiopica, paſſerinæ foliis. *Breyn. cent.* 10. *t.* 6.
Thymelæa tomentoſa, foliis ſedi minoris. *Bauh. pin.* 463.
Sanamunda 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 89. *Barr. rar. t.* 233.
Erica alexandrina italorum. *Lod. hiſt.* 623.
Seſamoides parvum dalech. Sanamunda 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 595.
Creſcit in tractu maritimo, a freto Herculeo ad Pyrenæos *uſque, ego tamen a facie potius eandem Afram agnoſcerem.*
Figuræ & deſcriptiones omnes nugæ ſunt; & ſynonyma proin dubia, excepto primo.
Frutex *Ramis filiformibus, flaccidis, longiſſimis, parum diviſis, minima hirſutie albis.*
Folia ſubulato-linearia, glabra, ſeſſilia, obtuſa, dorſo convexa, oppoſita, erecta, ramis approximata, ramosque fere tegentia, ut quadrangulares videantur cum foliis.
Flos ex ala ſolitarius, tubo ipſis foliis vix longiore, limbo obtuſo.
Maxime omnium variat hæc ſpecies, ut quis facile tot crederet diſtinctas, quot ſpecimina adferuntur ex diverſis regionibus.

2. PASSERINA foliis lanceolatis.
Thymelæa æthiopica, frutex polygoni anguſtiore folio glabro, floribus cum tubulis ex uno calyculo plurimis. *Pluk. mant.* 180.
Sanamunda 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 88. *Lob. hiſt.* 624.
Sanamunda media, anguſto brevique folio. *Barr. rar. t.* 232.
Thymelæa foliis chameleæ minoribus ſubhirſutis. *Bauh. pin.* 463.
Erica africana, ruſci folio. *Seb. theſ.* 2. *p.* 15. *t.* 12. *f.* 9.
Creſcit in regno Granatenſi & Valentino, *apricis & ſole perflatis locis.*
Deſcriptiones & figuræ, hujus ut antecedentis omnes malæ, imperfectæ & nullius valoris ſunt. Eſt enim Frutex ramis nudis, tuberculatis cicatricibus à caſu foliorum. Folia lanceolata, ſtriata, margine villoſa, erecta, ſeſſilia, longioribus duplo geniculis ramorum.
Flos ex alis, tubo foliis longiori, filiformi, villoſo, cinereo: laciniis patentibus, acutis, glabris, umbilico villoſo.
Me hic dubia propoſuiſſe ſynonyma Lectorem moneo, ob figuras & deſcriptiones imperfectas.
Paſſerina dicta fuit a fructu aviculæ capitulum cum ſuo roſtello exprimente, ut loquitur Plukenetius.

PASSERINA foliis linearibus. *Hort. Cliff.* 146. *Sp.* 1.

a *Ramus.*
b *Flos.*
c *Folium florale.*
d *Flos folio obvolutus.*

A *Sinistris eædem partes, sed acta modo e magnitudine.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

DAPHNE. *g. pl.* 311.

1. DAPHNE floribus racemosis lateralibus, foliis lanceolatis integris.
Daphnoides. *Cæsalp. syst.* 150.
Daphnoides sive Laureola. *Dalech. hist.* 211. *Lob. hist.* 200.
Laureola. *Dod. pempt.* 365.
Laureola semper virens, flore luteolo. *Bauh. hist.* 1. *p.* 564.
Laureola semper virens, flore viridi, quibusdam Laureola mas. *Bauh. pin.* 462.
Thymelæa, lauri folio, semper virens seu Laureola mas. *Tournef. inst.* 595. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 213.
Crescit in sylvis & sepibus Angliæ *frequens. In Italia circa* Patavium & *juxta* Balneum Aponense, *in montibus* Burgundicis; *juxta* Rhenum & Mosam *variis in locis.*
Foliis gaudet hyeme virentibus, scapus racemosus ex alis superiorum foliorum prodit tempore autumnali, at vere floret enato supra pedunculos ramo cum foliis, rejectis infimis foliis, ut fructus tandem infra folia collocatus reperiatur.

2. DAPHNE floribus sessilibus infra folia elliptico-lanceolata. *Fl. lapp.* 140.
Laureola, folio deciduo, flore purpureo: officinis Laureola fœmina. *Bauh. pin.* 462.
Laureola folio deciduo; sive Mezereon germanicum. *Bauh. hist.* 1. *p.* 566.
Thymelæa lauri folio deciduo; sive Laureola fœmina. *Tournef. inst.* 595. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 213.
Mesereum germanicum. *Lob. hist.* 199.
Chamelæa germanica. *Dod. pempt.* 364.
a Thymelæa lauri folio deciduo, flore albido, fructu flavescente. *Tournef.*
Crescit in sylvis sterilibus & opacis Germaniæ & Helvetiæ; *in* Allobrogum & Ligurum *montibus sylvosis; in* vallis Anoniæ *montibus Tridentini Agri. In montibus circa* Genevam. *In* Uplandiæ, Scaniæ & Norlandiæ, Sueciæ *sylvis rarius.*
Genus Thymelææ Auctorum apud Afros amplum nimis & diffusum, quam ut commode differentiis distingui queant species, in tria itaque hoc subdividere visum fuit: adeoque
Daphne *gaudet staminibus octo tubo corollæ adnatis intraque eum inclusis, fructu bacca globosa; Folia in hoc genere sparsa sunt.*
Passerina *vero staminibus octo, tubo corollæ insidentibus supraque eum conspicuis, fructu coriaceo acuminato obliquo. Folia in hoc genere opposita sunt.*
Daphne, Lauri synonymum supervacaneum, revocamus ad designandum Laureolæ genus, cum Thymelææ vocabulum sit hybridum. F. B. 224.
Penæa *autem staminibus quatuor, ex incisuris corollæ, Germine quadrangulari, capsula quadriloculari. Folia & in hoc genere opposita sunt. vide pag.* 37.

ERICA. *g. pl.* 312.

1. ERICA foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris erectis, corollis inæqualibus calyce brevioribus.
Erica vulgaris glabra. *Bauh. pin.* 485. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 221.
Erica vulgaris humilis sempervirens, flore purpureo. *Bauh. hist.* 1. *p.* 354.
Erica prior. *Dod. pempt.* 767.
Erica nostras semper virens, flore purpureo & albo. *Seb. thes.* 2. *p.* 14. *t.* 11. *f.* 9.
a Erica vulgaris, flore albo. *Tournef. inst.* 602.
Crescit in sylvis, apricis & sterilibus frequens, præsertim in Suecia & Finlandia, *ut nulla omnino planta in istis regionibus vulgatior sit.*

2. ERICA foliis carnoso-subulatis, floribus terminatricibus calice obtuso colorato involutis.
Ericæ-formis æthiopica, cupressi foliis compressiusculis. *Pluk. alm.* 136. *t.* 279. *f.* 3.
Crescit in Africa.

3. ERICA foliis acerosis obtusis imbricatis, staminibus corolla longioribus.
Erica, foliis corios, multiflora. *Bauh. hist.* 1. *p.* 356. *Raj. syn.* 471. *descr.*
Erica, corios folio secundæ, altera species. *Clus. hist.* 1. *p.* 42.
Erica juniperifolia narbonensis dense fruticans. *Lob. hist.* 620.
Crescit in Gallia Narbonensi & Anglia.

4. ERICA foliis acerosis linearibus patentissimis, corollis ovatis, staminibus brevibus.
Erica africana arborescens tenuifolia, ramis arcte unitis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
Crescit in Africa.
Arbuscula humanæ altitudinis, facie juniperi. Rami tenues, erecti, ramosi. Folia quaterna, setacea, linearia, horizontaliter patula, internodiis ramorum ter quaterve longiora, glabra, fere obtusa, subtus sulco exarata. Flores primo vere ex apicibus ramorum parvi, conferti, propriis pedunculis duabus quatuorve setis notatis, albi, reflexi; Calyx parvus; corolla subrotunda, cum calyce albicans, quadrifida, æqualis, obtusa. Stamina corolla breviora; pistillum corolla longius.

5. ERICA foliis lanceolatis oppoſitis imbricatis, floribus uno verſu racemoſis.
Erica major, floribus ex herbaceo purpureis. *Bauh. pin.* 485.
Erica corios folio 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 42.
Erica foliis corios quaternis, floribus herbaceis, dein ex albo purpuraſcentibus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 356.
Erica major, floribus herbaceis purpuraſcentibus. *Lob. hiſt.* 622.
Creſcit ſupra Ulyſſiponem *ut & circa* Tagum.

6. ERICA foliis linearibus, floribus ex apice ramorum confertis, corollis campanulatis ſubrotundis, foliis brevioribus.
Erica major ſcoparia, foliis deciduis. *Bauh. pin.* 485.
Erica ſcoparia, floſculis herbaceis. *Lob. hiſt.* 622.
Erica corios folio 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 42.
Erica arboreſcens, floribus luteolis vel herbaceis minimis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 356.
Creſcit prope Liburnum *Italiæ*, *in luco* Grammuntio *prope Monſpelium; copioſiſſime omnium in* Hiſpania *&* Aquitania, *ut ſpatioſæ iſtæ ſolitudines ſupra Burdegalam nullum fere aliud contineant virgultum. Creſcit & in* Madera *americæ prope urbem Funchall.*

7. ERICA foliis lineari-ſubulatis ternis oppoſitis, corollis ovatis, calycibus acutis patulis.
Creſcit in Africa.
Folia linearia, fere ſubulata erecta, internodiis quadruplo longiora, terna, glabra. Flores ex alis ſolitarii, pedunculis folio brevioribus, calyce quadripartito longitudine fere corollæ, foliolis lanceolatis. Corolla ſubovata, quadrifido parvo limbo; ſtamina corollâ breviora.

8. ERICA foliis ſubulatis ciliatis quaternis oppoſitis, corollis globoſo-ovatis terminatricibus confertis.
Erica brabantica, folio coridis hirſuto quaterno. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 358.
Erica ex rubro nigricans ſcoparia. *Bauh. pin.* 486.
Erica ſpuria ſive Tetralix *Rupp. jen.* 31.
Creſcit in Ericetis & carectis udis ac paludibus tophoſis, quam in Germania, Suecia, Geldria *prope Harderovicum copioſe legimus.*
Animus fuit omnes Andromedas quæ corollam magnam gerebant & calycem parvum dicere Ericas, cum autem limites inde certi vix ſtatui poſſint, a numero partium fructificationis diſtinguuntur certius.

9. ERICA foliis ſubulatis glabris quinis pluribusve verticillatis, floribus longiſſimis terminatricibus confertis.
Erica africana, abietis folio longiore & tenuiore, floribus oblongis ſaturate rubris. *Raj. dendr.* 98.
Creſcit in Africa, *cujus folia ſicca e viridi cæruleſcunt.*

10. ERICA foliis linearibus quaternis oppoſitis villoſis, corollis longiſſimis ſolitariis.
Erica africana fruteſcens. *Seb. theſ.* 2. *p.* 20. *t.* 19. *f.* 5.
Erica africana, coris folio, flore oblongo purpureo e foliorum alis prodeunte. *Tournef. inſt.* 603.
Erica ſpicata, floribus oblongis ex carneo-purpureis. *Pluk. mant.* 67. *t.* 346. *f.* 2.
Creſcit in Africa.

VACCINIUM. *g. pl.* 313.

1. VACCINIUM caule angulato, foliis ſerratis annuis. *Fl. lapp.* 143.
Vaccinium rivini. *Rupp jen.* 39.
Vaccinia. *Dod. pempt.* 768.
Vitis idæa anguloſa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 520.
Vitis idæa, foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *Baub. pin.* 470. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 71.
Idæa vitis. *Dalech. hiſt.* 191.
Myrtillus germanica. *Dalech. hiſt* 192.
Bagolæ prius genus. *Cæſalp. ſyſt.* 210.
Creſcit in Alpibus Helveticis *& vaſtis deſertis & uliginoſis ac tenebroſis vallibus humectis* Germaniæ, Galliæ, Angliæ; *at in* Suecia *omnium copioſiſſime.*

2. VACCINIUM foliis perennantibus obverſe ovatis. *Fl. lapp.* 144.
Vaccinium, foliis buxi, ſempervirens, baccis rubris. *Rupp. jen.* 39.
Vaccinia rubra. *Dod. pempt.* 770.
Vitis idæa ſempervirens, fructu rubro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 522.
Vitis idæa, foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris. *Bauh. pin.* 470.
Idæa radix. *Dalech. hiſt.* 193.
Creſcit in ſylvis apricoſis glareoſis ac ſterilibus in Germania, Anglia, Dania, *copioſiſſime omnium in* Norvegia *&* Suecia.

3. VACCINIUM ramis filiformibus repentibus, foliis ovatis perennantibus. *Fl. lapp.* 145.
Oxycoccus ſeu Vaccinia paluſtris. *Tournef. inſt.* 655. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 227.
Vaccinia paluſtris. *Dod. pempt.* 770.
Vitis idæa paluſtris. *Bauh. pin.* 471.
Erica 6 baccifera dodonæi. *Dalech. hiſt.* 187.
Creſcit in paludibus pratenſibus, præſertim in Suecia *copioſiſſime.*

DIO-

DIOSPYROS. *g. pl.* 403. *pag.* 383.

1. DIOSPYROS foliis utrinque diverſe coloratis.
α Dioſpyros ſive Faba græca latifolia, Pſeudo-Lotus matthioli. *Dalech. hiſt.* 349.
Ermellinus. *Cæſalp. ſyſt.* 104.
Guajacana. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 238. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 220.
Guajacum patavinum. *Lob. hiſt.* 605.
Lotus africana latifolia. *Bauh. pin.* 447.
β Dioſpyros ſive Faba græca anguſtifolia ſeu Lotus africana. *Dalech. hiſt.* 349.
Guajacana anguſtiore folio. *Tournef. inſt.* 600. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 220.
Lotus africana anguſtifolia ſive fœmina. *Bauh. pin.* 447.
Creſcit in multis Italiæ & Africæ *locis ſponte, uti in ſepibus circa* Romam, *nec non in Gallia narbonenſi circa* Monſpelium.
Sunt qui voluere hanc arborem Lotum fuiſſe, cujus fructuum ſuavitate capti Ulyſſis ſocii, Lithophagi permanerent potius, quam ad ſocios reverterentur, ſed quæ in hiſce baccis tam ſiccis gratia? Quod vero ſit Dioſpyros Theophraſti aſſentiunt plurimi, nomen itaque hoc longe præferimus Barbaro Guajacanæ.

2. DIOSPYROS foliis utrinque concoloribus.
Guajacana, loto arbori ſeu Guajaco patavino affinis, virginiana Pishamin dicta parkinſono. *Pluk. alm.* 180. *t.* 244. *f.* 5.
Guajacana: Pishamin virginiana. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 220.
Guajacana virginiana Pishamin dicta. *Raj. hiſt.* 1918.
Loti africanæ ſimilis indica. *Bauh. pin.* 448.
Palmæ ſanctæ ſimilis arbor. *Lob. adv.* 394. *Dalech. hiſt.* 1750.
Creſcit in Virginia.

DIGYNIA.

ROYENA. *g. pl.* 325.

1. ROYENA foliis ovatis.
Staphylodendroides africanum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 235.
Staphylodendron africanum, folio ſingulari lucido. *Herm. par.* 232. *t.* 232.
Staphylodendron africanum ſempervirens, foliis ſplendentibus. *Comm. hort.* 1. *p.* 187. *t.* 96.
Staphylodendron æthiopic. monolaſiocallenomenophyllon ſingulari hirſuto folio nitente. *Pluk. phyt.* 63. *f.* 4 & 317. *f.* 5.
Piſtachia africana. *Pluk. alm.* 298.
Arbor quædam rariſſima lucens, fructibus halicacabi. *Breyn. cent.* 177.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Dixi plantæ hoc genus in honorem ADRIANI V. ROYEN, *in Academia Lugduno-Batava Profeſſoris Botanices Publici, cujus liberalitati plurimas hortus noſter debet plantas; cujus generoſitati ego plures plantas exoticas; cujus ſolidæ doctrinæ plurimum propediem orbis.*

2. ROYENA foliis lanceolatis.
Vitis idæa, foliis myrti anguſtiſſimis longis alternis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 71.
Vitis idæa æthiopica, myrtinis foliis, floſculis dependentibus *Pluk. alm.* 391. *t.* 321. *f.* 4.
Vitis idæa æthiopica, buxi minoris folio, floribus albis. *Comm. hort.* 1. *p.* 125. *t.* 65.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Differt hæc ab antecedenti in partibus floris paucis: ut calyce pentaphyllo lanceolato, Fructum non vidi, ideoque cum proxime ad præcedentem accedat flore, hujus generis habeatur arbor, uſque dum certiora innoteſcant; flos tamen decem ſtaminibus gaudet; an potius Dioſpyri ſpecies?

CHRYSOSPLENIUM. *g. pl.* 326.

1. CHRYSOSPLENIUM.
Chryſoſplenium foliis amplioribus auriculatis. *Tournef. inſt.* 146. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 95. *Fl. lapp.* 151.
Saxifraga rotundifolia aurea. *Bauh. pin.* 309.
Saxifraga aurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 707. *Dod. pempt.* 316. *Dalech. hiſt.* 1113.
Saxifragia aurea, lichenis facie & natalibus. *Lob. hiſt.* 336.
Alchimilla rotundifolia aurea hirſuta. *Herm. lugdb.* 14.
α Chryſoſplenium foliis minoribus ſubrotundis. *Tournef. inſt.* 146.
Creſcit in humidis, umbroſis, riguis & muſcoſis inque locis frigidiuſculis Germaniæ, Angliæ, Daniæ, Sueciæ, *præſertim* Hellingiæ.

GALENIA. *g. pl.* 326.

1. GALENIA.
Sherardia. *Pont. epiſt.* 14.
Heliotropium africanum fruteſcens, antirrhini minoris folio, flore albo. *Tit. maur.*
Kali lignoſum, flore muſcoſo, roſmarini folio. *Bocc. muſ.* 150. *t.* 110.
Frutex africanus, folio roſmarini tenuiore, flore & fructu chenopodii. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267.
Creſcit in Africa.
Cum Sherardiæ tria fuere dicta genera, retinui nomen in uno. Sherardiam Vaillantii ad Verbenæ genus naturale miſi & hoc Claudi Galeni, *antiquiſſimi patris Medicinæ, memoria dignum volui.*

TRIGYNIA.

BISTORTA. *g. pl.* 328.

1. BISTORTA foliis ovato-oblongis acuminatis.
α Biſtorta major, radice minus intorta. *Bauh. pin.* 192. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 86.
Biſtorta major, rugoſioribus foliis. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 538.
Biſtorta major. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 69. *Dalech. hiſt.* 1285.
Biſtorta. *Cæſalp. ſyſt.* 167. *Dod. pempt.* 333.
Biſtorta quæ aſſeritur britannica. *Lob. hiſt.* 156.
β Biſtorta major, radice minus intorta. *Bauh. pin.* 192. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 585. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 2.
Biſtorta media, folio minus rugoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 539. *Raj. hiſt.* 186.
Creſcit in humectis, opacis, ſylveſtribus, pinguibus & acclivibus, uti Monſpelii *in montibus circa* Gangen, *Genevæ in monte* Thuiri, *in* Alpibus Auſtriacis Styriacisque, *in monte* Jura.

2. BISTORTA foliis lanceolatis. *Fl. lapp.* 152.
Biſtorta major, radice magis intorta *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 1. *figura tenus.*
Biſtorta media, folio minus rugoſo. *Pluk. phyt.* 67. *t.* 151. *f.* 2.
Biſtorta minor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 69.
Biſtorta minima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 539.
Biſtorta minima, ſemine ovato non triangulari. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 5. *t.* 28. *f.* 3, 5.
α Biſtorta, foliis lanceolatis, *vipipara. Fl. lapp.* 152. γ.
Creſcit Genevæ in monte Thuiri, *in* Alpibus Helveticis, Lapponicis, *pratis* Sueciæ *ſuperioris &* Weſtmorlandicis *montibus.*

POLYGONUM. *g. pl.* 329.

1. POLYGONUM. *Cæſalp. ſyſt.* 168. *Lob. hiſt.* 228.
Polygonum latifolium. *Bauh. pin.* 281. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 591. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 1 *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 88.
Polygonum mas. *Dalech. hiſt.* 1123. *Dod. pempt.* 113.
Polygonum five Centinodia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 374.
α Polygonum oblongo anguſto folio. *Bauh. pin.* 281.
Polygonum anguſtifolium. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 376.
β Polygonum brevi anguſtoque folio. *Bauh. pin.* 281.
Creſcit ubique facile per Europam *ad vias, plateas, agros, &c.*

HELXINE. *g. pl.* 330.

1. HELXINE caule volubili. *Fl lapp.* 154.
Helxine ſemine triangulo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 157.
Helxine ciſſampelos. *Dalech. hiſt.* 1424.
Helxine ciſſampelos altera, atriplicis effigie. *Lob. hiſt.* 343.
Formentone alterum genus. *Cæſalp. ſyſt.* 166.
Convolvulus minor, ſemine triangulo. *Bauh. pin* 295.
Convolvulum nigrum. *Dod. pempt.* 396.
Fagopyrum ſcandens ſylveſtre. *Raj. ſyn.* 144.
Fagopyrum vulgare ſcandens. *Tournef inſt.* 511. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 88.
Fago-triticum volubile noſtras. *Pluk. alm.* 143.
Frumentum ſaracenicum alterum, convolvuli modo ſcandens, ſemine triangulo minore nigro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 590. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 2.

α Fa-

HELXINE caule erecto, aculeis reflexis exasperato. *Hort. Cliff.* 151. *sp.* 2.

α Fagopyrum ſcandens altiſſimum dumetorum, ſeminibus tribus alis pellucidis cinctis. *Rupp. jen.* 79. *vide Dill. giſſ.* 136.
β Fagopyrum ſcandens americanum maximum. *Tournef. inſt.* 511.
Creſcit ubique per Europam *in locis ſtercoratis, præſertim inter ſegetes.*

2. HELXINE caule erecto aculeis reflexis exaſperato. *vide tab.*
Fagopyrum marianum, folio ſagittato, caulibus & pediculis ſpiniferis. *Pet. muſ.* 401.
Fagotritico ſimilis, anguſtiori folio, convolvuli modo ſcandens, planta mariana, caule ſpinis deflexis denſius obſito. *Pluk. mant.* 74. *t.* 394. *f.* 5.
Perſicaria ſeu potius Fagopyrum marilandicum, caule ſpinis aſpero, foliis ad phyllitin accedentibus. *Raj. app.* 117.
Creſcit in Marilandia.
Planta eſt annua, pedalis vel bipedalis; caule fere ſimplici, rarius ex alis ramum emittente; caulis vel ramus eſt tetragonus, rarius pentagonus, angulis aculeis parvis deorſum flexis longitudinaliter & ordinate ciliatis. Folia ſagittata ſeu lanceolata, baſi diſſecta, petiolis folio dimidio longe brevioribus inſidentia, integerrima, lævia, coſta ſubjacente modo parum aculeata. Membrana fuſca ſeu griſea ad exortum petioli ambit caulem. Ramus communiter ſimplex eſt, & a caule diſtans, eoque brevior. Flores in ſummis ramis pauci, exacte ut in reliquis ſpeciebus. Plantæ ſerius ſatæ ſupervenit hyems antequam ſemina produxerat.
Obſ. *Plukenetius plantam hanc ſcandentem dicit, aculeosque ſurſum inclinatos pingit, quod in noſtra non obtinuit.*

3. HELXINE caule erecto inermi, foliis cordato-ſagittatis.
Fagopyrum vulgare erectum. *Tournef. inſt.* 511. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 88.
Fagopyron. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 590. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 1.
Fagopyron. *Dod. pempt.* 512.
Fagotriticum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 993.
Formentone. *Cæſalp. ſyſt.* 166.
Eryſimum cereale, folio hederaceo. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 538.
α Helxine ------ (idem) ſeminum angulis dentatis.
Creſcit ut fertur in Tartaria.
Obſerv. *Varietas (α), cujus ſemina ex Ruſſia transmiſſa ſunt, differt a vulgari planta foliis paulo latioribus, minus acuminatis, & ſeminis ſingulo angulo unicum alterumve denticulum obtuſum emittente; ſpecies tamen diſtincta a vulgari non eſt.*

CARDIOSPERMUM. *g. pl.* 332.

1. CARDIOSPERMUM.
Veſicaria. *Riv. tetr.* 144.
Faba inverſa. *Cæſalp. ſyſt.* 382.
Halicacabus peregrinus. *Dod. pempt.* 455.
Halicacabum peregrinum ſ. Veſicaria repens. *Dalech. hiſt.* 598.
Halicacabum peregrinum multis, ſive Cor indum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 174. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 19. *ſ.* 1. *t.* 4. *f.* 9.
Corindum ampliore folio, fructu majore. *Tournef. inſt.* 431. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Piſum veſicarium, fructu nigro alba macula notato. *Bauh. pin.* 343. *Sloan. flor.* 110.
Ulinia. *Rheed. mal.* 8. *p.* 53. *t.* 28.
α Corindum ampliore folio, fructu maximo. *Tournef.*
β Corindum fructu & folio minori. *Tournef.*
Creſcit in frutetis ad ripam fluvii Cobre & in parte ſeptentrionali inſulæ The Thicnets dictæ in Jamaica, *circa urbem Cochien* Malabariæ *tempore præſertim pluvioſo.*
Piſum (F. B. 214.*). Ulinia (F. B.* 229.*). Halicacabum (F. B.* 248.*). Faba inverſa. (F. B.* 221.*) Cor-indum (F. B.* 222.*). Veſicaria (F. B.* 214.*) nomina minus cum apta ſint, recepi Cardioſpermum (F. B.* 240. 242. 244.*).*
An liceat Cardioſpermum & Sapindum Paullinis miſcere ſub eodem genere? ſic crederem.

PAULLINIA. *g. pl.* 331.

1. PAULLINIA foliis ternatis, foliolis obtuſis vix denticulatis glabris, definentibus in petiolum proprium.
Cururu ſcandens triphylla. *Plum. gen.* 34.
Creſcit in America.
Florem vel fructum non vidimus. Caulis flexuoſus, ſulcatus, lævis. Folia alterna, ternata, petiolis longitudine folioli inſidentia; Foliola ovalia, in petiolos deſinentia, glabra, duabus tribusve ſerraturis obtuſis verſus apicem notata. Cirrus ex ala folii.

2. PAULLINIA foliis ternatis, foliolis crenatis, pedunculis cirriferis.
Seriana ſcandens triphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34.
Creſcit in America.
Ad ſingulum caulis tuberculum exit ramus, cirrus & folium ſimul.
Ramus alternatim emittit patentes ſimplicesque racemulos, quibus ſingulis folium ternatum ſubjicitur Cirrus tandem racemo ſimplici terminatur, ad cujus racemi baſin utrinque cirrus bifidus revolutus in ſpiram. Folium vero ternatum eſt, cum foliolo intermedio majori.
Fructus membranaceus, tenuiſſimus, trialatus, ſemina in centro ferens.

3. PAULLINIA foliis pennatis, foliolis ſæpius quinis inciſis, petiolis communibus membranaceis.
Cururu ſcandens pentaphylla. *Plum. gen.* 34.
Clematis pentaphylla, pedunculis alatis, fructu racemoſo tricocco & coccineo. *Plum. amer.* 76. *t.* 91.
Piſum cordatum non veſicarium. *Sloan. flor.* 111.
Leguminoſa braſilienſis, fructu ovato, coſta folii appendicibus aucta. *Raj. hiſt.* 1347.
Cururu-ape. *Marcgr. braſ.* 22. *Piſ. braſ.* 114.
Creſcit in Jamaica, Braſilia, inſula Martinicana *frequens.*
Folia communiter in majoribus quinata & pinnata ſunt; Foliolis lateralibus oppoſitis, ſeſſilibus, verſus baſin attenuatis, ſuperne inciſis vel profunde crenatis. Petiolus communis utrinque margine membranaceo inſtructus, ad inſertionem foliorum quaſi interruptus, non raro, dum minor ſit planta, folia modo ternata conſpicienda profert. Per plures annos in horto nec accrevit nec decrevit, nec floruit hactenus.

4. PAULLINIA foliis ternato-decompoſitis, caule aculeato.
Seriana ſcandens enneaphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34.
Quauhmecatl. *Hern. mexic.* 289.
Creſcit in America, Mexico, *&c.*
Fructus oblongus eſt & trialatus, membranaceus, ſummo in apice totidem ſemina ferens. Foliola glabra, fere integra, ſeſſilia ſunt; petiolus univerſalis vix ullo margine laterali gaudet, partialis autem maxime manifeſto. Aculei parvi, deflexi per caulem & petiolos diſperſi ſunt.

5. PAULLINIA foliis decompoſitis ternatis, caule inermi.
Cururu ſcandens enneaphylla, fructu racemoſo rubro. *Plum. gen.* 34.
Cordis indi folio & facie, fruteſcens curaſſavica latifolia. *Pluk. alm.* 120. *t.* 168. *f.* 6.
Creſcit in America, uti Curaſſao, *&c.*
Foliola in ſingulo petiolo univerſali novem; in partiali tria, ovato-oblonga, inciſa, crenata, baſi attenuata, ſeſſilia, petiolus partialis utrinque margine auctus, communis vero ſimplex. Fructus ſubrotundus, triqueter, ſemina in centro tenens.

6. PAULLINIA foliis ſupra decompoſitis.
Seriana ſcandens polyphylla & racemoſa. *Plum. gen.* 34.
Cordis indi folio & facie, fruteſcens portoricenſis. *Pluk. alm.* 120. *t.* 168. *f.* 5.
Creſcit in America.
Foliola ſubovata, raro crenula notata, obtuſa, ternata in petiolis partialibus, petioli partiales pinnatim affiguntur communi & univerſali petiolo.

SAPINDUS. *g. pl.* 898.

1. SAPINDUS.
Sapindus foliis coſtæ alatæ innaſcentibus. *Tournef. inſt.* 659.
Saponariæ ſphærulæ arboris filicifoliæ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 312.
Nuculæ ſaponariæ non edules. *Bauh. pin.* 511.
Nux americana, foliis alatis bifidis. *Kigg. beaum.* 31. *Comm. hort.* 1. *p.* 183. *t.* 94.
Prunifera racemoſa, folio alato, coſta media membranulis utrinque extantibus donata, fructu ſaponario. *Sloan. flor.* 184 *hiſt.* 2. *p.* 131.
Nuciprunifera arbor americana, fructu ſaponario orbiculato monococco nigro. *Pluk. alm.* 255. *t.* 217. *f.* 7.
Quity. *Marcgr braſ* 113.
Creſcit in ſylvis Braſiliæ, Jamaicæ *aliisque Americæ variis.*

TE-

TETRAGYNIA.

PARIS. g. pl. 333.

1. PARIS foliis quaternis. *Fl. lapp.* 155.
Paris rivini. *Rupp. jen.* 74.
Herba paris. *Cæſalp. ſyſt.* 573. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 613. *Dalech. hiſt.* 1313. *Dod. pempt.* 444.
Solanum tetraphyllum ſive Herba paris. *Lob. hiſt.* 137.
Solanum quadrifolium bacciferum. *Bauh. pin.* 167.
Solano congener non ramoſum tetraphyllum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 532. *ſ.* 13. *t.* 3. *f.* 6.
Creſcit in montibus pinguibus umbroſis corylo obſitis in Suecia, Anglia, Germania, Gallia.

ADOXA. g. pl. 334.

1. ADOXA.
Moſchatellina foliis fumariæ bulboſæ. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 206. *Tournef. inſt.* 156. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 72.
Denticulata. *Dalech. hiſt.* 1296.
Ranunculus nemoroſus Moſcatellina dictus. *Bauh. pin.* 178. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 438. *ſ.* 4. *t.* 29. *f.* 14.
Creſcit in nemoribus humidiuſculis ac graminoſis Galliæ, Angliæ, Germaniæ, Daniæ, Scaniæ & Uplandiæ.
Moſchatellina, derivatum verbum a Moſchato, commutato cum Adoxa, cum ſit planta quoad externa, quæ præ ſe fert nullam ſplendidam faciem, nullum ornamentum, nullamque gloriam, ſed in partibus fructificationis diſcedit ab omni theoria & doctrina ſyſtematica a numero deſumta, præſertim apud adoxos qui proportione numeros expedire recuſant.
Scapum enim terminat flos unicus, cujus corolla quadrifida eſt cum octo ſtaminibus & quatuor piſtillis; juxta hunc, ad latera, oppoſiti collocantur quatuor flores, ſed quinquefidi cum decem ſtaminibus, quorum lacinia ſumma ſurſum reflectitur inter ſinus floris terminatricis & ſic affabre ſpatium replet.

Classis IX.

ENNEANDRIA.

MONOGYNIA.

LAURUS. *g. pl.* 338.

1. LAURUS foliis integris & trilobis.
Saſſafras arbor monardi. *Dalech. hiſt.* 1786. *Pluk. phyt.* 222. *f.* 6.
Saſſafras ſive Lignum patavinum *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 483.
Saſſafras arbor ex florida, ficulneo folio. *Bauh. pin.* 431.
Saſſafras. *Raj. hiſt.* 1568.
Cornus mas odorata, folio trifido, margine plano, ſaſſafras dicta. *Pluk. alm.* 120. *Catesb. ornith.* 55 *t.* 55.
Creſcit in Florida, Virginia, Nova Suecia *copioſe.*
Arbor etiamnum apud nos non floruit, flores tamen nobis obtulit Cl. Dillenius in Muſæo Sherardiano, quibus examinatis apertiſſime patuit hanc arborem nil cum corno commune habere, ſed abſolute hujus generis eſſe.

2. LAURUS foliis enervibus obverſe ovatis utrinque acutis integris annuis.
Benzoin. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 259.
Benzoinum officinarum. *Bauh. pin.* 503.
Benzoinum cujus arbor folio citri. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 320.
Benzoinifera americana, folio citri. *Walth. hort.* 11.
Arbor Virginiana, citriæ vel limoniæ folio, Benzoinum fundens. *Com. hort.* 1. *p.* 189. *t.* 97.
Arbor viginiana, pishaminis folio, baccata Benzoinum redolens. *Pluk. alm.* 42. *t.* 139. *f.* 3, 4.
Creſcit in Virginia.
Involucrum *ſeſſile, tetraphyllum, corni ſimillimum, includens floſculos quinque petiolatos, longitudine involucri.* Calyx proprius *ſexpartitus, flavus, laciniis linearibus; ſtamina* 8 *vel* 9. *longitudine calycis, lateribus appendiculata. Germen ovatum intra calycem. Stylus ſimplex.*

3. LAURUS foliis lanceolatis, nervis transverſalibus, fructus calycibus baccatis.
Borbonia fructu oblongo nigro, calyce coccineo. *Plum. gen.* 4?
Laurus carolinienſis, foliis acuminatis, baccis cœruleis, pediculis longis rubris inſidentibus. *Catesb. ornith* 63. *t.* 63
Creſcit in Carolina.

4. LAURUS foliis lanceolatis perennantibus venoſis planis, ramulis tuberculatis cicatricibus, floribus alternis.
Laurus indica. *Ald. farn.* 61. *Pluk. alm.* 210. *t.* 304. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 215.
Laurus indica aldini. *Raj. hiſt.* 1553.
Laurus latifolia indica. *Barr. rar.* 123. *t.* 877.
Laurus vera indica americana. *Sterb. citr.* 257. *t.* 13.
Cinnamomum ſylveſtre americanum. *Seb. theſ.* 2. *p.* 90. *t.* 84 *f.* 6.
Creſcit in America, *floret apud nos Autumno ſero, nec fructum maturat.*
Hujus flos characterem ſubminiſtravit generi 338. *Negat hæc ſpecies involucrum, cum ſquamæ alternæ ſint. Adeoque nec involucrum eſſentiam generis conſtituit.*

5. LAURUS foliis ovatis utrinque acuminatis trinerviis nitidis, petiolis laxis.
Laurus camphorifera. *Kæmpf. jap.* 770. *t.* 770.
Camphora officinarum. *Bauh. pin* 500. *Boerh. lugdb* 2. *p.* 261.
Camphorifera arbor ex qua Camphora officinarum. *Herm. lugdb.* 113.
Arbor Champhorifera japonica, foliis laurinis, fructu parvo globoſo, calyce breviſſimo. *Breyn. prod.* 2. *p.* 16. *Comm. hort.* 1. *p.* 185. *t.* 95. *bona.*
Arbor camphorifera japonica. *Breyn. cent.* 1. *p.* 11. *t.* 12.
Creſcit in Japonia.
Eximia arbor etiamnum in horto non floruit, licet magna. Pretioſa hoc tempore habetur, cum difficulter multiplicetur per ſtolones vel depactos ramos.

6. LAURUS foliis oblongo-ovatis trinerviis nitidis planis.
Caſſia cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129 *t.* 655.
Cinnamomum, foliis latis ovatis, frugiferum. *Burm. zeyl.* 62. *t.* 27.
Cinnamomum ſive Canella zeilanica. *Bauh. pin.* 408.
Carau. *Rheed. mal.* 1. *p.* 107. *t.* 57.

α Cinnamomum perpetuo florens, folio tenuiore acuto. *Burm. zeyl.* 63. *t.* 28.
Creſcit in Zeylona *præſtantiſſima arbor.*
Arbor hæc vetita, Europæ oras ſalutavit nunquam, nec hortis noſtris grata fuit umquam Hoſpes, nec facile erit ullius. Suffecit nobis ſiccam inter ſiccas conſervare, flores quos non potueramus vivos, demortuos tamen luſtrare. Hermaphrodita eſt & in Horto malabarico optime deſcribitur. Stamina enim novem ſunt, quorum tria interiora utrinque appendiculata; Piſtillum unicum. vide Burmanni theſaurum zeylanicum tab. 28. *figuris marginalibus ubi* 1. *germen cum ſtylo.* 2. *Stamen unicum ex tribus interioribus, utrimque appendiculatum.* 3. *Corolla operta.* 4. *clauſa ſeu erecta.*

7. LAURUS foliis lanceolatis venoſis perennantibus, corollis quadrifidis.

Mas.

Laurus vulgaris quæ floret tantum C. B.
Laurus quæ floret tantum. *Cæſalp. ſyſt.* 52.

α Laurus vulgaris, *mas. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 216.
β Laurus vulgaris, folio undulato, *mas. Boerh ib.*
Laurus triumphalis. *Cæſalp. ſyſt.* 53.
γ Laurus tenuifolia, *mas. Boerh.*
δ Laurus latifolia, *mas. Boerh.*
ε Laurus vulgaris folio elegantiſſime variegato (*mas.*) *Boerh.*

Fœmina.

Laurus vulgaris (quæ fructum fert) *Bauh. pin.* 460. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 216.
Laurus baccalis. *Cæſalp. ſyſt.* 52.
Laurus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 409. *Dod. pempt.* 849. *Dalech hiſt.* 351.

α Laurus vulgaris, *fœmina. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 216.
β Laurus vulgaris folio undulato, *fœmina. Boerh. ib.*
γ Laurus tenuifolia, *fœmina. Boerh.*
δ Laurus latifolia, *fœmina. Boerh.*
ε Laurus *eadem*, fœmina.

Creſcit in ſepibus Italiæ. RAJUS. *In monte* Atho *ingentes & præaltæ lauri.* BELL.
Maris corolla tetrapetala alba, ſtaminibus octo vel duodecim. Fœminæ flores non examinavi hactenus, hinc utrum hermaphrodita fœminea vel pura fœmina dicenda in medio relinquo, nec in hortis Belgicis unquam fœminas obſervavi, ex ſicco ſpecimine quid veri eruere anceps eſſet periculum.
Huic generi videtur conceſſiſſe Natura triumphalem laurum inter omnes plantas; cum nullum vegetabile huic ſit æquiparandum, ſi aromati ſuavitas quibusvis modis expoſcatur.

TRIGYNIA.

RHEUM. *g. pl.* 339.

1. RHEUM.
Rhaponticum folio lapathi majoris glabro; Rha & Rheum dioſcoridis. *Baub. pin.* 116.
Rhaponticum thracicum. *Alp. Rhap.* 1.
Rhabarbarum forte dioſcoridis & antiquorum. *Tournef. inſt.* 89.
Rhabarbarum rotundifolium verum. *Munt. brit.* 192. *t.* 15.
Lapathum præſtantiſſimum, Rhabarbarum officinarum dictum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 577. *ſ.* 5. *t.* 27. *f.* 1.
α Lapathum alpinum, folio ſubrotundo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 578. *ſ.* 5. *t.* 27. *f.* 2.
Lapathum, folio rotundo, alpinum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 987.
Lapathum hortenſe rotundifolium ſive montanum. *Bauh. pin.* 115.
Creſcit in Ruſſia, Tartaria & China, *at varietas* α *in* Alpibus Helveticis *frequens.*
Differt Rheum vel Rhabarbarum officinarum a Rhabarbaro monachorum (α) *dicto, foliis paulo productioribus magisque undulatis, easdem tamen eſſe ſpecies nullus quidem neget, qui ſtructuram plantæ utriusque inſpexerit.*
Facies certe Rumicis eſt, differt tamen ſtructura fructificationis non parum, uti attendenti ad corollam campanulatam, ſtaminum numerum, ſtylorum ſitum, valvulas ſemina non includentes patebit.

HEXAGYNIA.

BUTOMUS. *g. pl.* 340.

1. BUTOMUS. *Cæſalp. ſyſt.* 553. *Fl. lapp.* 159.
Butomus flore roſeo *Tournef inſt.* 271. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 299.
Sedo affinis juncoides umbellata paluſtris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 468. *ſ.* 12. *t.* 5. *f. penult.*
Juncus floridus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 524.
Juncus floridus major. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 190.
Juncus cyperoides floridus paludoſus. *Lob. hiſt.* 44.
Gladiolus aquaticus. *Dod. pempt.* 600.
Creſcit ad ripas foſſarum fluviorumque per Europam *frequens.*

Classis X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

SOPHORA. *g. pl.* 350.

1. SOPHORA.
Galega facie barbæ jovis ſericea repens, flore pallide luteo denſe ſpicato. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 46.
Ervum orientale alopecuroides perenne, fructu longiſſimo. *Tournef. cor.* 27. *Dill. elth.* 136. *t.* 112. *f.* 136.
Glycyrrhiza ſiliquis nodoſis quaſi articulatis. *Buxb. cent.* 3. *p.* 25. *t.* 46.
Creſcit in Oriente.
Sophora vel Sophera eſt verbum antiquum plantæ, huic proximæ, impoſitum, quo utor ad deſignandum hocce genus quod Sophorum eſt ſive ſapientiam ac admonitionem fert ſtaminum filamenta in papilionaceis, ſi ſeparata inter ſe ſint, vix claſſe naturali conjungendas eſſe plantas, ſi umquam limites claſſis reperiendi ſint.

CERCIS. *g. pl.* 349.

1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris.
Siliquaſtrum. *Tournef. inſt.* 415. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 23.
Siliqua ſylveſtris rotundifolia. *Bauh. pin.* 402.
Siliqua ſylveſtris. *Cæſalp. ſyſt.* 111. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 13.
Ceratia agreſtis rotundifolia, floribus eleganter purpureis. *Pluk. alm.* 93.
Arbor judæ. *Dod. pempt.* 786. *Raj. hiſt.* 1717.
Judaica arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 413.
Creſcit inter ſegetes in Agro Granatenſi *& aliis* Hiſpaniæ, Galliæque Narbonenſis *locis, nec non in collibus* Romæ *vicinis* Tiberi *imminentibus &* Apenninis *montibus.*
Cercis eſt nomen Theophraſti &, ut creditur, hujus arboris proprium. Siliquaſtrum eſt conſarcinatum, ut & inſecti nomen.

2. CERCIS foliis cordatis pubeſcentibus.
Siliquaſtrum americanum.
Creſcit in America.
Flores nobis viſi non ſunt, folia communiter integra obtuſe acuminata, rariſſime biloba, facie fere Bauhiniæ.

BAUHINIA. *g. pl.* 351.

1. BAUHINIA caule aculeato. *vide Tab.*
Bauhinia aculeata, folio rotundo & emarginato. *Plum. gen* 23.
Creſcit in America.
Caulis lignoſus (horizontaliter reclinatus verſus diem in hybernaculo, an naturalis ſit nota me latet) arboreus; Rami alterni, horizontaliter extenſi, quadragono-ſulcati.
Folia alterna, cordata, ad ⅓ bifida, apice obtuſo & rotundato, utrinque viridi, ſuperne ſaturatius colorata, novem nervis notata, glabra, cum minimo ex diviſura folii filamento; Petiolus apice & baſi craſſiuſculus & calloſus eſt.
Aculeus ad exortum petioli utrinque unus, firmus, acutus, brevis, horizontalis, parum deflexus, e cujus apice adhuc recenti ſtillant guttæ nectariæ.
Flores fructusve etiamnum non protulit.

2. BAUHINIA foliis quinquenerviis, laciniis acuminatis remotiſſimis. *vide Tab.*
Bauhinia non aculeata, folio ampliori & bicorni. *Plum. gen.* 23.
Creſcit in America.
Caulis *arboreus, rectus, inermis, & vix manifeſti aculei duo minimi, ad exortum ramorum, reflexi.*

Fo-

BAUHINIA caule aculeato. *Hort. Cliff.* 156. *ſp.* 1.

a *Planta tenella, ætatis vix dimidii anni.*
b *Folia Seminalia.*
c *Aculei oppoſiti.*
d *Stipulæ oppoſitæ.*
Florem hujus delineavit Plumier in generibas, uti docuit frutex vix unius anni florens.

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

BAUHINIA foliis quinquenerviis: lobis acuminatis remotissimis. *Hort. Cliff.* 156. *sp.* 2.

a *Ramus florens.*
b *Flos integer.*
c *Stamina novem superiora coalita*
d *Stamen infimum liberum longissimum.*
e *Pistillum supra basin germen ferens*
f *Calyx uti retroflectitur postquam per diem unum alterumve floruerit.*

J. WANDELAAR del. & fecit

PARKINSONIA. *Hort. Cliff.* 157. *ſp.* 1.

a *Ramus.*
b *Caulis utrinque truncatus cum unico folio decompoſito, cujus alterum partiale folium truncatum eſt.*
c *Aculeus ſolitarius ad combinationem foliorum partialium.*
dd *Aculei caulis oppoſiti ad ſinus foliorum.*
e *Flos a Plumiero mutuatus.* f *Idem a tergo viſus cum calyce.*
g *Legumen.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

Folia *alterna, cordata, quinque-nervia, ſemibifida, laciniis ex ovato acuminatis, apicibus ita dehiſcentibus ut diameter inter apices ſit latior, vel ad minimum ejusdem latitudinis cum diametro diſci ipſius folii, quâ notâ ab omnibus abunde differt. Flores in racemum ſimplicem producit & erectum.*

Perianthium *oblongum, latere inferiore longitudinaliter dehiſcens, hinc reclinatum, baſi etiam quinquefariam dehiſcens, ſuperne cohærentibus foliolis, deciduum, parum coloratum, breve.* Cor. Petala *quinque, lanceolata, verſus apices attenuata, apicibus reflexis, unguibus longitudine calycis, alba, fere regularia, inferiora paulo majora, reflexo-patentia, undulata.* Stam. Filamenta 10., *in cylindrum digeſta, declinata, quorum infimum liberum, omnium longiſſimum, ſetaceum, rectum, apice antheram ferens. reliqua corollâ breviora, quorum quatuor paullo longiora, apicibus aſſurgentia, inferne inordinate coalita.* Anthera *ovata apici filamenti maximi & ſeparati inſidebat, reliquis valde raro apud nos.* Germen *oblongum, pedicello inſidens.* Stylus *filiformis, ſtaminibus brevior, declinatus.* Stigma *obtuſum, aſſurgens, adeoque hæc ſpecies ſtaminum reſpectu ad diadelphas ſpectat, a quibus differt eo ſolum, quod flos inverſus ſit, cum in iis ſtamen liberum ſuperius eſſe ſolet, quod in hac piſtillo ſubjectum eſt.*

3. BAUHINIA foliis ovatis oblongis recta linea ſemibifidis.
Creſcit in America.
Differt hæc a reliquis foliis 1. *magis oblongis;* 2. *baſi integris nec ullo modo emarginatis;* 3. *ab apice ad medium recta linea bifidis.* 4. *Laciniis introrſum rectis, nec ullo modo margine interiore convexo.* 5 *Nervis gaudet novem, quorum extimi minimi.*
Calyx longiſſimus eſt & ſtriatus, griſeus; ſiliqua longiſſima, pedicello, e calyce enato, pendula; Petala ſubulata; ſtamina alterna breviora una cum petalis tubo calycis inſidentia.

4. BAUHINIA foliis cordato-ſubrotundis, laciniis rotundatis.
Bauhinia foliis ſubrotundis, flore flaveſcente ſtriato. *Burm. zeyl.* 44. *t.* 18.
Mandaru maderaſpatenſe, foliis firmioribus biſulcis, glabritie ſplendentibus, ad ſurculum denſius ſtipatis *Pluk. alm.* 240. *t.* 44. *f.* 6.
Mandaru quarta ſpecies ſ. Canſchena-pou. *Pluk. alm.* 240.
Mandaru quarta ſpecies; Flos divi Thomæ. *Raj. hiſt.* 1752.
Canſchena-pou. *Rheed. mal.* 1. *p.* 63. *t.* 35.
Creſcit in Zeylona, Malabaria, Madera, *aliisque Americæ locis.*
Arbuſcula apud nos etiamnum non floruit.

5. BAUHINIA inermis, foliis cordatis fere ſemibifidis, laciniis acuminato-ovatis erectis dehiſcentibus.
Sennæ ſpuriæ aut Aſphaltho affinis arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, flore pentapetalo vario. *Sloan. flor.* 150. *hiſt.* 2. *p.* 51.
Arbor ſiliquoſa malabarica, foliis bifidis minoribus, flore candido ſtriato. *Comm. flor.* 8.
Thomæ arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, minor, flore candido. *Herm. prod.* 380.
Mandaru tertia ſpecies ſ. Velutta mandaru. *Pluk. alm.* 240.
Velutta-mandaru. *Rheed. mal.* 1. *p.* 61. *t.* 34.
Creſcit in Malabaria, Jamaica, *&c. in montibus ſylvoſis.*
Folia cordata ſunt, fere ſemibifida, laciniæ ovatæ, parum oblongæ, parum dehiſcentes, margine interiore non recto (3) ſed parum convexo, non tamen extrorſum reflexi ſunt lobi, ut in 2da.
Siliquæ communiter tri- vel tetraſpermæ, apice gerentes ſtylum brevem ſtigmate capitato; ſiliqua autem vix manifeſto pedicello inſidet; calyx nullo inſtructus tubo, villoſus, griſeus; Petala ovata.
Bauhiniæ nomine inſignivit hocce genus Plumierus ab incomparabili iſto fratrum pari BAUHINIS: JOHANNE & CASPARO, *cum folia bifida, vel duo, fraterna affinitate conjuncta ſint & ex eadem baſi enata.*

PARKINSONIA. *g. pl.* 858.

1. PARKINSONIA. *vide Tab.*
Parkinſonia aculeata, foliis minutis uni coſtæ adnexis. *Plum. gen.* 25.
Parkinſonia aculeata, foliis mimoſæ uni coſtæ adfixis. *Walth. hort.* 6. *t.* 13.
Creſcit in America.
Caulis *erectus, teres, lævis, arboreſcens, parum ramoſus.* Folia *ſeminalia ovato oblonga, longitudine pollicis tranſverſi. Folia infima quatuor ſimpliciter pinnata, quorum infima duo oppoſita, reliqua duo alterna, horizontaliter patentia, digito breviora, foliolis quatuor vel quinque paribus. Tum folia duo conjugata, ſeu gemina ex eadem baſi, ſpithamæa, patentia: ſingula pinnata, abrupta, impari quaſi præmorſo vel vix conſpicuo. Foliola æqualia, oblongo-ovalia, glabra;* Petiolus communis *breviſſimus inarticulatus partialibus per harmoniam; ſub diviſione petioli communis prodit ſpina, in quam terminatur quaſi idem petiolus. Stipulæ duæ, ſubulatæ, patulæ, rigidiuſculæ, fere ſpinoſæ, ſæpius deciduæ, alis adſtant.*

Petioli partiales *depreſſo-plani*, *verſus apicem fere latiores.* Proprii *vero Petioli minutiſſimi.*

Dicta fuit a Plumiero in memoriam JOANNIS PARKINSONII *Pharmacopæi Angli hæc planta, foliis ſimul binis, multis his foliolis annexis, allegorice ad duplex ejus opus: Theatrum & Paradiſum terreſtrem, in quibus multas plantas exhibuit.*

GUILANDINA. *g. pl.* 348.

1. GUILANDINA caule fructuque aculeatis.

α nduc vulgare majus polyphyllum. *Plum. gen.* 25. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 59.
Acacia; qui lobus echinatus cluſii; oculus cati luſitanis. *Burm. zeyl.* 4.
Caretti. *Rheed. mal.* 6 *p.* 35. *t.* 22.

β Bonduc vulgare minus polyphyllum. *Plum. gen.* 25.
Acaſia glorioſa, lentiſci folio, ſpinoſa, flore ſpicato luteo, ſiliqua magna muricata. *Pluk. phyt.* 2. *f.* 2.
Creſcit in locis campeſtribus utriusque Indiæ, in Malabaria, Jamaica, inſula S. Chriſtophori, Braſilia, *&c.*

Numquam apud nos floruit licet multoties ſata & enata, hinc fere incertus hæreo utrum α & β ſint diſtinctæ ſpecies, vel manifeſtiſſimæ varietates.

Bonduc nomen eſt Barbarum, plantam itaque hanc ſpinis horridam inſignitam volui nomine MELCH. GUILANDINI, *Prof. Bot. Patavienſis, qui de Papyro Plinii commentatus eſt, quique Hortum Patavinum publici juris fecit; fuit is miſere a Piratis captus, catenis ferreis alligatus; vexatus; fuit & is ſpinoſus Matthioli adverſarius.*

POINCIANA.

1. POINCIANA foliis duplicato-pinnatis, foliolis alternis.
Creſcit in America *calidiori.*
Foliorum rami nullas ſtipulas ad baſin gerunt, uti nec foliola, quæ alterna, regularia, ovata, glabra; caule fruticoſo, inermi.

2. POINCIANA foliis duplicato-pinnatis, foliolis oppoſitis oblongo-ovalibus, caule inermi.
Flos pavonis. *Merian. Jur.* 45. *t.* 45.
Tſetti-mandarum. *Rheed. mal.* 6. *p.* 1. *t.* 1.
Creſcit in utraque India.

3. POINCIANA foliis duplicato-pinnatis, foliolis oppoſitis oblongis, latere interiore anguſtis, caule inermi.
Colutea javanica, foliis oblongis. *Pluk. alm.* 112. *t.* 165. *f.* 1.
Creſcit in Java.

4. POINCIANA foliis duplicato-pinnatis, foliolis oppoſitis obverſe ovatis, caule aculeato.
Poinciana ſpinoſa, vulgo Tara. *Fevill. peruv.* 1. *p.* 752. *t.* 39.
Creſcit in Peru.

5. POINCIANA foliis ſimpliciter pinnatis, caule volubili.
Chamæcriſta pavonis americana ſiliquoſa. *Seb. theſ.* 1. *p.* 120. *t.* 75. *f.* 6.
Creſcit in America

CASSIA. *g. pl.* 347.

1. CASSIA foliolis plurimorum parium linearibus, ſtipulis ſubulatis.
Chamæcriſta pavonis americana, ſiliqua multiplici. *Breyn. cent.* 66. *t.* 24.
Senna occidentalis, ſiliqua multiplici, foliis herbæ mimoſæ. *Herm. lugdb.* 558. *Sloan. flor.* 149.
Creſcit in Curaçao, Barbados, Jamaica *ad margines viarum.*

2 CASSIA foliolis quinque parium lanceolatis: extimis minoribus.
Caſſia fiſtula alexandrina. *Bauh. pin.* 403. *Comm. hort.* 1. *p.* 215. *f.* 110. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 58.
Caſſia nigra ſeu fiſtuloſa 1, ſive Caſſia fiſtula alexandrina. *Sloan. flor.* 145.
Caſſia fiſtula, Chaiarxambar vocata. *Alp. ægypt.* 2. *t.* 1.
Caſſia purgatrix. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 416.
Caſſia nigra. *Dod. pempt.* 787.
Caſſia. *Cæſalp. ſyſt.* 111.
Siliqua ſive Caſſia cathartica. *Dalech. hiſt.* 114.
Quavhayohvatlis 2 ſeu Caſſia fiſtula. *Hern. mex.* 87.
Creſcit in utraque India in Malabaria, Zeylona, Ægypto, Arabia, Mexico, Braſilia, Canariis

3. CASSIA foliis octo parium ovali-oblongis: inferioribus minoribus, petiolis nectario deſtitutis, ſtipulis patulis.
Caſſia ſylveſtris fœtida, ſiliquis alatis. *Plum. ſpec.* 18. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 58.

Zoe-

Zoete Boonen-Bom. *Mer. ſur.* 58. *t.* 58. *mala.*
Creſcit in America.
Caulis *lævis inferne cinereus.* Folia *pinnata, magna, oppoſitionibus ſex ad octo in eodem petiolo* Foliola *ex obverſe ovato-oblongiuſcula, glabra, flaveſcentia, nitida, obtuſiſſime acuminata, petiolo proprio minimo inſidentia, baſi a latere inferiore magis gibba. Alis adſtant ſtipulæ duæ, patulæ, ovato-ſubulatæ, læves.*
Nocte omni hæc, ut reliquæ, dormit, tumque foliolis imbricatim ſibi incumbentibus & appreſſis ſub rachi ſeu petiolo communi deorſum pendula foliola exhibet.

4. Cassia foliolis ſex parium ovatis acuminatis lanigeris.
Caſſia americana fœtida, foliis amplioribus villoſis. *Tourneſ. inſt.* 619.
Senna occidentalis, odore apii viroſo, foliis orobi pannonici mucronatis hirſutis. *Herm. lugdb.* 556.
Senna occidentalis, odore apii virofiſſimo, foliis ebuli hirſutis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 57.
Creſcit in America.
Folia pinnata, ſex oppoſitionibus pinnarum. Foliola ovato-lanceolata, ſeſſilia, utrinque una cum petiolo albâ lanâ tecta.

5. Cassia foliolis trium quatuorve parium ſubovatis.
Senna italica ſive foliis obtuſis. *Bauh. pin.* 397. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 57. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 200. *ſ.* 2. *t.* 24. *f.* 2
Senna. *Dalech. hiſt.* 218.
Senna. *Dod. pempt.* 361. *Lob. hiſt.* 530. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 377.
α Senna alexandrina ſive foliis acutis. *Bauh. pin.* 397. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 201 *ſ.* 2. *t.* 24. *f.* 1.
Creſcit in locis calidis Orientalibus.

6. Cassia foliolis quatuor parium ovato-lanceolatis retro-falcatis; glandula e baſi petiolorum.
Creſcit in America.
Folia pinnata, pinnis gradatim ſeſquimajoribus, extimis ergo maximis, trium quatuorve parium, ovato lanceolatis, baſi attenuatis, fere ſeſſilibus; latus folioli interius latius & gibbum magis eſt, inferius vero verſus baſin maxime anguſtatum, qua nota ab omnibus aliis differt.
An ſola ſequentis varietas.

7. Cassia foliolis quatuor parium, ovato-lanceolatis, rectis, glandula e baſi petiolorum.
Caſſia americana, fœtida, foliis oblongis glabris. *Tourneſ. inſt.* 619. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 58.
Senna occidentalis, odore opii viroſo, orobi pannonici foliis mucronatis, glabra. *Herm. lugdb.* 556. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 57. *Sloan. flor.* 148. *Comm. hort.* 1. *p.* 51. *t.* 26.
Creſcit in America.

8. Cassia foliolis ſeptem parium lanceolatis, extimis fere minoribus, glandula ſupra baſin petiolorum.
Senna liguſtri folio. *Plum. ſpec.* 10. *Dill. elth.* 350. *t.* 269. *f.* 338.
Senna occidentalis, foliis ebuli acutis glabris, odore minus viroſo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 58.
Creſcit in America *calidiori*, Providentiæ, *&c.*

9. Cassia foliolis octo ſæpius parium ovato-oblongis æqualibus, glandula ſupra baſin petiolorum.
Senna mimoſæ foliis, filiqua hirſuta. *Dill. elth.* 351. *t.* 260. *f.* 339.
Senna ſpuria virginiana, ſiliquis hirſutis rotundifolia. *Pluk. alm.* 342.
Creſcit in Virginia & Carolina.

10. Cassia foliolis trium parium æqualibus ovatis emarginatis rotundatis.
Caſſia minor fruticoſa hexaphylla, ſennæ foliis. *Sloan. flor.* 146. *hiſt.* 2. *p.* 44. *t.* 180. *f.* 1, 2, 3, 4. *Raj dendr.* 110
Creſcit in frutetis Jamaicæ & Caribearum.

11. Cassia foliolis trium parium ovatis glabris: inferioribus rotundioribus, glandula intra infima.
Creſcit in Zeylona *ut fertur.*
Attingit altitudinem duplam hominis, apud nos tamen non floruit huc uſque.

12. Cassia foliolis octo parium ovalibus emarginatis, glandula acuta inter infima.
Creſcit in Indiis.
Frutex altitudinis humanæ. Folia pinnata octo vel decem paribus foliorum; foliola ovata, viridia, lævia, obtuſa, emarginata. Inter infima foliola e petiolo communi exſeritur glandula nectarifera, flava, acuminata, rigida, aculei inſtar. Ex ala tempore vernali prodiit pedunculus digiti longitudinis, biflorus, nudus. Corolla irregularis, fulva; petalo infimo maximo, ſummo minimo. Antheræ infimæ maximæ, roſtro dehiſcentes ex apice; laterales quatuor fere ſeſſiles abſque roſtro, ſummæ minimæ, fere ſteriles. Germen falcatum declinatum.

HÆMATOXYLUM. *g. pl.* 859.

1. HÆMATOXYLUM.
Lignum campechianum ſpecies quædam. *Sloan. flor.* 213. *hiſt.* 2. *p.* 183. *t.* 10. *f.* 1, 2, 3, 4. *Raj. dendr.* 172.
Creſcit in Campeche *Americes parte.*
Folia ex eadem gemma plura, pinnata abſque impari; foliola obverſe cordata, quatuor communiter parium, nervis minimis ad angulum acutum exeuntibus ſtriata, Flores in racemum.
Hæmatoxylon, *quaſi lignum ſanguineum, cum rubro tingat colore.*

TRIBULUS. *g. pl.* 360.

1. TRIBULUS foliolis ſex parium pinnatis.
Tribulus terreſtris, ciceris folio, fructu aculeato. *Bauh. pin.* 350. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 299.
Tribulus terreſtris, ciceris folio, ſeminum integumento aculeato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 103.
Tribulus terreſtris. *Cæſalp. ſyſt.* 163. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 352. *Dalech. hiſt.* 513. *Dod. pempt.* 557.
Tribulus terreſtris, Projos theophraſti. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 241.
α Tribulus terreſtris minor incanus hiſpanicus. *Barr. rar.* 54. *t.* 558.
Creſcit in Italia, Gallia Narbonenſi, Monſpeliique *ad arvorum ſemitas.*

2. TRIBULUS foliolis trium parium pinnatis.
Tribulus terreſtris major, flore maximo odorato. *Sloan. flor.* 90. *hiſt.* 1. *p.* 209. *t.* 132. *f.* 1.
Creſcit in glareoſis ſaxoſis aridis & ſterilioribus Jamaicæ.
Fructus in hac ſpecie differt a Tribulo 1. *parum. Eſt enim pyramidalis, quinquangularis, decagonus, conſtans ſeminibus decem, rotatim (ut in Malvis) ſtylum ambientibus, & ab eodem diſcedentibus, membrana tenuiſſima vixque perceptibili cinctis & adnatis, nec ſpinis ullis inſtructis.*
Obſ. Ab hac ſpecie diverſus eſt Tribulus terreſtris, fructu aculeato, amplis ciſti floribus luteis. Plum. ſpec. 7. *cujus figuram vide* Pluk. phyt. 67. f. 4.

FAGONIA. *g. pl.* 359.

1. FAGONIA ſpinoſa.
Fagonia cretica ſpinoſa. *Tournef. inſt.* 265.
Tribulus terreſtris trifoliatus creticus, flore purpuro-cæruleo, caule ad genicula quaternis ſpinis aculeato. *Pluk. alm.* 374.
Trifolium ſpinoſum creticum. *Bauh. pin.* 330 *prod.* 142. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 242.
Trifolium aculeatum creticum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 389.
Creſcit in Creta.
Fagoniam dixit Tournefortius a GUIDONE CRESCENTIO FAGONE.

ZYGOPHYLLUM. *g. pl.* 352.

1. ZYGOPHYLLUM foliis petiolatis.
Fabago belgarum ſive Peplus pariſienſium. *Dalech. hiſt.* 456. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 319.
Telephium dioſcoridis & plinii. *Column. ecphr.* 1. *p.* 132. *t.* 131.
Capparis fabaginea ſive Peplios lutetianorum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 66.
Capparis leguminoſa ſive Fabago belgarum. *Lob. hiſt.* 511.
Capparis Fabago. *Dod. pempt.* 747.
Capparis portulacæ folio. *Bauh. pin.* 480. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 284. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 5.
Morgſani Syrorum. *Dalech. app.* 25.
Creſcit in Syria; *perhibetur etiam naſci, rarius licet, in Italia ſponte.*

2. ZYGOPHYLLUM foliis ſeſſilibus.
Fabago africana arboreſcens, flore ſulphureo, fructu rotundo. *Comm. rar.* 10. *t.* 10. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 319.
Creſcit in Africa.
Folia in antecedenti petiolo communi longitudine fere ipſorum foliorum inſidebant, in hac vix manifeſto petiolo ullo.
Fabago *a Faba, cum qua nil omnino commune habet, dictum verbum. Permuto cum Zygophyllo, cum folia conjugata ſint, ut Boves ſub jugo, in omnibus notis ſpeciebus.*

DI-

DICTAMNUS. *g. pl.* 346.

1. DICTAMNUS.
Dictamnus albus vulgo, ſive Fraxinella. *Bauh. pin.* 222.
Dictamum album. *Cæſalp. ſyſt.* 589.
Fraxinella, officinis Dictamnus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 494.
Fraxinella. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 99. *Dod. pempt.* 348. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 456. *ſ.* 12. *t.* 1. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 299.
α Fraxinella niveo flore. *Tournef. inſt.* 430
β Fraxinella purpurea major multiflora. *Tournef.*
γ Fraxinella minor purpurea belgarum. *Tournef.*
Creſcit ſolo lutoſo ac ſaxoſo in montibus & collibus Germaniæ *ac* Italiæ, *in ſylvis* Pannonicis, *ſaltibusque* Viennenſibus; *in præruptis montibus* Rheno *fluvio vicinis; in luco de Candia ſex leucis a* Monſpelio.
Cum Fraxinella nil habeat magis commune cum fraxino, quam Populago cum Populo ſeu Napellus cum Napo, abſurdum dimitto nomen, recipioque antiquum ſynonymon vacuum factum, revocato ſcilicet Dictamno T. ad Origana.

MELIA. *g. pl.* 357.

1. MELIA foliis decompoſitis.
Tuber. *Cæſalp. ſyſt.* 107.
Zizyphus alba ſive Pſeudoſycomorus. *Dalech. hiſt* 358.
Zizipha candida monſpelienſium, quæ perperam venetorum & italorum Sycomorus. *Lob. hiſt.* 546.
Arbor fraxini folio, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 415.
Azadaracheni arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 554.
Azedarach. *Dod. pempt.* 848. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 236 *Burm. zeyl.* 40.
Azederaeth arbor, fraxini folio, flore cæruleo. *Pluk. alm.* 62.
Azadirachta, foliis ramoſis majoribus, ſyriaca ſive vulgaris, flore cæruleo majore. *Breyn. prod.* 2. *p.* 21.
α Azedarach ſempervirens & florens. *Tournef. inſt.* 616.
Azadirachta indica, foliis ramoſis minoribus, flore albo ſubcæruleo purpuraſcente majore. *Breyn. prod.* 2. *p.* 21. *Comm. hort.* 1. *p.* 147. *t.* 76.
Creſcit in Syria, Zeylona.

2. MELIA foliis pinnatis.
Arbor indica, fraxino ſimilis, oleæ fructu. *Bauh. pin.* 416.
Olea malabarica, fraxineo folio, e maderaſpatan. *Pluk. alm.* 269. *t.* 247. *f.* 4.
Azedarach, floribus albis, ſempervirens. *Herm. lugdb.* 652.
Azedarach foliis falcato-ſerratis. *Burm. zeyl.* 40. *t.* 15.
Azadarachta indica, foliis fraxini, ſive non ramoſis majoribus, flore minore albo. *Breyn. prod.* 2. *p.* 21. *t.* 21
Nimbo acoſtæ. *Dalech. hiſt.* 1867.
Nimbo folio & fructu oleæ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 27.
Aria-Bepou. *Rheed. mal.* 4. *p.* 107. *t.* 52.
Creſcit in Malabaria, Zeylona & Madera.
Azedarach, Azederaeth, Azadaracheni, Azadirachta ſunt verba barbara, quæ ego non intelligo, adeoque quærant barbaros ſuos patronos, ego recipio Nomen Melia, antea ſuperfluum, impoſitum quondam Fraxino vel conſimili foliis pinnatis arbori; Hoc nomen non novum eſt, ſed antiquius ipſo Azedarach.

ANACARDIUM. *g. pl.* 361.

1. ANACARDIUM.
Anacardium occidentale Cajous dictum, officulo renis leporis figura. *Herm. lugdb.* 36.
Anacardii alia ſpecies. *Bauh. pin.* 512.
Pomifera ſeu potius prunifera indica, nuce reniformi ſummo pomo innaſcente Cajous dicta. *Raj. hiſt.* 1649.
Acajou. *Dalech. hiſt.* 1846. *fig. erron. Piſ. braſ.* 58. *Tournef. inſt.* 658. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 262.
Cajous *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 336.
Acajaiba & Acajuiba. *Marcgr. braſ.* 94.
Caſchou. *Mer. ſur.* 16. *t.* 16. *fig. opt.*
Kapa-mava. *Rheed. mal.* 3. *p.* 65. *t.* 54. *opt.*
Creſcit in Malabaria, Surinama, Braſilia, *&c.*
Hic ſingularem Baccæ vel potius drupæ ſpeciem exhibet natura, ubi ſemen ſeu nux ipſi baccæ externe inſidet, fere ut in Fragaria, modo Fragaria conſideretur ut bacca, Anacardium ut drupa.
Facile omni anno excreſcit apud nos e ſeminibus, ſed raro hyemem perdurat.

MELASTOMA. *g. pl.* 355. & 363.

1. MELASTOMA foliis ovato-lanceolatis crenatis, nervis quinque longitudinalibus: extimis obſoletioribus.
Groſſularia plantaginis folio anguſtiore hirſuto. *Plum. ſpec.* 18
Acinodendron americanum pentaneuron, foliis craſſis hirſutis ad ambitum rarioribus ſerris, ex inſula jamaica. *Pluk. mant.* 4.
Groſſulariæ fructu non ſpinoſa, malabathri foliis longa & rufa lanugine hirſutis, fructu majore cæruleo. *Sloan flor.* 165 *hiſt.* 2. *p.* 85. *t.* 197. *f.* 2.
Frutex baccifer braſilienſis, fructu racematim congeſto myrtilli. *Raj. hiſt.* 1636.
Chriſtophoriana americana, malabathri foliis acuminatis nervoſis dentatis. *Pluk. alm.* 98. *t.* 159. *f.* 1. *bona.*
Texhvatl. *Hern. mexic.* 413.
α Groſſulariæ fructu arbor maxima non ſpinoſa, malabathri folio maximo inodoro, flore racemoſo albo. *Sloan. flor.* 164 *hiſt.* 2. *p.* 84. *t.* 196. *f.* 1.
Creſcit in locis ſylvoſis montoſis Jamaicæ, Surinamæ, Braſiliæ, Mexicæ, *&c.*
Quantum ex ſpeciminibus ſiccis concludere licet, videtur mihi α modo hujus plantæ varietas, licet hirſuta non ſit & colore magis griſea.

2. MELASTOMA foliis ovato-lanceolatis integerrimis: ſubtus ſericeis: nervis ante apicem coeuntibus.
Groſſularia americana, plantaginis folio ampliſſimo. *Plum. ſpec.* 18.
Arbor ſyrinamenſis, canellæ folio maximo utrinque glabro. *Pluk. alm.* 46. *t* 249. *f.* 5.
Arbor americana, ampliore folio trinervi inferius alba lanugine incano. *Pluk. alm.* 40. *t.* 250. *f.* 2.
Arbor racemoſa braſiliana, foliis malabathri. *Breyn. cent.* 3. *t.* 2. 4. *Raj. hiſt.* 1648.
Acinodendron americanum, ampliore folio trinervi, inferius alba lanugine incano maximo utrinque glabro. *Pluk. mant.* 4.
Pomifera braſilienſis, fructu rotundo cum pulpa molli polypyreno. *Raj. hiſt.* 1501.
Muiva. *Marcgr. braſ.* 117.
Creſcit & hæc in Surinamæ, Jamaicæ, Braſiliæque *collibus ſylvoſis.*
Diſtinxerunt hujus generis ſpecies Botanici in plures, quam quæ re ipſa ſunt.

3. MELASTOMA foliis lanceolatis utrinque glabris: nervis tribus ante baſin coeuntibus.
Arbor americana quinquenervia, comantibus floſculis, foliis ampliſſimis glabris pronâ parte albicantibus. *Pluk. phyt* 249. *f.* 5. *figura tenus.*
Creſcit in America.

4. MELASTOMA foliis lanceolatis: nervis tribus longitudinalibus: ſubtus glabris coloratis.
Creſcit in America.
Melaſtoma Burm. & Acinodendron Gronov. Pluk. genere conjungi debere dictitat facies, nec multæ repugnant notæ characteriſticæ, forte convenirent ſi in ſolo natali examinari poſſent.

CLETHRA. *g. pl.* 354.

1. CLETHRA.
Alnifolia americana ſerrata, floribus pentapetalis albis, in ſpicam diſpoſitis. *Pluk. alm.* 18. *t.* 115. *f.* 1. *Catesb. orn.* 66. *t.* 66.
Creſcit in ſubhumidis Virginiæ & Carolinæ.
Qui fructum videre poſſunt examinent utrum conveniat cum Pyrola, nec ne; ſi conveniat debet hoc genus cum Pyrolis combinari, licet hæc magna ſit arbor, foliisque exacte alni.

PYROLA. *g. pl.* 345.

1. PYROLA foliis ſubrotundis, ſcapo racemoſo.
Pyrola ſtaminibus & piſtillis declinatis. *Fl. lapp.* 169.
Pyrola rotundifolia major. *Bauh. pin.* 191. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 504. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Pyrola vulgatior. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 116.
Pyrola. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 535. *Dalech. hiſt.* 841. *Lob. hiſt.* 157. *Dod. pempt.* 137.
Creſcit in nemoribus, ſylveſtribus, duris, ſabuloſisque Angliæ, Belgii, Auſtriæ, Daniæ, Germaniæ, *& copioſiſſime in* Suecia.

ANDROMEDA. *g. pl.* 344.

1. ANDROMEDA foliis ovatis acutis crenulatis planis alternis, floribus racemoſis.
Vitis idæa americana, longiori mucronato & crenato folio, floribus urceolatis racemoſis. *Pluk. alm.* 391.

Vitis

Vitis idæa folio & facie, unedonis flore americana. *Pluk. phyt.* 236. *f.* 3.
Creſcit in Virginia, *unde a D. D. Gronovio communicata.*

2. ANDROMEDA foliis alternis lanceolatis, margine reflexis. *Fl. lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3.
Ledum paluſtre noſtras, arbuti flore. *Raj. ſyn.* 472.
Polifolia. *Buxb. act.* 2. *p.* 345.
Erica humilis, roſmarini foliis, unedonis flore, capſula ciſtoide. *Pluk. alm.* 136. *t.* 175. *f.* 3.
Vitis idææ affinis, polifolia montana. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 527.
Creſcit in ſylva Harcynia *& in Monte* Pilati, *in omnibus vero paludibus ceſpitoſis per totam* Sueciam, Lapponiam & Finlandiam *vulgaris eſt.*

3. ANDROMEDA foliis linearibus obtuſis ſparſis. *Fl. lapp.* 164. *t.* 1. *f.* 5.
Erica lapponica, camarinnæ folio. *Petiv. hort.* 244.
Creſcit vulgatiſſima in alpibus Scandinaviæ, Weſtrobothniæ *ſcilicet*, Dalekarliæ, Finmarchiæ *ubique.*
Singularis eſt ſpecies in hoc genere, quæ gaudet floribus cæruleis, quod admodum rarum.

4. ANDROMEDA foliis acerosis confertis. *Fl. lapp.* 165. *t.* 1. *f.* 3.
Creſcit in Alpibus Lapponicis *vulgatiſſima.*

5. ANDROMEDA foliis triquetre imbricatis obtuſis, ex alis florens. *Fl. lapp.* 166. *t.* 1. *f.* 4.
Creſcit in Alpibus Lapponicis *prope* Wallivari, *alias rariſſima.*
Variat caule quadrangulo.

ARBUTUS. *g. pl.* 343.

1. ARBUTUS caule erecto, foliis glabris ſerratis.
Arbutus folio ſerrato. *Bauh. pin.* 460. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 216.
Arbutus, Comarus theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 83.
Arbutus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 47. *Lob. hiſt.* 571. *Dalech. hiſt.* 195. *Dod. pempt.* 804. *Cæſalp. ſyſt.* 103.
Arbutus vulgaris. *Barr. rar.* 123. *t.* 674.
a Arbutus oblongo & acuto fructu. *Barr. rar.* 123. *t.* 673.
Creſcit in ſylvis & dumetis Siciliæ, Italiæ, Galliæ Narbonenſis & Hiberniæ *occidentalis paſſim, vaſtiſſimæ autem arbores in monte* Atho.
Hæc ſpecies ſeminibus numeroſis gaudet intra fructum tuberculis aſperſum, quod in reliquis non obtinet.

2. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerratis. *Fl. lapp.* 161.
Vaccinia rubra, foliis myrtinis criſpis. *Raj. ſyn.* 457.
Vitis idæa, foliis oblongis albicantibus. *Bauh. pin.* 470. *Tournef. inſt.* 608.
Vitis idæa, fructu nigro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 519. *non figura.*
Vitis idæa. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 61.
Creſcit in Alpibus Walliæ, *in monte* Sneberg, *ſed copioſiſſime omnium in* Alpibus Lapponicis & Dalekarlicis *eandem legi, ubi in ſiccis jugis vix alia ſæpe planta.*

3. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Fl. lapp.* 162. *t.* 6. *f.* 3.
Uva urſi. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 63. *Tournef. inſt.* 599.
Vitis idæa foliis carnoſis & veluti punctatis, ſive idæa radix dioſcoridi. *Bauh. pin.* 470.
Creſcit vulgatiſſima in ſteriliſſimis ſylvis Sueciæ.

4. ARBUTUS foliis lanceolatis integerrimis hirſutis.
Staphylodendron africanum, folio lanuginoſo roſmarini latiori. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 235.
Creſcit in Africa.
Frutex eſt altitudinis humanæ; ramis tenuibus, exaridis, tuberculatis ex cicatricibus foliorum deciduorum; Folia verſus ſummos ramos perennia, lanceolata, integerrima, pubeſcentia, ſubtus venis reticulata, mollia, erecta, petiolis breviſſimis, alterna.
Florem vidimus in Gazophylacio Dilleniano inter plantas ſiccas, qui hujus generis eſſe omnino ſuaſit; accedit dein, quod non ſit Andromedæ ſpecies, fructus edulis niger ſeu bacca. Corolla, ſi recte memini, etiam hirſuta & nigricans erat, quod in hoc genere ſingulare.

DIGYNIA.

DIANTHUS. *g. pl.* 364.

1. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis.
Caryophyllus hortenſis. *Raj. hiſt.* 986. *Beſl. eyſt. æſt. p.* 180. *f.* 2.
Caryophyllus hortenſis ſimplex, flore majore. *Bauh. hiſt.* 208. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 561. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 9. *Boerh. lugdb* 1 *p.* 217.
Betonica coronaria ſive Caryophyllus, flore ſimplici, ſativus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 328.
Tunica hortenſis varia ſimplex & plena. *Rupp jen.* 93.
Flos gariofilus. *Cæſalp. ſyſt.* 253.
Caryophylleus flos ſimplex. *Dod. pempt.* 174.
α Caryophyllus pleno flore. *Bauh. pin.* 207. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 1, 2.
Caryophyllus. *Lob. hiſt.* 242.
Caryophyllus. *Beſl. eyſt. æſt. p.* 176. *f.* 1; *p.* 177. *f.* 1; *p.* 178. *f.* 1; *p.* 179. *f* 1, 3; *p.* 180. *f.* 1, 3
Caryophylleus flos major & multiplex. *Dod. pempt.* 174 *f.* 1, 2.
Betonica coronaria. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 327. *f.* 1, 2, 3.
β Idem flore pleno ex ſolis ſquamis calycinis longiſſime imbricatis.
Creſcere putat Rajus in Italia.
Quod hæc planta ſit varietas alius cujusque demum ſpeciei, per culturam exaltatæ, dico uſquedum mihi oſtendatur locus natalis ſylveſtris; Ex qua autem ſpecie orta ſit, utrum ſcilicet ex ſecunda vel tertia facile non ſtatuerem, antequam quid in iis cultura faciat expertus ſim; Hoc tamen certum, adeo affines eſſe ſequentes duas cum hac, ut vix notæ pro differentia ſufficiant.
Variat immenſe petalorum colore, magnitudine, multiplicatione, ut duas ſimiles reperire difficilius ſit quam diverſas; Ex hiſce varietatibus integram condidere ſcientiam artis amatores, ex qua Botanicorum ſecta cum non ſim, me ab iis recenſendis excipio.
Singularis præ reliquis eſt varietas β. quæ conſtituit ſingularem ſpeciem plenitudinis & qualem vix novi aliam ullam: ſquamæ enim iſtæ quatuor calycinæ multiplicantur vigeſies & imbricatim ſibi invicem incumbunt, nec tamen majores factæ, conſtituuntque ſpicam quadragonam digiti longitudinis. Raro ex apice profert florem magnum ſimplicem.
Duplex piſtillum interdum longiſſimum evadit, quod dum fit revolvitur in ſpiram, ceteroquin actus floreſcentiæ, ſeu generationis, in caſſum rueret; cavendum etiam ne hæc nota habeatur pro ſpecifica, quæ omnino variat, ex ſeminibus enim ab una eademque planta collectis enatæ ſunt filiæ & piſtillis longiſſimis & quæ brevibus gaudebant.

2. DIANTHUS petalis multifidis. *Fl. lapp.* 170.
Caryophyllus ſylveſtris alter, flore laciniato carneo. *Beſl. eyſt. æſt.* 182. *f.* 1.
Caryophyllus ſylveſtris 6. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 284.
Caryophyllus minor alter. *Dod. pempt.* 175.
Betonica coronaria, tenuiſſime diſſecta ſive caryophyllea ſuperba elatior vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 331.
Creſcit in pratis cæduarum ſylvarum in parum ſubhumidis ſimulque ſterilibus Auſtriæ circa Viennam, *in montibus* Genevæ, *prope* Weiſſenberg *oppidum Franconiæ, juxta* Kemi *ad apicem ſinus Bothnici in Oſtrobothnia.*

3. DIANTHUS floribus fere ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis, corollis crenatis.
Caryophyllus minor repens noſtras. *Raj. hiſt.* 988. *deſcr. Dill. elth.* 412.
Caryophyllus ſimplex ſupinus latifolius. *Bauh. pin.* 332.
Betonica coronaria ſive Caryophyllus minor, flore viridi nigricante, repens, flore argenteis punctis notato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 329. *deſcr. bona.*
Creſcit in pratis ſabuloſis Sueciæ, *præſertim inferioris vulgatiſſima, maxime ſi formicarum acervus adſtet. Creſcit & in* Gallia, Anglia, Germania, Dania.
Rami adeo procumbunt ac ſi pondere terram verſus depreſſi eſſent, ex apice proferentes unum, duos, tres, rarius quatuor flores propriis pedunculis, longitudine ad minimum calycis aſcendentibus inſidentes, qui petalis omni nocte vel accedente pluvia clauduntur.
In hortis plantata major evadit, folia duplo majora molliora flaccidiora, præſertim in caule majora producit.

4. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubulatis longitudine tubi.
Caryophyllus ſinenſis ſupinus, leucoji folio, flore vario. *Tournef. act.* 1705. *p.* 348. *t.* 5. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 219.
α Caryophyllus ---- flore rubro. *Boerh.*
β Caryophyllus ---- flore albo. *Boerh.*
γ Caryophyllus ---- flore pleno. *Boerh.*
Creſcit in China.

5. DIAN-

5. DIANTHUS floribus faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis longitudine tubi.
Caryophyllus barbatus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 208. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 219.
Caryophyllus barbatus ſylveſtris annuus anguſtifolius, perpaucis capitulis donatus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 563. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 20.
Armeria ſylveſtris altera, calyculo foliolis faſtigiatis cincto. *Raj hiſt.* 991.
Viola barbata anguſtifolia. *Dalech. hiſt.* 310. *Bauh. hiſt.* 335.
Creſcit in pratis & paſcuis Angliæ.

6. DIANTHUS floribus faſciculatis, ſquamis calycinis ſubovatis apice ſubulatis longitudine tubi.
Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius. *Bauh. p.* 208. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 563. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 18. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 218.
Caryophyllus carthuſianorum 1. *Tabern. hiſt.* 2. *p.* 2.
Thyrſis. *Reneal. ſpec.* 47.
α Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius, flore albo. *Boerh.*
β Caryophyllus - - - flore variegato. *Boerh.*
γ Caryophyllus - - - hortenſis, flore carneo. *Boerh.*
δ Caryophyllus barbatus, flore multiplici. *Bauh. pin.* 208.
ε Caryophyllus - - - albo. *Tournef. inſt.* 332.
ζ Caryophyllus - - - roſeo. *Tournef.*
η Caryophyllus barbatus hortenſis anguſtifolius. *Bauh. pin.* 209.
Armerius, ſimplici flore, pannonicus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 286.
Armerius flos alter. *Dod. pempt.* 176.
ϑ Caryophyllus barb. hort. anguſtif. colore niveo. *Boerh.*
ι Caryophyllus - - - - purpurascente, oris albis. *Boerh.*
κ Caryophyllus - - - flore verſicolore in eodem ramulo. *Boerh.*
Creſcit in collibus petroſis aſperis ſaxoſis ſabuloſis & apricis referente Geſnero. Videtur longe multa habere cum antecedenti ſpecie communia, & inquirendum an culturæ mangonio ex eadem producta ſit.
Varietas iſta β ſingularis eſt, quæ communiter in eodem faſciculo triplicis coloris flores producit, non Mirabilis inſtar mutabiles, ſed colore conſtantes, quod plane ſingulare.

7. DIANTHUS floribus compoſitis in capitulum ovatum, ſquamis calycinis ovatis obtuſis maximis.
Caryophyllus barbatus ſylveſtris annuus latifolius, multis capſulis ſimul junctis donatus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 563. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 21.
Caryophyllus ſylveſtris prolifer. *Bauh. pin.* 209.
America prolifera lobelii. *Raj. hiſt.* 990.
Betonica coronaria ſquamoſa ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 335.
Creſcit in paſcuis ſterilioribus Germaniæ, Galliæ, Italiæ & Siciliæ *frequens & in* Madera *Americes ad urbem Funchal.*
Nomen Caryophylli commune eſt cum duplici genere, retineatur itaque in aromatica arbore, & officinali, ac excludatur hic conſentiente Dillenio & Ruppio. Tunicæ *nomen introductum in loco Caryophylli non placet, cum tunica vulgo ſumatur pro veſtimento, medicis pro tegumento corporis. Inter ſynonyma nulla reperio apta præter Theophraſti nomen, huic generi, ut creditur, impoſitum, Flos Jovis ſeu Dios anthos dictum; cum autem Lioſanthos parum dure exprimatur, Dianthum per compendium dico. Dianthos dici poteſt hoc genus (præſertim prima ſpecies) ſeu flos jovis vel divinus ob ſummam odoris præſtantiam, coloris varietatumque ſuperbiam, quodque inſtar divini quid hoc tempore æſtimetur ab Hortulanis.*

SAPONARIA. *g. pl.* 365.

1. SAPONARIA foliis ovato-lanceolatis, calycibus cylindraceis.
Saponaria major lævis. *Bauh. pin.* 206.
Saponaria major. *Dalech. hiſt.* 822.
Saponaria vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 346.
Saponaria vulgaris ſimplex & multiplex. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 547. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 52.
Saponaria. *Cæſalp. ſyſt.* 256. *Dod. pempt.* 179. *Lob. hiſt.* 170.
Lychnis ſaponaria dicta *Raj. ſyn.* 335.
Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgo. *Tournef. inſt.* 336. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 212.
α Saponaria flore pleno. *Corn. canad.* 209.
β Saponaria concava anglica. *Bauh. pin.* 206. *p.* 103. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 548. *ſ.* 5. *t.* 22. *f.* 52.
Lychnis ſaponaria concava anglica. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 212.
Lychnis ſaponaria dicta, folio convoluto. *Raj. ſyn.* 339.
Gentiana folio convoluto. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 521.
Gentiana concava anglica. *Barr. rar. t.* 92.
Creſcit in Hollandia, Anglia occidentali, Gallia, Genevæ, *&c. juxta foſſas & fluvios in apricis & arenoſis.*
Inter varietates omnes quæ natura ludendo producit non infima eſt illa β; in hac enim præter

quod folia concava & convoluta fiant, fit ipſa corolla, alias pentapetala, omnino polypetala, ut ſi quis eam pro varietate nollet aſſumere, quod tamen certo certius eſt, deberet ex ea diſtinctum conſtituere genus.

2. SAPONARIA foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus, calycibus pyramidatis anguloſis.
Vaccaria. *Dod. pempt.* 104. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 357.
Lychnis ſegetum, Vaccaria dicta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 542. *ſ.* 5. *t.* 21 *f.* 27.
Lychnis ſegetum rubra, foliis perfoliatæ. *Bauh. pin.* 204. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 212.
Iſatis ſylveſtris, Vaccaria dicta, Thamecnemon cordi. *Lob. hiſt.* 190.
Iſatis ſylveſtris lobelii, Vaccaria pallida. *Dalech. hiſt.* 500.
Creſcit inter ſegetes Montbelgardi, Genevæ, Monſpeliis, Jenæ, Giſſæ, *&c.*

3. SAPONARIA foliis lanceolatis, calycibus campanulatis angulatis.
Spergula multiflora, floribus inferioribus ſaponariæ, ſuperioribus Behen ſimilibus. *Dill. elth.* 368. *t.* 276. *f.* 357.
Lychnis orientalis, ſaponariæ folio & facie, flore parvo & multiplici. *Tournef. cor.* 24. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 212.
Creſcit in Hiſpania & Oriente.

4. SAPONARIA caule ſimplici, foliis linearibus, ex alis foliorum confertis teretibus.
Lychnis hiſpanica, kali folio, multiflora. *Tournef. inſt.* 338. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 214.
Kali vermiculatum, albo globoſo flore. *Barr. ran.* 64 *t.* 119. *Bocc. muſ.* 2. *t.* 122.
Creſcit in locis ſaxoſis glareoſis & alvis torrentium exſiccatis in Hiſpania.

5. SAPONARIA caule ſimplici, foliis ſubulatis planis, ex alis ramuloſa.
Lychnis alpina linifolia multiflora, perampla radice. *Tournef. inſt.* 338 *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 214. *Scheuh. alp.* 137.
Lychnis alpina glabra, caryophylli holoſtei folio. *Moriſ. bleſ.* 282.
Caryophyllus alpinus, craſſo linariæ folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 123.
Creſcit in alpibus Rhæticis, *petris inſidens.*
Habet magnam cum antecedenti ſimilitudinem.

6. SAPONARIA caule dichotomo, foliis ſubulatis planis.
Lychnis ſylveſtris minima, exiguo flore. *Bauh. pin.* 206. *prod.* 103.
Creſcit circa Monſpelium *in pede montis, qui eſt prope Boutcnet.*
In hoc genere calyx variat, nunc teres apice dentatus, nunc pyramidatus, nunc campanulatus, nunc quinquepartitus; fructus in aliis globoſus, in aliis oblongus; non diſtingui tamen debere in duo genera docent collatæ inter ſe fructificationes, quæ limites non admittunt, præterquam graduales.

SCLERANTHUS. *g. pl.* 366.

1. SCLERANTHUS.
Knawel. *Dod. pempt.* 115. *Dill. giſſ.* 87. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 93. *Raj. ſyn.* 159.
Knawel folio & flore viridi. *Rupp. jen.* 76.
Polygonum germanicum vel Knawel germanorum. *Raj. hiſt.* 213.
Polygonum, germanis Knawel. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 594. *ſ.* 5. *t.* 29. *f* 6.
Polygonum tertium dodonæi ſive tenuifolium. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 377.
Polygonum, anguſtiſſimo & acuto vel gramineo folio, minus repens. *Bauh. pin.* 281.
Alchimilla ſupina, gramineo folio, minore flore. *Tournef. inſt.* 508.
Polycarpum. *Dalech. hiſt.* 444.
Saxifraga anglica. *Lob. adv.* 183. *Dalech. hiſt.* 1112.
α Knawel incanum, flore majore, perenne. *Raj. hiſt.* 213. *ſyn.* 160. *t.* 5. *f.* 1.
Knawel folio & flore albicante. *Rupp. jen.* 76.
Alchimilla gramineo folio, majore flore. *Tournef. inſt.* 509. *Vaill. pariſ.* 4. *t.* 1. *f.* 5.
Polygonum cocciferum. *Bauh. pin.* 281. *ſec. Rupp.*
Polygonum polonicum cocciferum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 378.
β Knawel majus. *Dill. giſſ.* 87.
Alchimilla erecta, gramineo folio, minore flore. *Tournef. inſt.* 508.
Polygonum, gramineo folio, majus erectum. *Bauh. pin.* 281.
Creſcit in Suecia, Dania, Polonia, Germania, Anglia, Gallia.
Variat a loco: in campis exaridis glareoſis, ubi primarius ejus locus natalis, eſt planta breviſſima, ramoſiſſima, diffuſa, cinerea. In agris inter ſegetes triplo quadruplo altior, viridis, tenera, flaccida; ad aquas viridis, alta, erecta; in hortis magna, fere erecta, minus ramoſa.
Knawel verbum eſt barbarum, mihi maxime paradoxum, dicunt alii Belgicum, alii Germanicum eſſe, attamen ego nec in Germania nec in Belgio ſciſcitare potuerim, quid ſibi vellet, nec alterutra natio hoc agnoſcere voluit. Quæſivi quondam ab incomparabili iſto Philologo ol: Rudbeckio radicem vocis, qui regeſſit ſe neſcire, niſi fractum fuiſſet a Gnaphalio, cum quo ex ſono & literis radicalibus conveniret. Dodonæus in editione latina non Knawel ſed Knäwel ſeu Knaewel ſcribit. Knäwel eſt verbum ſuecum & in inferioribus Sueciæ provinciis inter vulgum frequens, idemque ſonat

ſonat ac Diäwel, mutata modo dialecto, & Diabolum ſignificat, hinc ſuſpicio mihi oritur quod aliquis peregrinans Suecus per jocum dixerit plantam ſic vocari in patria, & originis ignarus alter ſevere hoc aſſumſerit Botanicus aliquis.

Cum mihi non placeat Knäwel, dixi plantam Scleranthum ſeu florem cinereum vel incanum a colore florum ſingulari, & paucis plantis communi.

MITELLA. *g. pl.* 367

1. MITELLA ſcapo diphyllo.
Mitella americana, florum petalis fimbriatis. *Tournef. inſt.* 242. *Boerh. lugdb.* 242.
Cortuſa americana altera, floribus minutim fimbriatis. *Menz. pug. t.* 10. *Raj. hiſt.* 1085.
Cortuſa americana, ſpicato flore, petalis fimbriatis. *Herm. lugdb.* 661. *parad.* 130.
Cortuſa americana, flore ſpicato ſtellato. *Raj. hiſt.* 1085.
Sanicula ſeu Cortuſa indica, flore ſpicato fimbriato dodarti. *Raj. hiſt.* 1085.
Sanicula ſeu Cortuſa americana altera, flore minuto fimbriato. *Vall. pariſ.* 161.
Sanicula montana ſeu Cortuſa americana, ſpicato herbaceo flore. *Jocq. pariſ.* 115.
Creſcit in America.
Scapus plantæ ſimpliciſſimus, filiformis, nudus, niſi quod in medio gerat folia duo, oppoſita, fere ſeſſilia, lacinulata & inæqualiter ſerrata. Flores per ſummam partem ſcapi alterni, pedunculis parvis ſimplicibus & propriis. Flos campanulatus; petala quinque, calyci inſerta, ciliata undique; ſtamina decem, breviſſima, calyci inſerta.

2. MITELLA ſcapo nudo.
Mitella americana, florum petalis integris. *Tournef. inſt.* 242. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 207.
Cortuſa americana, flore ſpicato, petalis integris. *Herm. parad.* 129. *lugdb.* 661.
Cortuſa indica vel hedera terreſtris. *Stap. theoph.* 366. *Raj. hiſt.* 1085.
Sanicula montana americana repens. *Vall. pariſ.* 161.
Sanicula montana peregrina, ſeu Cortuſa americana. *Joncq. pariſ.* 115.
Creſcit in America.
Scapus plantæ ſimpliciſſimus, filiformis, totus nudus; Folia radicalia antecedentis ſimillima. Flores in ſumma parte ſcapi, alterni, pedunculis parvis ſimplicibus & propriis. Flos patulus, Petala lanceolata, utrinque acuminata, calyce paulo longiora, plana, patentia. Stamina decem, filiformia, ſuperne latiora, erecta, corolla longiora. Antheræ ſubrotundæ. Germen ovato-acuminatum, bipartitum, ſed connivens, deſinens in totidem ſtylos, quorum alter altero brevior, ambo ſtaminibus breviores; ſtigmata acuta, erecta. Ergo non varietas antecedentis.

SAXIFRAGA. *g. pl.* 368.

1. SAXIFRAGA foliis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granuloſa.
Saxifraga alba, radice granuloſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 706.
Saxifraga rotundifolia alba. *Bauh. pin.* 339. *Tournef. inſt.* 252. *Boerh. lugdb.* 222.
Saxifraga alba. *Dalech. hiſt.* 1113. *Dod. pempt.* 316.
Saxifraga alba chelidonides. *Lob. hiſt.* 335.
Thelygono affinis. *Cæſalp. ſyſt.* 338.
Sedum bicorne album rotundifolium erectum, radice granuloſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 479. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 23.
a Saxifraga rotundifolia alba, pleno flore. *Boerh.*
Creſcit in omnibus Auſtriæ *&* Stiriæ *alpibus; in pratis montoſis & ſiccioribus Angliæ, Germaniæ & in Sueciæ frequentiſſima.*

2. SAXIFRAGA foliis palmatis, caule ſimplici unifloro. *Fl. lapp.* 172. *t.* 2. *f.* 4.
Creſcit in Alpibus Lapponicis *vulgatiſſima.*
Diſtinctiſſima eſt ſpecies, & a Saxifraga ad folia bulbos gerens C. B. *diverſiſſima, uti ex collatis ſpeciminibus Sherardianis patuit.*

3. SAXIFRAGA foliis reniformibus acute crenatis, caule ramoſo folioſo.
Geum rotundifolium majus. *Tournef. inſt.* 251. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 222.
Sedum montanum ſerratum album, hederaceo folio, majus, guttato flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 477. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 10.
Sanicula montana rotundifolia major. *Bauh. pin.* 243.
Sanicula alpina guttata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 707.
Sanicula montana 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 307.
Caryophyllata; ſive Geum alpinum penæ. *Dalech. hiſt.* 687.
Creſcit in Alpibus Helveticis, Auſtriacis, Styriacis, *in montibus* Jura *&* Saleva *prope Genevam.*

4. SAXIFRAGA foliis cordato-ovalibus crenatis emarginatis, caule nudo.
Geum rotundifolium minus. *Tournef. inſt.* 251.

Sanicula montana rotundifolia minor. *Bauh. pin.* 243.
Saniculæ montanæ alterius ſpecies 2. *Cluſ. hiſt.*, 1. *p.* 307.
Sedum montanum ſerratum rotundifolium album, guttato flore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 477.
α Geum folio circinato, piſtillo floris pallido. *Tournef. inſt.* 251. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 222. *Magn. hort.* 87. *t.* 87.
Cotyledon ſive Sedum ſerratum latifolium montanum, guttato flore. *Raj. hiſt.* 1046.
Sedum montanum rotundifolium minus album, flore albo guttato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 12.
β Geum folio ſubrotundo minori, piſtillo floris rubro. *Tournef. inſt.* 251. *Magn. hort.* 88. *t.* 88.
Sanicula montana crenata, umbilico rubro. *Herm. lugdb.* 534.
γ Geum folio oblongo crenato, fructu & caulibus ruberrimis, flore pallido rubris guttalis aſperſo. *Boerh.*
δ Sanicula montana rotundifolia minor hiſpanica. *Raj. hiſt.* 1047.
Creſcit in Alpibus Helveticis *& montibus* Hiberniæ.
Satis obſcure diſtincta eſt hæc ab authoribus, nec figura bona data. Folia radicalia omnia ovalia, baſi ut folium cordatum emarginata, per ambitum crenata, lacinulis rotundatis obtuſiuſculis fere imbricatis, æqualibus, exceptâ ſumma in apice breviore, ut folium quaſi emarginatum conſpiciatur. Scapus *nudus, ramoſus & paniculatus. Corolla alba ſæpius punctata, obtuſa. Foliorum figura etiam variat, datur enim planta foliis magis oblongis ad baſin non emarginatis, datur & foliis exacte orbiculatis baſi emarginatis.*

5. SAXIFRAGA foliorum marginibus cartilagine crenatis.
Saxifraga foliis radicalibus in orbem poſitis ſerraturis cartilaginoſis. *Fl. lapp.* 177.
Saxifraga ſedi folio anguſtiore ſerrato. *Tournef. inſt.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 222.
Cotyledon media, foliis oblongis ſerratis. *Bauh. pin.* 285.
Sanicula montana crenata, folio longiore, pediculo folioſo. *Pluk. alm.* 331. *t.* 222. *f.* 1.
Sedum ſerratum album bicorne, longiore folio, marginibus argenteis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 20.
Sedum montanum roſeum ſerratum, flore guttato. *Barr. rar. t.* 1311, 1312, 1309, 373.
Phyllon prius. *Cæſalp. Jyſt.* 337.
α Saxifraga foliis ſubrotundis ſerratis. *Tournef.*
Cotyledon minor, foliis ſubrotundis ſerratis. *Bauh. pin.* 285. *prod.* 133. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 690.
Sedum montanum roſeum ſerratum, foliis ſubrotundis. *Barr. rar.* 1310.
β Sedum ſerratum album bicorne, breviori folio marginibus argenteis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 19.
Cotyledon altera 4, ſive matthioli. *Cluſ hiſt.* 2. *p.* 64.
Cotyledon media, foliis ſubrotundis. *Bauh. pin.* 285.
γ Phyllum thelegonum. *Dalech. hiſt.* 1195.
δ Saxifraga, ſedi folio, flore albo, multiflora. *Tournef.*
ε Saxifraga, ſedi folio, pyrenaica ſerrata. *Tournef.*
Creſcit in Alpibus Helveticis, Auſtriacis, Stiriacis, Lapponicis *aliisque locis præruptis.*
Qui attendit ad ſtructuram, ad attributa ſpeciei propria, facile perſpiciet nimium diſtinctas fuiſſe varietates; in Hortis noſtris adhuc omni anno longe plures obviæ ſunt varietates, quam in alpibus.

6. SAXIFRAGA foliis omnibus trilobis baſi anguſtis, caule erecto. *Fl. lapp.* 173.
Saxifraga verna annua humilior. *Tournef. inſt.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 223.
Sedum tridactylites tectorum. *Bauh. pin.* 285. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 479. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 31.
Tridactylites tectorum, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 763.
Sanicula aizoides tridactylites murorum. *Pluk. alm.* 331.
Paronychia altera. *Dod. pempt.* 113.
Paronychia altera, rutaceo folio. *Lob. hiſt.* 249. *Dalech. hiſt.* 1214.
α Saxifragia alba petræa. *Pon. bald.* 337.
Sedum tridactylites alpinum majus album. *Bauh. pin.* 284. *prod.* 131. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 479. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 28.
Creſcit in Alpibus Lapponicis *aliisque; in* Suecia, Anglia, Gallia, Germania, *in collibus, muris, tectis.*
In ſiccis collibus & petris gerit figuram a Lobelio, Dodonæo & Dalechampio depictam; in tectis & rimis petrarum umbroſis & pinguibus uti a Moriſono f. 31; *in alpibus, inter Lapides & petras in ſubhumidis umbroſis, uti Moriſonus f.* 28. *Dum plantæ folia exſiccantur ab aëre calido rubeſcunt in hac ſpecie.*

7. SAXIFRAGA procumbens, foliis linearibus integris & trifidis.
Saxifraga muſcoſa, trifido folio. *Tournef. inſt.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 223.
Sedum alpinum, trifido folio. *Bauh. pin.* 284. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 479 *ſ.* 12. *t.* 9 *f.* 26.
Sedis affinis triſulca alpina, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 696. *deſc. & 762 fig. ultima.*
Creſcit in monte Jura, Sneberg, *in montibus Britannicis, Cornubiæ,* Cambro-britanniæ, Weſtmorlandiæ, Eboracenſium.

TRI-

TRIGYNIA.

MALPIGHIA. *g. pl.* 258.

1. MALPIGHIA foliis ovatis integerrimis glabris.
Malpighia mali punici facie. *Plum. gen.* 46.
Ceraſus americana, myrti conjugatis foliis, fructu acerbo tetrapyreno. *Pluk. alm.* 94. *t.* 157. *f.* 4.
Ceraſus jamaicenſis, fructu tetrapyreno. *Comm. hort.* 1. *p.* 145. *t.* 75.
Ceraſus curaſſavica, fructu tetrapyreno. *Kigg. beaum.* 12.
Arbor baccifera, folio ſubrotundo, fructu ceraſino ſulcato rubro polypyreno, officulis canaliculatis. *Sloan. flor.* 172. *hiſt.* 2. *p.* 106. *t.* 207. *f.* 2. *Raj. dendr.* 74.
Ceraſa americana. *Mer. ſur.* 7. *t.* 7.?
Creſcit in Curaçao, Surinama, *aliisque variis Americæ regionibus.*

BANNISTERIA. *g. pl.* 931.

1. BANNISTERIA foliis ovatis, ramis ramoſis, ſeminibus extrorſum tenuioribus, introrſum lacinulam emittentibus.
Acer ſcandens, convolvuli folio, flore ex auro coccineo. *Plum. ſpec.* 18.
Acer ſcandens minus, apocyni facie, folio ſubrotundo. *Sloan. flor.* 138. *hiſt.* 2. *p.* 27. *t.* 162. *f.* 2. *Raj. dendr.* 94.
Creſcit in Jamaicæ *collibus Red-hills dictis, ſecus ſemitam qua itur verſus Guanaboam ubique.*
Caulis ſcandens, tenuis; Folia ovata cum acumine, ſubtus villoſa, nitida, ſupra glabra. Ramus ex alis ſolitarius, foliis inſtructus, apice quaſi ex umbella proferens pedunculos plures, filiformes, ſimplices, unifloros, confertim infixos ſummitati rami. Semina ſingula erecta, angulo exteriore in aciem attenuato, interiore vero obtuſiore juxta piſtillum angulum parvum acutum membranaceum exerente; ad latera ſeminis utrinque, juxta baſin, tres denticuli appreſſi parvi conſpiciuntur.

2. BANNISTERIA foliis ſubovatis, ramis ramoſis, ſeminibus introrſum tenuioribus, nullam lacinulam emittentibus.
Banniſteria ſcandens & fruteſcens, folio ſubrotundo. *Houſt.*
Creſcit in America.
Antecedenti ſimillima eſt, ſed folia magis obtuſa, ſummi rami floriferi, paniculati & margo interior alati ſeminis acutus, exterior vero obtuſus, contraria plane ac in antecedenti methodo, nec ullum denticulum exſerit, præter denticulos laterales ad baſin.

3. BANNISTERIA foliis ovatis, ramis dichotomis, ſeminibus extrorſum tenuioribus, introrſum lacinulam emittentibus.
Creſcit in America.
Rami dichotomi, internodiis palmaribus; foliis ovatis, ſubtus hirſutis, ad bifurcationes oppoſitis, in diviſura ramorum excreſcit ovatum ſeſſile receptaculum commune, e quo pedunculi exeunt plurimi, uniflori, filiformes. Semina extrorſum acie inſtructa, introrſum vero margine obtuſo, ad baſin juxta ſtylum emittente angulum obtuſum & obſoletum; ad latus vero ſeminis e baſi conſpicitur lacinula ſimplex obtuſa minima.
Plantarum hanc familiam ſanctam deſtinabat Houſtonus memoriæ JOANNIS BANNISTERI *Angli, qui ante eum etiam vitam chariſſimam pro plantis dedit. Hic enim Virginiæ penetrans adyta, montesque rupesque ſcandens, ne quid abſconditum ab ejus induſtria ſe ſubduceret, infelici caſu titubat, decidit, conquaſſatur, miſere perit. Dicta itaque fuit planta americana ſcandens, fructu confracto, ſanguinolento.*

TRIOPTERIS. *g. pl.* 860.

1. TRIOPTERIS
Aceri vel Paliuro affinis, anguſto oblongo liguſtri folio, flore tetrapetalo herbaceo. *Sloan. hiſt.* 2. *p.* 27.
Creſcit in America.
Caulis tenuis, volubilis: Folia liguſtri, ovato-oblonga, glabra, utrinque viridia, ſuperne nitida, acuminata, oppoſita; petiolis brevibus.
Rami oppoſiti, ex ſingula ala folii ſinguli, tribus oppoſitionibus foliorum ornati, deſinentes ſæpius in parvam paniculam ſive aliquot pedunculos communes, ſæpius trifidos; ſingulo tali ramo plures inſident flores, propriis pedunculis inſtructi. Fructus ſingulus plana membrana eſt, triloba & acuta, in cujus centro ſemen acuminatum prominet, at conjunctis tribus fructibus, ab eodem flore productis, extant utrinque alæ.
Triopteris nomen eſt Plukenetii, a triplici ala, ut in ſemine plantæ, dictum.

GARIDELLA. *g. pl.* 369.

1. GARIDELLA.
Garidella foliis tenuiſſime diviſis. *Tournef. inſt.* 655. *Garid. prov.* 203. *t.* 39. *fig. opt. Boerh. lugdb.* 1. *p.* 283.
Nigellaſtrum raris & fœniculaceis foliis. *Magn. hort.* 143. *t.* 143.
Nigella cretica, folio fœniculi. *Bauh. pin.* 146. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 6.
Nigella cretica altera odorata tenuifolia. *Raj. hiſt.* 1071.
Oenanthe indica, ſemine cordato. *Barr. rar. t.* 1240. *fig. vitioſa.*
Creſcit circum Aix in Provincia, *& forte in* Creta.
Garidella dicta fuit per Tournefortium in honorem PETRI GARIDELLI, *de plantis provinciæ qui inclaruit.*

CUCUBALUS. *g. pl.* 371

1. CUCUBALUS caule ramoſo, floribus trigynis, fructu colorato globoſo.
Cucubalus plinii. *Dalech. hiſt.* 1429. *Tournef. inſt.* 339. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 71.
Cucubalum quibusdam vel Alſine baccifera. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 175.
Alſine ſcandens baccifera. *Bauh. pin.* 250.
Alſine repens major. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 183.
Alſine repens. *Dod. pempt.* 403. *Lob. hiſt.* 136. *f.* 3.
Planta recentiorum, Alſines majoris facie, baccis ſolani. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 5. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 7.
Creſcit in ſepibus & locis umbroſis Francofurti *ad mœnum*, *in* Italia, Gallia Narbonenſi *& agro* Salmanticenſi *frequens.*
Fructus hujus modo coloratus & ſucculentus effecit, quod Moriſonus eam Bryoniis & Tamis ſubjunxerit, Rajus Phyſalidibus, Tournefortius vero genere omnino diſtinxerit.

2. CUCUBALUS floribus trigynis, calycibus glabris, capſulis trilocularibus.
Cucubalus, calycibus ovatis, hermaphroditus. *Fl. lapp.* 180.
Beën album officinarum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 356.
Beën album ſive Polemonium. *Dod. pempt.* 172.
Polemonia. *Cæſalp. ſyſt.* 258.
Papaver ſpumeum vulgo, Behen album Monſpelienſium. *Lob. hiſt.* 184.
Melandryum plinii quorundam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 293.
Muſcipula pratenſis veſicaria. *Rupp. jen.* 100.
Lychnis ſylveſtris, quæ Beën album vulgo. *Bauh. pin.* 205. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Lychnis ſylveſtris perennis, quæ Beën album vulgo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 535. *ſ.* 5. *t.* 20. *f.* 1.
α Lychnis quæ Beën album vulgo, flore pallide incarnato. *Boerh.*
β Lychnis ſylveſtris: quæ Behen album, vulgo flore pleno. *Tournef. inſt.* 335.
γ Lychnis (Papaver ſpumeum) latifolia vulgaris hirſuta. *Moriſ. præl.* 283
δ Lychnis ſylveſtris, quæ Beën album vulgo, Anglicana procumbens. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 212.
Lychnis maritima repens. *Bauh. pin.* 205.
ε Lychnis Suecica, Behen album, folio, habitu, calyce ampliſſimis, Gumſepungar ſive ſcrotum arietis dicta. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
ζ Viſcago veſicaria cretica, parvo flore purpuraſcente. *Dill. elth.* 427. *t.* 317. *f.* 409.
Lychnis cretica, parvo flore, calyce ſtriato purpuraſcente. *Tournef. cor.* 24.
Creſcit in pratis ſiccioribus, agris inter ſegetes, locis ruderatis frequens in Gallia, Germania, Anglia, Smolandia *&* Norlandia *Sueciæ*, Lapponia.

3. CUCUBALUS floribus hermaphroditis pentagynis, capſulis unilocularibus, calycibus angulatis.
Ocimoides major. *Cæſalp. ſyſt.* 256.
Ocimoides majus. *Dalech. hiſt.* 682.
Ocimoides album multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 342.
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *Bauh. pin.* 204. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Lychnis ſylveſtris hirſuta perennis alba ſimplex vel multiplex, *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 541. *ſ.* 5. *t.* 21. *f.* 21.
α Lychnis alba multiplex. *Bauh. pin.* 211.
Creſcit in paſcuis & ad ſepes in Italia, Auſtria, Germania, Anglia, Dania, Suecia.
Differt maxime a ſequente, cui ceteroquin quodammodo ſimilis, flore hermaphrodito, calyceque magis globoſo & anguloſo.
Thalamus nivei nitoris eſt, at peracta venere, totum aulæum fuſco ſeu cinereo nigricante pulvere commaculatum vides.
Dicitur hæc Suecis Scrotum arietis ob calycem villoſum, at antecedens Scrotum Leporis ob glabritiem.

4. CUCUBALUS floribus trigynis erectis, fructibus pendulis, calycibus ſtriis decem criſpis notatis.
Viſcago hirſuta ſicula, lychnidis aquaticæ facie, ſupina. *Dill. elth.* 421. *t.* 312. *f.* 404.

Lychnis

Lychnis ſupina ſicula, calyce ampliſſimo ſtriato. *Tournef. inſt.* 336. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Creſcit in Creta.

5. CUCUBALUS floribus dioicis pentagynis.
Cucubalus caule compoſito, calycibus oblongo-ovatis. *Fl. lapp.* 182.
Melandryum plinii genuinum. *Cluſ hiſt.* 1. *p.* 294.
Lychnis ſylveſtris ſeu aquatica purpurea ſimplex. *Bauh. pin.* 204. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Lychnis ſylveſtris minus hirſuta, flore rubello ſimplici. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 540.
Lychnis ſylveſtris, flore rubello; an Heſperis? *Lob. hiſt.* 181.
Ocimoides purpureum multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 343.

Mas.

Ocimoides purpureum *Mas* cui apices e medio flore prominent. *Geſn. hort.*

Fœmina.

Ocimoides purpureum *Fœmina* cui apices nulli e medio flore prominent. *Geſn. hort.*

α Lychnis purpurea multiplex. *Bauh. pin.* 204.
β Lychnis ſylveſtris ſive aquatica alba ſimplex *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Creſcit in pratis ſubhumidis & ad ſepes; nec non inter ſegetes Auſtriæ, Galliæ, Angliæ, Belgii, Daniæ, Sueciæ, Lapponiæ, Finmarkiæ.
Differt ab antecedente (3) flore, ſexus diverſitate, quam primus obſervavit in hac Geſnerus, quodque annua ſit planta.
Mas calyces fere cylindraceos gerit, fœmina autem ovatos.

6. CUCUBALUS floribus trigynis erectis, calycibus fructus pendulis anguloſis.
Viſcago hirſuta ſicula, lychnidis aquaticæ facie, ſupina. *Dill. elth.* 421. *t.* 312. *f.* 404.
Lychnis ſupina ſicula, calyce ampliſſimo ſtriato. *Tournef. inſt.* 336. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.
Creſcit in Creta.
Calyces decem ſtriis criſpis angulati ſunt.

7. CUCUBALUS calycibus conicis ſtriatis.
Muſcipula hiſpanica latifolia, caliculis turgidis ſtriatis. *Rupp. jen.* 100.
Lychnis ſylveſtris latifolia, caliculis turgidis ſtriatis. *Bauh. pin.* 205. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 543. *ſ.* 5. *t.* 21. *f.* 33.
Lychnis ſylveſtris 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 288.
Lychnis ſylveſtris 3 cluſii, caliculis ſtriatis. *Dalech. hiſt.* 818. *Lob. hiſt.* 183.
Muſcipula major, calyce turgido ventricoſo. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 349.
α Lychnis ſylveſtris anguſtifolia; cauliculis turgidis ſtriatis. *Bauh. pin.* 205.
Creſcit inter ſegetes in Hiſpania.
Flores hermaphroditi trigyni ſunt.

SILENE. *g. pl.* 372.

1. SILENE foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce ſtriato, corolla involuta.
Muſcipula montana hirſuta. *Rupp. jen.* 100.
Lychnis montana viſcoſa alba latifolia. *Bauh. pin.* 205. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 213.
Lychnis ſylveſtris ſeu montana latifolia viſcoſa, florum petalis ſupra albis, ſubtus vireſcentibus interdiu ſe contrahentibus. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 535. *ſ.* 5. *t* 20. *f.* 4.
Lychnis ſylveſtris 9. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 291
Lychnis ſylveſtris, flore albo. *Beſl. eyſt. æſt.* 19.
Polemonium petræum geſneri. *Bauh. hiſt* 3. *p.* 351.
α Lychnis ramoſa, florum petalis albis reflexis, caliculo purpuraſcente ſplendido. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 213.
β Lychnis major noctiflora dubbenſis perennis. *Raj. hiſt.* 995.
Creſcit in Anglia, Gallia, Germania, Suecia, *in pratis montoſis exaridis.*

2. SILENE foliis lanceolatis radicalibus, caule paniculato nudo, floribus erectis.
Lychnis ocymaſtri facie, flore viridi. *Herm. par.* 199. *t.* 199. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 215.
Lychnis flore pallide viridi. *Boerh. ind.* 85.
Creſcit in Luſitania.

3. SILENE caule folioſo herbaceo, foliis lanceolatis acutis glabris, calycibus erectis.
Lychnis orientalis, bupleuri folio. *Tournef. cor.* 2. *itin.* 2. *p.* 139. *t.* 154. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 214.
Creſcit in Perſia.

4. SILENE caule folioſo fruticoſo, foliis lineari-lanceolatis, fructu ovato.
Lychnis fruteſcens myrtifolia, Beën albo ſimilis. *Bauh. pin.* 205. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 205.
Saponaria altera fruticoſior. *Cæſalp. ſyſt.* 256
Saponaria fruteſcens, acutis foliis, ex Sicilia. *Bocc. ſic.* 58. *t.* 30. *f.* 2.
Ocymoides fruticoſum. *Cam. hort.* 109. *t.* 33.
Behen albo officinarum ſimilis planta ſempervirens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 357.
Creſcit in Sicilia *circa* Panormum & Agrigentum *inter ſaxa vulgaris.*

5. SILENE petalorum limbis integerrimis ſubrotundis, fructibus erectis alternis.
Lychnis hirſuta minor, flore variegato. *Tournef. inſt.* 338. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 214.

Lychnis hirſuta, flore eleganter variegato. *Raj. hiſt.* 997.
Creſcere fertur in Hiſpania.
Ab Hortulanis dicitur quinque vulnera Chriſti ob maculam in ſinguli petali limbo ſanguineam.

6. SILENE floribus alternis, petalorum limbis integris crenatis.
Viſcago hirſuta luſitanica, ſtellato flore. *Dill. elth.* 420. *t.* 311. *f.* 401.
Lychnis ſylveſtris, ſtellato flore. *Griſl. luſ.*
Creſcit in Luſitania.

7. SILENE foliis ſubulatis planis, floribus ad apices ramorum confertis, petalis bifidis.
Lychnis orientalis perennis, foliis anguſtiſſimis, floribus albis conglobatis, petalis anguſtiſſimis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 214
Creſcit in Oriente.
Caulis teres, fere lævis, anguſtus. Folia lineari-ſubulata, internodiis caulis & ramorum breviora, margine hirſuta. Rami alternatim ex alis prodeunt ſolitarii, ſimplices, qui ad apicem gerunt ex alis alternatim florem ſolitarium; calyces oblongi hirſuti, ſtriati.

γ Amygdalus amara. *Tournef. inſt.* 627.
Creſcit in ſepibus Tripolitanis *in ſolo ſicco duro ſabuloſo.* Rauwolf.
Diſtincta fuit Perſica & Amygdalus genere, cum tamen nullus dederit unicam notam his intercedentem ſpecificam, nec reperimus aliam, quam ſerraturas infimas in Amygdalo glanduloſas, in Perſica vero non. Stipulæ utrisque ſubulatæ, ſerrato-dentatæ, acuminibus fuſcis. Perſica non matura eſt Amygdalus ſecundum omnium ſyſtematicorum characteres.

3. AMYGDALUS foliis petiolatis baſi attenuatis.
Amygdalus pumila. *Moriſ. bleſ.* 13.
Amygdalus rara. *Munt. hiſt.* 34. *t.* 34.
Amygdalus indica rara. *Pluk. alm.* 28. *t.* 11. *f.* 3. *Herm. lugdb.* 36. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 245.
Creſcendi locus nos latet.

Hæc

Hæc pumila vel vix bipedalis perſiſtit; folia lanceolata ſunt, ſed verſus baſin attenuata, linearia fere evadunt & ſeſſilia abſque petiolis ullis; ſerraturæ infimæ in hac ut præcedente (2da) glanduloſæ ſunt, licet minus evidenter. Stipulæ lineares minus manifeſte dentatæ.

STYRAX. *g. pl.* 401.

1. STYRAX. *Cæſalp. ſyſt.* 71 *Lob. hiſt.* 579.
Styrax arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 341.
Styrax folio mali cotonei. *Bauh. pin.* 452. *Tournef. inſt.* 598 *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 218.
Creſcit in Agro Romano *& circa* Tuſculum *in ſepibus & ſylvis copioſe; nec non in* Syria, Palæſtina *&* Creta; *inque monte* Tauro.

GUAJACUM. *g. pl.* 394.

1. GUAJACUM foliis pinnatis, foliolis quatuor.
Guajacum flore cæruleo, fructu ſubrotundo. *Plum. gen.* 39.
Guajacum jamaicenſe, lentiſci ſubrotundis foliis læte virentibus, flore albo. *Pluk alm.* 180. *t.* 35. *f.* 3.
Guajacum jamaicenſe, foliis veluti muria conditis ſpiſſius virentibus, flore ſubcæruleo. *Pluk. alm.* 180. *t.* 35. *f.* 4.
Guajacon. *Hern. mex.* 63.
Pruno vel Evonymo affinis arbor, folio alato buxeo ſubrotundo, flore pentapetalo cæruleo racemoſo, fructu aceris cordato, cujus cortex luteus corrugatus, ſemen unicum majuſculum nigricans nullo officulo tectum operit. *Sloan. flor.* 186. *hiſt* 133. *t.* 222. *f.* 3-6.
Arbor ligni ſancti vel Guajacum. *Seb. theſ.* 1. *p.* 86. *t.* 53. *f.* 2.
Creſcit in Hiſpaniola & Jamaica.
Noſtra planta gerit modo duas oppoſitiones foliolorum in folio compoſito ſeu pinnata folia, non plures ut Hernandus & Commelinus delinearunt; an itaque loci, ætatis vel ſpeciei differentia?

DIGYNIA.

CRATÆGUS. *g. pl.* 404.

1. CRATÆGUS foliis ovalibus inæqualiter ſerratis.
Cratægus folio ſubrotundo ſerrato ſubtus incano. *Tournef. inſt.* 633. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 248.
Meſpilus alni folio ſubtus incano, Aria theophraſti dicta. *Raj. ſyn.* 453.
Aria cum flore & fructu. *Dalech. hiſt.* 202.
Sorbus torminalis, alterum genus. *Cæſalp. ſyſt.* 146.
Sorbus alpina. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 65.
Alni effigie, lanato folio, major. *Bauh. pin.* 452.
α Cratægus inermis, foliis ellipticis ſerratis transverſaliter ſinuatis ſubtus villoſis. *Fl. lapp.* 199.
Cratægus folio ſubrotundo laciniato & ſerrato. *Vaill. pariſ.* 24.
Cratægus ſcandica, foliis oblongis nonnihil laciniatis & ſerratis. *Celſ. upſ.* 17
Creſcit in montibus altis & frigidis Angliæ, Pannoniæ, Narbonæ, Helvetiæ, Burgundiæ, Norvegiæ, Alſatiæ.

2. CRATÆGUS foliis cordatis acutis, lacinulis acutis ſerratis.
Cratægus folio laciniato. *Tournef. inſt.* 633. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 248.
Cratægus theophraſti. *Dalech. hiſt.* 99.
Meſpilus apii folio, ſylveſtris non ſpinoſa ſive Sorbus torminalis. *Bauh. pin.* 454.
Sorbus torminalis. *Cæſalp. ſyſt.* 146. *Dod. pempt.* 803.
Sorbus torminalis plinii. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 10. *Lob. hiſt.* 614.
Sorbus torminalis & Cratægus theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 63.
Creſcit in montibus Angliæ, Alſatiæ, *Sylvæ* Harcyniæ, Helvetiæ, Auſtriæ, Pannoniæ, Burgundiæ.
Flores hujus ſæpius ſtamina 10., *piſtilla* 5. *& calycem ſerratum proferunt, quibus a congeneribus diſtinctiſſima eſt arbor, unde & patet varietatem ſpinoſam non eſſe diverſam ſpeciem.*

3. CRATÆGUS foliis ovatis repando-angulatis ſerratis.
Meſpilus canadenſis, ſorbi torminalis facie. *Tournef. inſt.* 642.
Meſpilus apii folio, virginiana, ſpinis horrida, fructu amplo coccineo. *Pluk alm.* 249. *t.* 46. *f.* 4.
Meſpilus ſpinoſa ſive Oxyacantha virginiana maxima. *Herm. lugdb.* 423. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 257. *Angl. hort.* 49. *t.* 13. *f.* 1.
Creſcit in Virginia & Canada.
Occurrit cum ſpinis validis & absque eis, antecedenti affinis.

4. CRATÆGUS foliis obtusis bis trifidis.
Mespilus, apii folio, sylvestris spinosa, sive Oxyacantha. *Bauh. pin.* 454. *Tournef. inst.* 642. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 256.
Oxyacantha. *Lob. hist.* 614. *Cæsalp. syst.* 99.
Oxyacantha vulgaris. *Rupp. jen* 109.
Oxyacantha sive Spina acuta. *Dod. pempt.* 751. *Dalech. hist.* 136.
Oxyacantha vulgaris seu Spinus albus. *Bauh hist.* 1. *p.* 49.
Spina appendix plinii. *Clus. hist.* 1. *p.* 121.
α Mespilus spinosa; sive Oxyacantha flore pleno. *Tournef. inst.* 642.
β Mespilus apii folio laciniato. *Bauh. pin.* 453. *Tournef. inst.* 641. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 256.
Mespilus Aronia veterum. *Bauh. hist.* 1. *p.* 67.
Mespilus Aronia *Dod. pempt.* 801. *Lob. hist.* 615. *Dalech. hist.* 333.
Azarolus. *Cæsalp. syst.* 100.
Crescit in sepibus, montibus, campestribus, pratis per Sueciam, Germaniam, Angliam & Galliam, *at* α *in hortis producitur &* β *in* Sylva Valena *prope Monspelium.*

TRIGYNIA

SORBUS. *g. pl.* 405.

1. SORBUS foliis pinnatis.
Sorbus sylvestris. *Dalech. hist.* 332.
Sorbus sylvestris alpina. *Lob. hist.* 544.
Sorbus sylvestris, foliis domesticæ similis. *Bauh. pin.* 415.
Sorbus aucuparia. *Bauh. hist.* 1. *p.* 62. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 248.
Aucuparia rivini. *Rupp. jen.* 112.
α Sorbus sativa. *Bauh. pin.* 415.
Sorbus domestica. *Lob. hist.* 544.
Sorbus legitima. *Clus. hist.* 1. *p.* 10.
Sorbus. *Bauh. hist.* 1. *p.* 59. *Dalech. hist.* 330. *Dod. pempt.* 803.
Crescit in Lapponia, Norvegia, Finlandia, Suecia, Dania, Germania, Helvetia, Anglia, Gallia & *locis umbrosis & spongiosis, at* (α) *in* Italia, Germania, Helvetia.

TETRAGYNIA

PHILADELPHUS. *g. pl.* 392.

1. PHILADELPHUS athenæi & rivini. *Rupp. jen.* 70.
Syringa alba sive Philadelphus athenæi. *Bauh. pin* 398. *Tournef. inst.* 617. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 238.
Syringa flore albo. *Bauh. hist.* 1. *p.* 203. *Dalech. hist.* 355.
Syringa italica. *Lob. hist.* 540.
Syringa. *Dod. pempt.* 777.
Frutex coronarius. *Clus. hist.* 1. *p.* 55.
α Syringa flore albo pleno. *Tournef. inst.* 617.
Crescendi locus latet, ex facie Africanam & Chinensem *facile dicerem, hyemes nostras quæ sustinet vehementissimas.*
Cum stylus absoluta floriscentia ad basin integer conspiciatur, ad monandriam in generibus hanc retuli, cum autem in flore omnino quadripartitus sit, hunc locum sibi vindicare potest.

TETRAGONIA. *g. pl.* 406.

1. TETRAGONIA.
Tetrapteris frutex africanus, linariæ folio crassiore, fructu quadripinnato s. quaternis membranaceis extantibus alis donato. *Pluk. amalt.* 200.
Tetragonocarpos africana fruticans, foliis longis & angustis. *Comm. hort.* 2. *p.* 205. *t.* 103. *Raj app.* 527. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 262.
Evonymo affinis africana, flore luteo, portulacæ folio. *Seb. thes.* 2. *p.* 13. *t.* 11. *f.* 8.
α Tetragonocarpos præcedenti similis, fructu rotundo tetragono umbilicato. *Boerh.*
β Tetragonocarpos afra, folio portulacæ longo, flore herbaceo. *Boerh.*
γ Tetragonocarpos africana, radice magna crassa & carnosa. *Comm. hort.* 2. *p.* 203. *t.* 102.
Crescit in Africa.
In flore primario additur una quarta pars numeri in omni parte fructificationis, veluti & in Evonymo & Ruta.
Tetragonia est vocabulum Theophrasti; Tetra-Gono-Carpos vero est vocabulum sesquipedale.

PEN-

PENTAGYNIA.

MESPILUS. *g. pl.* 407.

1. MESPILUS foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis, calycibus acuminatis.
Meſpilus vulgaris. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 69.
Meſpilus. *Cæſalp. ſyſt.* 100. *Dod. pempt.* 801. *Lob. hiſt.* 591.
Meſpilus ſetania. *Dalech. hiſt* 334.
Meſpilus germanica, folio laurino non ſerrato; ſive Meſpilus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 453. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 256.
α Meſpilus, folio laurino, major. *C. B.*
β Meſpilus italica, folio laurino ſerrato. *C. B.*
γ Meſpilus fructu albo. *C. B.*
Creſcit inter Argentinam & Badenſes Thermas *in ſylvis.*
Planta naturalis ſpinoſa eſt, at culta & inſita ſpinas deponit & fructus majores producit.

2. MESPILUS ſpinoſa, foliis lanceolato-ovatis crenatis, calycibus obtuſis.
Meſpilus ſpinoſa, pyri folio. *Herm. lugdb.* 424. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 257.
Meſpilus aculeatus, amygdali folio. *Tournef. inſt.* 642.
Pyracantha quibusdam. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 50.
Pyracantha. *Lob. adv.* 438.
Oxyacantha dioſcoridis; ſive Spina acuta, pyri folio. *Bauh. pin.* 454.
Uva urſi. *Dalech. hiſt.* 134.
Creſcit in ſepibus Galloprovinciæ, Italiæ, Hetruriæ, Bononiæ.
Stamina viginti; piſtilla quinque; ſtyli ad baſin hirſuti; calycis dentes obtuſi; corymbus duplicatus.

3. MESPILUS inermis, foliis lanceolatis crenulatis.
Meſpilus virginiana, foliis arbuti lanato folio. *Pluk. alm.* 248.
Sorbus virginiana, foliis arbuti. *Herm. lugdb.* 578. *t.* 699.
Sorbus aucuparia virginiana, foliis arbuti. *Breyn. prod.* 1. *p.* 15. *deſcr.*
Cratægus virginiana, foliis arbuti. *Tournef. inſt.* 633. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 248.
Creſcit in Virginia.

4. MESPILUS inermis, foliis ovatis ſerratis acutis.
Meſpilus folio rotundiore, fructu nigro ſubdulci. *Tournef. inſt.* 642. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 257.
Hamamelis athenæi, latiore (& anguſtiore) folio. *Dalech. hiſt.* 203.
Amelanchier gallo-provinciæ. *Barr. rar. t.* 527.
Amelanchier gallorum. *Lob. hiſt.* 608.
Bagolæ alterum genus. *Cæſalp. ſyſt.* 210.
Dioſpyros. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 75. *Raj. hiſt.* 1461.
Vitis idæa 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 62.
Alni effigie, lanato folio, minor. *Bauh. pin.* 452.
Creſcit in montoſis, ſaxoſis, præruptis Helvetiæ, Auſtriæ, Sabaudiæ, *&c. circa* Genevam.
Folia adhuc tenella ſubtus tomentoſa ſunt, at adulta hirſutilem deponunt.

5. MESPILUS foliis ovatis integerrimis.
Meſpilus folio ſubrotundo, fructu rubro. *Tournef. inſt.* 642. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 257.
Meſpilus humilis, folio mali cydoniæ rotundo non ſerrato. *Herm. lugdb.* 424.
Chamæ-Meſpilus cordi. *Bauh. pin.* 452.
Chamæ-Meſpilus geſneri. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 60.
Epimelis. *Dalech. hiſt.* 198.
Epimelis altera; Cotoneaſter geſneri. *Dalech. hiſt.* 199.
Cotoneaſter. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 73.
Cotoneaſter folio rotundo non ſerrato. *Bauh. pin.* 452.
Creſcit in montibus pratenſibus Sueciæ, *in Alpibus* Helveticis, Apenninis, Allobrogicis, Rhæticis, Ararat.
In hac ſpecie dehiſcit pericarpii umbilicus, ut ſemina dura verſus apicem appareant.

PYRUS. *g. pl.* 408.

1. PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi concavis.
Malus ſylveſtris ſive agreſtis. *Raj. hiſt.* 1448.
Malus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 1-27. *Dod. pempt.* 789. *Dalech. hiſt.* 188.
Malus (totum genus). *Tournef. inſt.* 634. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 249.
Malus ſive Pomum. (*ſpec.* 1-7.) *Bauh. pin.* 433.

Mala. *Lob. hiſt.* 590.
Creſcit in pratis, ſepibus & arvorum marginibus Sueciæ, Germaniæ, Angliæ, Galliæ; *abhorrent a locis maritimis; a fervidis & gelidis, hinc rara in interiori Italia, nulla ſupra Holmiam Sueciæ ſpontanea.*
Varietates: *Diligentia & ars hic produxit atque venales coluit ducentas quidem & penitus plures diſtinctas ſpecies pomorum (ex calculo Anthophilorum). Mali tamen unam duntaxat ſpeciem agnoſco, nam quæ feruntur ſpecies varietates tantum ſunt, accidentibus quibusdam magnitudine, figura, colore, ſapore, matureſcendi tempore, differentes. Has autem varietates idcirco ſpecie differre non exiſtimo, quia ſationi originem ſuam debent, ſuntque infinitæ; nullo certo aut determinato numero, cum ex ſemine ſato novæ indies exoriantur.* Raj.
Poma hujus ſpeciei omnia ſunt vel dulcia vel ad auſterum vergentia; hinc inter ſylveſtres tantummodo duæ varietates reſpectu ſaporis occurrunt auſtera & fatua, quorum hæc a dulcibus prognaſcuntur ſapore ex amaro ſubdulci & ſimul nauſeoſo, qualia in Suecia ſæpius occurrunt.

2. PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi productis.
Pyrus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 35-37. *Dod. pempt.* 800. *Dalech. hiſt.* 308.
Pyrus (ſpec. 1-5) *Baub. pin.* 439.
Pyrus totum genus. *Tournef. inſt.* 628. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 247.
Pyra. *Lob. hiſt.* 500.
Pyraſter ſeu Pyrus ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 57.
Creſcit in ſylvis, ſepibus, arvorumque marginibus in Germania, Gallia, Italia, Anglia *copioſiſſima; in* Helvetiæ *montoſis & aſperis.*
Varietates: *Tam numeroſa ſobole amplificavit hanc arboris ſpeciem Ars pomaria, ut centum ſeptuaginta & duas ſpecies diverſas horticoli hîc venales (ſecundum numerum Hortulanorum) alant. Tamen ut Mali ita & Pyri unam duntaxat ſpeciem agnoſcit* Rajus.
Sylveſtris arbor ſpinoſa eſt, ſativa autem ſæpius inermis, quod idem in Meſpilo, Cratægo, Ribe, aliisque obtinet.

3. PYRUS foliis integerrimis.
Cydonia (genus totum.) *Tournef. inſt.* 632. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 247.
Cotonea malus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 27.
Cotonea ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 35.
Malus cydonia (*Spec.* 1-4.) *Bauh. pin.* 434.
Malus cydonia. *Dalech. hiſt.* 291.
Malus Cotonea *Dod. pempt.* 795.
Cotonea & Cydonia. *Lob. hiſt.* 580.
Creſcit in Danubii *petroſis ripis & collibus, plurimumque ſupra* Ratisbonam & Keilheymium *oppidum uſque ad pætræas fauces per quas Danubius labitur.*
Folia ovata, margine integerrimo, ſubtus tomentoſa, fructu ante maturitatem villoſo. Stipulæ ovatæ & ſerratæ ſunt.

SPIRÆA. *g. pl.* 409.

1. SPIRÆA foliis obtuſe lanceolatis ſerratis, floribus duplicato-racemoſis.
Spiræa ſalicis folio. *Tournef. inſt.* 618. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 238.
Spiræa theophraſti forte. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 84. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 559.
Frutex ſpicatus, foliis ſalignis ſerratis. *Baub. pin.* 475.
Creſcendi locus mihi ignotus eſt. Sibezius fruticem Briga Sileſiæ *Viennam miſit* 1586. *ad Cluſium. Perfert optime hyemes, etiam ſupra Holmiam Sueciæ, ubi vidimus hunc in Roſlagia, in prato quodam depreſſo naſcentem, quique fere totum pratum occupabat, primum certe ibi ſatus, cum in Suecia ſylveſtris non ſit.*
An ab hac diſtincta ſit ſpecies ulmaria *dicta* Pluk. phyt. 321. f. 5?
Diſcant ab hac tyrones quid racemus duplex ſit.

2. SPIRÆA foliis integerrimis, pedunculis ſimplicibus.
Spiræa hyperici folio non crenato. *Tournef. inſt.* 618. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 238.
Hypericum fruteſcens americanum, flore albo. *Joncq. pariſ.* 92.
Pruno ſylveſtri affinis canadenſis. *Bauh. pin.* 517. *deſcr. Pluk. alm* 308. *t.* 218. *f.* 5.
Creſcit in Virginia & Canada.
Florum pedunculi plures ex ſingula gemma prodeunt ſimpliciſſimi, uniflori, æquales.
An ab hac ſpecie differat Oxyacantha *dicta.* Barr. rar. t. 564?

3. SPIRÆA foliis inciſis angulatis, floribus corymboſis.
Spiræa Opuli folio. *Tournef. inſt.* 618. *Boerh. lugdb.* 238.
Euonymus virginiana, ribeſii folio, capſulis eleganter bullatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 169. *t.* 87.
Creſcit in Virginia.
Hæc ſpecies eſt, quæ communiter tribus piſtillis (g. pl. p. 383.) inſtruitur, non raro tamen & quinque profert. Fructus in hac parum inflatus eſt.

Di-

Discant ex hac Tyrones corymbi structuram & definitionem: Pedunculo communi undique denso affiguntur flores ut in spica; flores singuli proprio insident pedunculo, qui ante florescentiam excrescit (quo inferior situ, eo longior), ut omnes flores explicati umbellam convexam exprimant.

FILIPENDULA. *g. pl.* 410.

1. FILIPENDULA foliis ternatis.
Ulmaria major trifolia, flore amplo pentapetalo, virginiana. *Pluk. alm.* 393. *t.* 236. *f.* 5. *mala. Raj. app.* 330.
Ulmaria virginiana trifolia, floribus candidis amplis longis & acutis. *Morif. hist.* 3. *p.* 323.
Crescit in Virginia, *unde delatam communicavit Cl. Gronovius.*
Huic speciei numquam plura sunt quam quinque in flore pistilla.

2. FILIPENDULA foliis pinnatis: foliolis uniformibus.
Filipendula vulgaris. *Bauh. pin.* 163. *Morif. hist.* 3. *p.* 322. *f.* 9. *t.* 20. *f.* 1. an Molon plinii? *Tournef. inst.* 293. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 43.
Filipendula. *Bauh. hist.* 3. *p.* 189. *descr. Dod. pempt.* 56.
Oenanthe, Filipendula. *Lob. hist.* 420.
α Filipendula omni parte major, folio angustiori. *Boerh.*
β Filipendula minor. *Bauh. pin.* 163. *prod.* 85.
γ Filipendula vulgaris, an Molon plinii? variegato folio. *Tournef.*
Crescit in pascuis montosis ad sylvarum margines, solo subtus arenoso, sat frequens per Europam.
Fructus in hac specie rotæ instar in orbem positus est.

3. FILIPENDULA foliolo impari majore ~~trifido~~. *Fl. lapp.* 201.
Ulmaria. *Bauh. hist.* 3. *p.* 488. *Clus. hist.* 2. *p.* 198. *Tournef. inst.* 265. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 295.
Ulmaria vulgaris. *Morif. hist.* 3. *p.* 323. *f.* 9. *t.* 20. *f.* 1.
Barba capræ floribus compactis. *Bauh. pin.* 164.
Regina prati. *Dod. pempt.* 57.
Crescit in pratis uliginosis Austriæ, Germaniæ, Angliæ, Sueciæ, *præsertim vero* Norlandiæ, Lapponiæ & Norvegiæ.
Fructus in hac specie contortus est.

POLYGYNIA.

ROSA. *g. pl.* 412.

1. ROSA centifolia batavica. *Clus. hist.* 1. *p.* 113.
Rosa centifolia rubra. *Besl. eyst. vern.* 92. *f.* 4.
Rosa hollandica rubella plena, quibusdam centifolia spinoso frutice. *Bauh. hist.* 2. *p.* 36.
Rosa maxima multiplex. *Bauh. pin.* 481.
Flos fere globosus plenus maximus, petalis ordinate digestis.

2. ROSA lactea. *Bauh. hist.* 2. *p.* 45.
Rosa lacteola camerarii. *Besl. eyst. vern.* 94. *f.* 4.
Rosa alba minor. *Bauh. pin.* 482.
Flos hujus plenus niveus, petalis ordinate positis; Calyx figura constans & in hac & præcedenti ut in sylvestribus, scilicet laciniis quinque quarum duæ utrinque appendiculatæ, duæ vero utrinque nudæ, quinta hinc tantum appendiculata.

3. ROSA rubra, flore valde pleno & semipleno. *Bauh. hist.* 2. *p.* 34.
Rosa rubra. *Bauh. pin.* 481.
Rosa damascena. *Lob. hist.* 618.

4. Rosa lutea. *Bauh. hist.* 2. *p.* 251.
Rosa lutea simplex. *Bauh. pin.* 483.
α Rosa lutea multiplex. *Bauh. pin.* 483.

5. ROSA sylvestris, foliis odoratis. *Bauh. pin.* 483.
Rosa foliis odoratis Eglantina dicta. *Bauh. hist.* 2. *p.* 41.
Rosa Eglantina. *Besl. eyst. vern.* 96. *f.* 4.
Crescit in Anglia.
Hæc a Rajo habetur pro varietate Rosæ sylvestris vulgaris, flore odorato incarnato. C. B.
Rosarum varietates longe plures possidemus & nos & curiosi alii circumjacentes, ut solus Cl.

Boerhaavius in ſuo Paradiſo circiter ſeptuaginta diſtinctas, e toto orbe conquiſitas, vivas colat.

Nos de Roſarum catalogo parum ſo liciti ſumus, quamdiu ſpecies diſtinguere non novimus, omnes enim quæ in hortis extant plenæ & monſtroſæ ſunt; nec ſpecies determinatæ in Roſis ab ullo ſunt, nec poſſunt ab alio, quam qui in locis natalibus examinet, deſcribi. Deſcriptiones datæ ſunt varietatum, non ſpecierum notæ. Variant dein fructu non minus quam Pyra vel Poma.

RUBUS. *g. pl.* 413.

1. RUBUS caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis.
Rubus vulgaris ſive Rubus fructu nigro. *Bauh. pin.* 479. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 60.
Rubus major, fructu nigro. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 57.
Rubus. *Cæſalp. ſyſt.* 98. *Dod. pempt.* 743. *Lob. hiſt.* 619. *Dalech. hiſt.* 119.
α Rubus vulgaris major, fructu albo. *Raj. ſyn.* 467.
β Rubus flore albo pleno. *Magn. hort.* 175.
Creſcit in Germania, Belgio, Gallia, Italia, *omnium autem copioſiſſime in* Angliæ *ſepibus.*

2. RUBUS caule aculeato, foliis ternatis.
Rubus caule aculeato reflexo perenni, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 205.
Rubus repens, fructu cæſio. *Bauh. pin.* 479. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 60.
Rubus minor, fructu cæruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 59.
Rubus minor. *Dod. pempt.* 742.
Creſcit in dumetis, agris, juxta vias & ripas frequens in Suecia, Germania, Belgio, Anglia, Gallia.

3. RUBUS caule erecto hiſpido, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 204.
Rubus idæus ſpinoſus, *Bauh. pin.* 479. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 60.
Rubus idæus ſpinoſus, fructu rubro & albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 59.
Rubus idæus. *Dod. pempt.* 743. *Lob. hiſt.* 619.
Rubus tertius montibus proprius. *Cæſalp. ſyſt.* 98.
α Rubus idæus fructu albo. *Bauh pin.* 479.
β Rubus idæus non ſpinoſus. *Dalech. hiſt.* 124. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 60.
Rubus idæus lævis. *Bauh. pin.* 479.
Creſcit per totam fere Europam *in agris e lapidum acervis.*
Caulis eſt hiſpidus ſeu ſetis rigidis facile deciduis obſitus, quæ parum vel nil pungunt, hinc aculeatus, ut priorum, juſte dici nequit.

4 RUBUS caule inermi multifolio multifloro, foliis palmatis.
Rubus odoratus. *Corn. canad.* 149. *t.* 150. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 60 *Raj. hiſt.* 1640.
Rubus idæus maximus americanus non ſpinoſus, flore roſeo, fructu compreſſiori. *Pluk. alm.* 325.
Creſcit in America, *forte* Canada.
Caulis ramoſus, multifolius, multiflorus; pedunculis hirſutis; corollis magnis rubris; foliis angulato-palmatis acutis, triangulis vel quinquangulis; fructus apud nos nullus.

5. RUBUS caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. *t.* 5. *f.* 2.
Creſcit in Suecia ſeptentrionali, juxta Lapponiam, *& in* America ſeptentrionali.

6. RUBUS caule bifolio unifloro, foliis ſimplicibus. *Fl. lapp.* 208. *t.* 5. *f.* 1.
Chamæmorus. *Raj. ſyn.* 260.
Chamærubus foliis ribes. *Bauh. pin* 480.
Morus norvagica. *Tilland. ab.* 47. *t.* 150.
Creſcit in Suecia *locis paludoſis ſterilibus frequens, ut & in* Norvegia *&* Lapponia.

FRAGARIA. *g. pl.* 414.

1. FRAGARIA flagellis reptans.
Fragaria. *Cæſalp. ſyſt.* 554.
Fragaria vulgaris. *Bauh. pin.* 326. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 41.
Fragaria ferens fraga rubra & alba. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 394.
Fragaria & Fraga. *Dod. pempt.* 672. *Lob. hiſt.* 396.
α Fragaria fructu albo. *Bauh. pin.* 326.
β Fragaria fructu parvi pruni magnitudine. *Bauh. pin.* 327.
γ Fragaria virginiana, fructu coccineo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 186.
δ Fragaria chiloenſis, fructu maximo, foliis carnoſis hirſutis. *Fretz. itin.* 70. *t.* 11. *Dill. elth.* 145. *t.* 120. *f.* 146.
Fragaria craſſis rugoſis foliis, flore & ſemine carens. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 42.
Creſcit vulgaris per Europam, *præſertim copioſe in ſeptentrionalibus, uti* Suecia, Norvegia, Ruſſia. *In Americæ variis locis etiam occurrit, ubi major, ut in noſtris hortis.*

Sin-

Singularis hæc ſpecies baccæ eſt, & admodum parum a Rubo differens. vide Fl. lapp 209. *uti nec Rubi ab Agrimoniæ, nec Agrimoniæ ab Alchimilla. An umquam fructus dum totus ſub receptaculo floris collocetur, ſtricte Pericarpium dici queat, exceptis Pomis, dubito valde.*

POTENTILLA. *g. pl.* 415.

1. POTENTILLA foliis pinnatis, caule repente. *Fl. lapp.* 210.
Potentilla. *Cæſalp. ſyſt.* 557. *Bauh. pin.* 321.
Potentilla ſive argentina. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *b.*
Argentina. *Dod. pempt.* 600. *Lob. hiſt.* 395.
Pentaphylloides Argentina dicta. *Raj. ſyn.* 256.
Pentaphylloides argenteum allatum ſeu Potentilla. *Tournef. inſt.* 298. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 41.
Pentaphylloides minus ſupinum ſeu procumbens, foliis alatis argenteis & ſerratis, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 193. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 4.
Creſcit circa ſemitas & vias in pratis depreſſis per Sueciam, Daniam, Germaniam, Belgium, Angliam & Galliam.
Planta repit flagellis, folia pinnata foliolis numeroſis ſerratis ſubtus villoſis.

2. POTENTILLA foliis pinnatis oppoſitis, caule dichotomo.
Pentaphyllum alpinum minus ſupinum, foliis tenuioribus altius ſerratis glabris, cauliculo purpuraſcente. *Pluk. alm.* 285. *t.* 106. *f.* 7.
Pentaphyllum ſupinum quorundam, potentillæ facie. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 107.
Pentaphyllum ſupinum, tormentillæ facie. *Lob. hiſt.* 394.
Quinquefolium tertium ſerpens. *Dod. pempt.* 117.
Creſcit in Germania *prope Rhenum infra* Moguntiam.

3. POTENTILLA caule fruticoſo.
Pentaphylloides fruticoſa. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 256.
Pentaphylloides fruticoſum. *Raj. ſyn.* 2. *p.* 398. *t.* 398. *hiſt.* 616. *Hort. angl.* 54. *t.* 14.
Pentaphylloides rectum fruticoſum eboracenſe. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 193.
Pentaphylloides rectum fruteſcens. *Walth. hort.* 95. *t.* 17.
Creſcit in Anglia *ad ripam meridionalem Teſæ fluvii infra vicum Thorp, nec non infra Cœnobium Eggleſton-abbey in agro* Eboracenſi. *Et ſi hæc ſit* Ciſtus oelandicus Rudb. hort. 29. & Cytiſus ejus oelandicus hirſutus flore luteo. Rudb. upſ. *(ut puto) utique & in Oelandiæ Sueciæ inſula proveniat.*
Stipulæ ovatæ membranaceæ amplexicaulis acute emarginatæ dorſo inſidet petiolus ſuſtinens folium digitatum quinatum, foliolis omnibus integerrimis; infimis, dimidio minoribus, intermedio duplo majori lateralibus tripartito.

4. POTENTILLA foliis pinnatis quinatis, foliolis ovatis crenatis, caule erecto.
Pentaphylloides erectum *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *d.*
Pentaphylloides ulmariæ facie. *Moriſ. bleſ.* 292. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 41.
Pentaphylloides majus erectum, flore albo, foliis alatis & hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 192. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 1.
Quinquefolium fragiferum. *Bauh. pin.* 326.
Quinquefolium 5 fragiferum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 107.
Creſcit in monte Saleva *prope Arcem antiquam; in* Leutenberg; *in* Pannonia; *in comitatu montis* Gomerici *Walliæ, ad latera montis* Craig Wreidhin.

5. POTENTILLA foliis ternatis inciſis, caule diffuſo. *Fl. lapp.* 211.
Pentaphylloides majus erectum, flore luteo, ternis foliis fragariæ inſtar hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 193. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 2. *Scheuch. alp.* 138.
Pentaphylloides minus erectum, luteo flore, foliis fragariæ ternis. *Pluk. alm.* 284.
Trifolium norvegicum majus ſurrectum, foliis crenatis, flore luteo. *Kyll. act.* 1673. *obſ.* 130.
Creſcit in Norvegia *ad fodinam cupream* Rœroſienſem *& alibi; in* Finmarkia *ad latera alpium lapponicarum; in* Norlandia *Sueciæ*; *in* Helvetia *ad lacum ſylvæplanenſem, qui Oeni fontem conſtituit; è* Virginia & Canada *Moriſonus ſe ſemina habuiſſe ſcribit.*
Modus creſcendi hujus exacte coincidit cum ſpecie 2da, a qua differt manifeſte foliis.

6. POTENTILLA foliis digitatis inciſo-ſerratis, caule recto.
α Pentaphyllum erectum, foliis profunde ſectis ſubtus argenteis, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *c. fig. mal. Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 190. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 11. *mala*,
Quinquefolium folio argenteo. *Bauh. pin.* 325.
β Heptaphyllum harmolai. *Cæſalp. ſyſt.* 555.
Pentaphyllum ſeu potius Heptaphyllum majus luteum montanum, flore majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 188. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 1.
Pentaphyllum majus, flore ſubluteo interdum albo & rubro. *Lob. hiſt.* 393.
Quinquefolium alterum vulgare. *Dod. pempt.* 116.
Quinquefolium rectum luteum. *Bauh. pin.* 325. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 39.
Quinquefolium rectum majus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *b.*

γ Quinquefolium quod Pentaphyllum ſeu potius Heptaphyllum rectum, caule rubro, hirſutius. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 49.
δ Quinquefolium minus, flore pallide luteo. *Tournef. inſt.* 297.
ε Quinquefolium canadenſe humilius. *Tournef.*
Pentaphylloides canadenſis, folio agrimoniæ. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 41.
Creſcit α in tectis, agrorum & viarum marginibus per Sueciam *vulgatiſſima, per Germaniam & Angliam rarior. β In* Italia & Gallia Narbonenſi *circa agrorum margines, ut & γ ac δ. Sed ε ex* Canada *per Saracenum delata eſt.*
Confundo hic tres, quas quivis facile juraret diſtinctas ſpecies. α. β & ε. Sed examinatis partibus ejusdem uniuſque eſſe familiæ patuit. dum
α Planta minor, folia anguſtiora, profundius dentata, ſubtus hirſuta alba producit.
β Planta major, folia latiora, utrinque viridia.
γ Planta facie β. foliola inferiora parum deorſum per petiolum detruſa & profundius pinnatim ſecta, laciniis copioſioribus propioribus.
Dum hanc (γ) examinas, obſerves in α duo foliola exteriora baſi magis coalita. Si vero quis has diſtinctas velit, & differentiam tradat.

7. POTENTILLA foliis digitatis longitudinaliter patenti-ſerratis, caule repente.
Pentaphyllum minus procumbens, flore luteo, vulgare radiculas emittens ex geniculis. *Moriſ. hiſt* 2. *p.* 189. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 7.
Pentaphyllum vulgatiſſimum. *Raj. hiſt.* 611.
Pentaphyllum ſive Quinquefolium vulgare repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 397.
Quinquefolium majus repens. *Bauh. pin.* 325. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 40.
Quinquefolium majus. *Dod. pempt.* 116.
Creſcit in campis, agris, ruderatis Scaniæ, Daniæ, Germaniæ, Belgii, Angliæ, Galliæ, *&c.*

8. POTENTILLA foliis digitatis, ſuperne conniventi-ſerratis, caulibus filiformibus procumbentibus.
Pentaphyllum minus rectum ſubtus incanum, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 189.
Pentaphyllum 1 majus, flore albo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 105.
Pentaphyllum album. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *e.*
Quinquefolium album majus alterum. *Bauh. pin.* 325. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 40.
α Quinquefolium, foliis ternis, præcedenti ſimile. *Boerh.*
Creſcit in alpibus Stiriacis *inter oppidum S. Michaelis & Knittlefield, in ſylvis montoſis* Auſtriæ & Pannoniæ.
Folia huic exacte ſimilia Alchimillæ foliis digitatis; Cum floret primo vere flores nudi conſpiciuntur, mox autem excreſcunt folia e radice, & caulis plantæ debilis filiformis procumbit ſub umbra foliorum, fructumque maturat.

9. POTENTILLA foliis quinatis inciſis, caule aſſurgente. *Fl. lapp.* 212.
Pentaphyllum alpinum ſplendens, aureo flore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398.
Quinquefolium minus repens alpinum aureum. *Bauh. pin.* 325.
Quinquefolium 3, aureo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 106.
α Pentaphyllum minus, molli lanugine pubeſcens, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *a.*
Quinquefolium minus repens lanuginoſum luteum. *Bauh. pin.* 325.
Quinquefolium 4, flavo flore, 1 ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 104.
Creſcit per Sueciam *in campis & pratis ſiccioribus frequentiſſima. In Alpibus* Lapponicis & Helveticis *vulgaris.*
Folia radicalia & inferiora caulis quinata ſunt, at ſumma caulis ternata. Caulis ipſe nec erectus nec procumbens dici poteſt, ſed aſcendens.

TORMENTILLA. *g. pl.* 416.

1. TORMENTILLA. *Cæſalp. ſyſt.* 556. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 398. *g. Dod. pempt.* 118.
Tormentilla vulgaris. *Bauh. pin.* 326.
Tormentilla an Chryſogonum Dioſcoridis. *Lob. hiſt.* 395.
Pentaphyllum aut potius Heptaphyllum, flore aureo tetrapetalo, Tormentilla dictum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 190. *ſ.* 2. *t.* 19. *f.* 13.
Quinquefolium minus repens luteum, flore tetrapetalo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 40.
α Tormentilla alpina vulgaris major. *Bauh. pin.* 326.
β Tormentilla radice repente. *Tournef. inſt.* 298.
Tormentilla reptans. *Raj. ſyn.* 257.
Quinquefolium quæ Tormentilla reptans alata, foliis profundius ſerratis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 40.
γ Pentaphyllum caſſubicum, foliis viridibus profunde ſectis, & majus. *Herm. parad.* 211. *t.* 211.
Creſcit vulgaris per Europam *in paſcuis ſiccioribus ſemper parva; in foſſis ſiccis maxima; in* Lapponia *vero tantummodo in paludibus.*

GEUM

GEUM. *g. pl.* 418.

1. GEUM floribus erectis, fructu globoſo, ſeminum cauda uncinata nuda.
Geum urbanun. *Geſn. hort.*
Caryophyllata vulgaris, Geum plinii. *Cluſ. hiſt. 2. p. 102.*
Caryophyllata vulgaris. *Bauh. pin. 321. Moriſ. hiſt. 2. p. 430. ſ. 4. t. 26. f. 1.*
Caryophyllata. *Raj. hiſt. 606. Dod. pempt. 137.*
Garifilata. *Cæſalp. ſyſt. 550.*
~~Mon~~do. *Kæmpf. jap. 896.*
α Caryophyllata vulgaris, majore flore. *Bauh. pin. 321.*
β Caryophyllata virginiana, albo flore minore, radice inodora. *Herm. lugdb. 121. deſcr.*
Creſcit in Europa *juxta ſepes & muros inque dumetis, nec non in* Japonia *&* Virginia.

2. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo, ſeminum cauda molli plumoſa.
Geum rivale. *Geſn. hort. -- Fl. lapp. 216.*
Caryophyllata aquatica, nutante flore purpureo calathi effigie. *Moriſ. hiſt. 2. p. 431. ſ. 4. t. 26. f. 7.*
Caryophyllata aquatica, nutante flore. *Bauh. pin. 321. Boerh. lugdb. 1. p. 43.*
Garyophyllata aquatica, flore rubro ſtriato. *Bauh. hiſt. 2. p. 398. n.*
α Caryophyllata alpina lutea. *Bauh. pin. 322.* major. *Moriſ. hiſt. 2. p. 430. ſ. 4. t. 26. f. 3.*
Caryophyllata montana 2. *Cluſ. hiſt. 2. p. 103.*
Caryophyllata montana. *Dod. pempt. 137. Dalech. hiſt. 686.*
Garyophyllata montana, flore luteo magno. *Bauh. hiſt. 2. p. 398. n.*
Creſcit in pratis & paſcuis ſubhumidis ac nemoribus, in Lapponia, Suecia, Germania, Helvetia.
Parum differt hæc (2) ab antecedenti (1), cujus ſi flores examinentur & fructus attente, videntur ab antecedenti diverſiſſimæ; at aſſumtis ſpeciebus ſeptem antecedentis C. Bauhini, obſervabimus notas, quas antea diſtinctiſſimas aſſeveraremus, maxime variabiles, vixque limites admittentes; hinc qui ambas tam diverſas conjungeret, forte minus erraret.
Geum eſt verbum Plinii; Geum Tournefortii vero Saxifragiæ ſpecies. vide Fl. lapp. 216. β.

DRYAS. *g. pl.* 419.

1. DRYAS. *Fl. lapp. 215.*
Caryophyllata alpina, chamædryos folio. *Moriſ. hiſt. 2. p. 432. ſ. 4. t. 26. f. 9. mala. Tournef. inſt. 295. Boerh. lugdb. 1. p. 43. Scheuch. alp. 33 & 332.*
Chamædrys alpina, ciſti flore. *Bauh. pin. 248.*
Chomædrys montana. *Dalech. hiſt. 1164.*
Chamædrys 3 ſive montana. *Cluſ. hiſt. 2. p. 351.*
Chamædrys montana fruteſcens durior. *Lob adv. 209.*
Creſcit in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Sabaudicis, Auſtriacis, Styriacis, Hibernicis; *in locis duris, nudis, ventisque expoſitis.*

COMARUM. *g. pl.* 417.

1. COMARUM. *Fl. lapp. 214.*
Pentaphylloides paluſtre rubrum. *Tournef. inſt. 298. Boerh. lugdb. 1. p. 40.*
Pentaphyllon vel potius Heptaphyllum, flore rubro. *Bauh. hiſt. 2. p. 398. c.*
Pentaphyllum ſeu Heptaphyllum majus rectum rubrum paluſtre. *Moriſ. hiſt. 2. p. 189. ſ. 2. t. 19. f. 4.*
Pentaphyllum rubrum. *Dalech. hiſt. 1264.*
Quinquefolium rubrum. *Dalech. hiſt. 1264.*
Quinquefolium paluſtre rubrum. *Bauh. pin. 326.*
Creſcit in paludibus cænoſis vel paſcuis uliginoſis madentibus, muſcoque obſitis in Lapponia, Suecia, Dania, Germania, Anglia *frequens.*
Africanas plantas è ſola facie ab aliis dignoſcere, ad maximam partem facile eſt, attamen ſi hanc non in Europa naſcentem ubique legiſſem, Africanam dicerem, cum tota phyſiognomia Afrum referat.
Comarum eſt vocabulum quod apud Apulejum occurrit, quo uſus ſum ad deſignandum hoc genus.

Classis XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

EUPHORBIA. *g. pl.* 429.

1. EUPHORBIA aculeata triangularis ſubnuda articulata, ramis patentibus.
Euphorbium trigonum ſpinoſum rotundifolium. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500. *Burm. zeyl.* 96.
Euphorbium indicum, opuntiæ facie, caule geniculato triangulari. *Breyn. prod.* 2. *p.* 44. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 345.
Euphorbium antiquorum verum; Schadidacalli horti mal. *Comm. hort.* 1. *p.* 23. *t.* 12. *Raj. hiſt.* 873. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Tithymalus indicus & anguloſus, lacte turgens acri, Schadidacalli. *Kigg. beaum.* 4.
Tithymalus aizoides triangularis nodoſus & ſpinoſus, lacte turgens acri. *Pluk. alm.* 390.
Schadidacalli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 81. *t.* 42.
α Euphorbium trigonum & tetragonum ſpinoſum, ramis compreſſis. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500.
Tithymalus aizoides triangularis & quadrangularis articuloſus & ſpinoſus, ramis compreſſis. *Comm. præl.* 21. & 55. *t.* 5.
Creſcit in Malabaria & Zeylona.
Caulis huic, tribus alis margine repandis; articulatus fere. Rami horizontales, alis ſæpius duabus horizontalibus, margine repandis. Angulis inſident aculei duo, oppoſiti, & ſupra hos foliolum minimum, ovato-lanceolatum, deciduum. Figura plantæ ſine pari!

2. EUPHORBIA aculeata quadrangularis nuda.
Euphorbium tetragonum & pentagonum, ſpinis geminis aduncis munitum. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500.
Euphorbium tetragonum & pentagonum ſpinoſum canarinum. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
Tithymalus aizoides fruticoſus canarienſis aphyllus quadrangularis & quinqueangularis, ſpinis geminis aduncis atro-nitentibus armatus. *Comm. hort.* 2. *p.* 207. *t.* 104 *præl.* 20. *Raj. app.* 429.
Tithymalus aizoides lactifluus ſ. Euphorbia canarienſis quadrilatera & quinquelatera cerei effigie, ad angulos per crebra intervalla ſpinis rectis atro-nitentibus, gazellæ cornua referentibus armata. *Pluk. alm.* 370. *t.* 320. *f.* 2.
Creſcit forte in Canariis *inſulis, unde nomen.*
Caulis rectus, integer, quadrangularis, angulis compreſſo-planis, ſpinis duabus oppoſitis armatis; folia nulla.

3. EUPHORBIA aculeata ſeminuda, angulis oblique tuberculatis.
Euphorbium ſpinoſum, amplo nerii folio. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 501.
Euphorbium anguloſum, foliis nerii latioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Euphorbium afrum ſpinoſum, foliis latioribus non ſpinoſis. *Seb. theſ.* 1. *p.* 18. *t.* 9. *f.* 1.
Euphorbio-Tithymalus ſpinoſus, caule rotundo & anguloſo, foliis nerii latioribus & anguſtioribus. *Burm. zeyl.* 95.
Euphorbio aut Tithymalo medio affinis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 344.
Tithymalus indicus ſpinoſus, nerii folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 25. *t.* 13.
Tithymalus aizoides arboreſcens ſpinoſus, caudice angulari, nerii folio. *Comm. præl.* 22 & 56. *t.* 6.
Ela-Calli. *Rheed. mal.* 2. *p.* 83. *t.* 43. *Raj. hiſt.* 1888.
Creſcit in Malabaria & Zeylona.
Caulis teretiuſculus, quinquefariam tuberculis prominulis angulatus, angulis his ſpiraliter lente aſcendentibus; in ſummo caulis folia lanceolata, ad quarum baſin duplex aculeus; foliis deciduis perſiſtunt aculei cum cicatrice & callo prominulo.

4. EUPHORBIA aculeata nuda ſeptemangularis, ſpinis ſolitariis ſubulatis floriferis.
Euphorbium heptagonum, ſpinis longiſſimis in apice frugiferis *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258. *t.* 258.
Euphorbium heptagonum, floribus ex aculeorum apice prodeuntibus. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 501.
Creſcendi locum natalem non addidit Inventor Cl. Boerhaavius, Americanam dicunt.
Caulis heptagonus, obtuſus, hinc inde ramoſus, aculei ſetacei, rigidi, ſolitarii, longitudinaliter ex anguli ſinguli dorſo ciliatim prodeuntes; flores ex apice aculei interdum prodeunt, ſed ſolitarii, methodo ſine pari!

5. EUPHORBIA aculeata nuda multangularis, aculeis geminatis.
Euphorbium polygonum ſpinoſum, cerei effigie. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 500. *t.* 10.
Euphorbium cerei effigie, caulibus gracilioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.

Tithymalus africanus ſpinoſus, cerei effigie, ex cod compt. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 345. *Pluk. alm.* 370. *t.* 231. *f.* 1. *mala.*

α Euphorbium polygonum & polyclonum falcatum ſpinoſum, cerei effigie. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 501.
Euphorbium cerei effigie, caulibus craſſioribus, ſpinis validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. *p.* 21. *t.* 11. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 345 *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258. *Seb. theſ.* 1. *p.* 29. *t.* 19. *f.* 2.
Euphorbium. *Dod. pempt.* 378. *Lob. hiſt.* 642. *Dalech. hiſt.* 1691. *Bauh. pin.* 387.
Euphorbii tenella planta. *Stap. theophr.* 1057.
Tithymalus mauritanicus aphyllos anguloſus ſpinoſus, ex quo Euphorbium officinarum. *Herm. lugdb.* 598.
Creſcit in Africa.
Caulis erectus, teres, ſæpius ſimplex, octodecim vel pluribus ſulcis longitudinalibus exaratus, aculei ubique duo. Folia nulla, at eorum loco tuberculum acuminatum, ſupra & juxta aculeorum par; & cum adhuc tenelli ſunt aculei, eandem fere ac folia ferunt faciem, ſed folium contabeſcit, aculei indureſcunt.
Plukenet. *Mant.* 182. *de hac:* „ *De hujus præconio conſcriptus eſt libellus a primo ejus inventore* JUBA Mauritanico *Rege, qui medici ſui,* Antonii Muſæ *fatris (qui & ipſe* Auguſti „ Cæſaris *fuit Archiater) nomine, illam inſignivit. Nobilitatum laude inquit* Rolfincius „ *(Guerner. Rolfinc. lib. de purgant. vegetab.* 180.) *inventionis ſingularis hoc naturæ miraculum eſt. Hic* Jubæ Mauritaniæ *Regis Medicus. Ille* Auguſtus *jecinore vitiato ad* „ *deſperationem redactus contrariam & ancipitem medendi rationem ſubiit, & frigidis exterius & interius, lactuca nempe, eodem medico ſubire coactus fuit. Re feliciter peracta* „ *Medico ſtatua decreta. Hic Jubas arborem ipſam conſecravit & dono dedit Euphorbo.* „ Antonius Muſa *a ſtatuâ; Euphorbus ab arbore, felix duorum fratrum copula, nominis* „ *immortalitatem ſunt conſecuti.*

6. EUPHORBIA inermis tecta tuberculis imbricatis, foliolo lineari inſtructis.
Euphorbium anacanthum, anguſto polygoni folio. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 502.
Euphorbium afrum, facie fructus pini. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 258.
Tithymalus aizoides africanus pini fructuum facie. *Comm. præl.* 23.
Tithymali forte genus, planta lactaria africana, pini fructuum facie. *Breyn. prod.* 2. *p.* 100. *t.* 100.
Planta lactaria africana. *Comm. hort.* 1. *p.* 33. *t.* 17.
α Euphorbium afrum, caule craſſo ſquamoſo in capitis meduſæ ſpeciem cincto. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
β Euphorbium afrum, caule ſquamoſo tuberoſo, minus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
Euphorbium anacanthum ſquamoſum, lobis florum tridentatis. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 502. *t.* 11.
γ Euphorbium afrum, caule ſquamoſo tuberoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
Tithymalus aizoides africanus, ſimplici ſquamato caule. *Comm. præl.* 23 & 57. *t.* 7.
δ Euphorbium anacanthum, anguſto ſalicis folio. *Iſnard. act.* 1720. *p.* 501.
Tithymalus aizoides, africanus ſimplici ſquamato caule, chamænerii folio. *Comm. præl.* 58. *t.* 8.
Creſcit in Africa.
Figuram numquam ſervat eandem; hinc alia planta caulem tenuem, alia vero craſſum plurimis ramis undique incumbentibus.
Hujus limbi lacinia ſingula in flore palmata eſt.

7. EUPHORBIA inermis fruticoſa nuda filiformis volubilis, cicatricibus oppoſitis.
Tithymalus ramoſiſſimus non fruteſcens pene aphyllus. *Comm. præl.* 23.
Tithymalus indicus vimineus penitus aphyllos. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Felfel Tavil. *Alp. ægyp* 190. *t.* 190. *Dill. elth.* 368.
Creſcit in Africæ *maritimis.*
Planta caule trium ad ſex pedum altitudinis, ejusdem ubique craſſitiei pennæ ſcilicet anſerinæ, viridis, ramis raris longiſſimis, qui uti caulis funis inſtar contorquentur ſimul. Folia nulla, ſed cicatriculæ hinc inde oppoſitæ (non alternæ) quaſi folia decidiſſent; caulis articulatus non eſt.

8. EUPHORBIA inermis fruticoſa ſubnuda filiformis flaccida, foliis alternis.
Tithymalus aphyllus mauritaniæ. *Dill. elth.* 384. *t.* 289. *f.* 373.
Creſcit & hæc in Africæ *maritimis.*
Caulis perennis, filiformis, craſſitie pennæ anſerinæ, quinque pedum, debilis, rarius ramoſus, rectus, flaccidus (non volubilis); folia in ſummis ramulis alterna, lanceolata, ſeſſilia.
Caulis in noſtra penna anſerina craſſior non eſt, nec tertiam craſſitiei partem attingit, quam Dilleniana exhibet, nec floruit umquam apud nos; caulis dein altitudine, præcedentem æquat, & debilis, niſi tenella ſit planta, ubi abſque fulcro erectus ſtare queat; noſtra certe octo pedes attingit altitudine.

9. EUPHORBIA inermis fruticoſa ſubnuda filiformis, erecta; ramis patulis determinate confertis.
Tithymalus arboreſcens, caule aphyllo. *Pluk. phyt.* 319. *f.* 9. *bona.*
Tithymalus indicus fruteſcens. *Comm hort.* 1. *p.* 27. *t* 14. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Tithymalus ramoſiſſimus fruteſcens pene aphyllos. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 337. *Burm. zeyl.* 223.
Creſcit in Zeylona & Malabaria.
Hæc caule erecto perſiſtit, rami ad certa & determinata ſpatia conferti, patentes, teretes, nudi, acuti. Folia in apicibus ramorum lanceolato-linearia, fere petiolata, quibus, ut & caule erecto, & magis ramoſo a præcedente differt.

10. EUPHORBIA inermis, caule fruticoſo, foliis diſtiche alternis ovatis.
α Tithymaloides fruteſcens, folio myrti ampliſſimo. *Tournef. inſt.* 654. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.
Tithymalus curaſſavicus myrtifolius, folio coccineo mellifero. *Herm. parad.* 234. *t.* 234.
Tithymalus curaſſavicus myrtifolius, flore papilionaceo coccineo parvo. *Comm. hort.* 1. *p.* 31. *t.* 16. *Pluk. alm.* 369. *t.* 230. *f.* 2.
β Tithymaloides lauroceraſi folio non ſerrato. *Dill. elth.* 383. *t.* 288. *f.* 372.
Creſcit α *in* Curaſſao, *at* β, *ut creditur, in* Orientali India.
Has α. β. *ſpecies non diverſas eſſe probant flores in hac ſpecie ſingulares, horizontales, ſuperne gibbi; partes in hiſce floribus propriæ & facies propria; differt* β. *ab* α. *ſolo margine folii contractiore, nec hæc varietas magis mira in remotiſſimo loco quam quod crines in afro homine lanæ inſtar contracti.*

11. EUPHORBIA inermis caule fruticoſo, foliis oppoſitis ſubcordatis emarginatis, petiolis folio longioribus.
Tithymalus curaſſavicus, folio cotini, triphyllos, petalis florum ſerratis. *Pluk. alm.* 369. *t.* 230. *f.* 3.
Tithymalus arboreus curaſſavicus, cotini folio. *Seb. theſ.* 1. *p.* 75. *t.* 46. *f.* 4.
Tithymalus arboreus americanus, cotini folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 29. *t.* 15. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Tithymalus ſurinamenſis arboreſcens, cotini ſeu coccigriæ foliis & facie. *Breyn. prod.* 2. *p.* 100. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339.
Creſcit in Curaçao.
Variat foliis oppoſitis binis & ternis.

12. EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis oblique cordatis ſerrulatis uniformibus, ramis alternis, floribus ſolitariis.
Tithymalus minimus ruber rotundifolius procumbens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 340. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 19.
Tithymalus exiguus glaber, nummulariæ folio. *Tournef. inſt.* 87.
Tithymalus exiguus procumbens Chamæſyce dictus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Chamæſyce. *Cæſalp. ſyſt.* 379. *Bauh. pin.* 293. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 667. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 187. *Dalech. hiſt.* 1660. *Dod. pempt.* 377. *Sloan flor.* 83.
α Tithymalus exiguus villoſus, nummulariæ folio. *Tournef. inſt.* 87. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
Tithymalus ſive Chamæſyce villoſa major, cauliculis viridibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 340.
Tithymalus humilis ramoſiſſimus hirſutus, foliis thymi ſerratis. *Burm. zeyl.* 225. *t.* 105. *f.* 3.
Creſcit in agris & vineis aridis & arenoſis Siciliæ, Italiæ, Galliæ Narbonenſis & Jamaicæ.
Corymbus in hac nullus; folia omnia uniformia, æqualia; flores ex alis ubique, albi, tetrapetali; caules alternatim ramoſiſſimi. Folia in Europæa magis orbiculata, in Americana oblonga & ſæpius macula fuſca in medio notata; caulis quam arctiſſime terræ appreſſus.

13. EUPHORBIA inermis, foliis oppoſitis lanceolatis, umbella univerſali trifida polyphylla: partialibus triphyllis: reliquis diphyllis.
Eſula major. *Rupp. jen.* 219.
Tithymalus major annuus glaucifolius. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 2.
Tithymalus latifolius Cataputia dictus. *Herm. lugdb.* 599. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 255.
Cataputia. *Cæſalp. ſyſt.* 377.
Lathyris ſive Cataputia minor. *Lob. hiſt.* 197. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 880.
Lathyris major. *Bauh. pin.* 293. *Raj. hiſt.* 866.
Lathyris. *Dod. pempt.* 374. *Dalech. hiſt.* 1657.
Creſcit ad margines agrorum in Gallia.

14. EUPHORBIA inermis, foliis crenatis, umbella univerſa multifida polyphylla: partialibus trifidis: propriis triphyllis.
Euphorbia inermis, foliis ſubrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 220.
Eſula ſoliſequa. *Rupp. jen.* 219.
Tithymalus ſubrotundis foliis majoribus crenatis. *Herm. lugdb.* 600. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 256.
Tithymalus helioſcopius ſive ſoliſequus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 669.
Tithymalus helioſcopius. *Bauh. pin.* 291. *Dod. pempt.* 371. *Lob. hiſt.* 192. *Dalech. hiſt.* 1648. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 9.
Creſcit inter ſegetes & in agris oleraceis frequens per Europam.

15. EUPHORBIA inermis, foliis ovalibus oppoſitis ſerratis uniformibus, ramis alternis, caule erecto.
α Tithymalus erectus, floribus rarioribus, foliis oblongis glabris integris. *Burm. zeyl.* 224. *t.* 105. *f.* 2.
Tithymalus indicus annuus dulcis, floribus albis, cauliculis viridantibus. *Pluk. alm.* 379. *t.* 113. *f.* 2.
Tithymalus africanus ſeu Peplis major braſilienſis, floſculis albis. *Comm. præl.* 60. *t.* 10.
Caacica. *Marcgr. braſ.* 15.
β Tithymalus americanus erectus ſerratus, floribus in capitulum longo pedunculo congeſtis. *Tournef. inſt.* 88.
Tithymalus erectus ſerratus, floribus in capitulum longo pediculo inſidentibus congeſtis. *Plum. ſpec.* 2.
Tithymalus erectus acris, parietariæ foliis glabris, floribus ad caulium nodos conglomeratis. *Sloan. flor.* 82. *hiſt.* 1. *p.* 197. *t.* 126.
Creſcit in Jamaica & Mexico, *aliisque Americæ locis.*
Variat floribus ex alis fere ſolitariis (α) & congeſtis ac capitatis (β), eadem tamen videtur ſpecies. Petala in hac ſpecie nivea ſunt.

16. EU-

16. EUPHORBIA inermis, foliis obverſe ovatis integerrimis, umbella univerſali trifida triphylla : partialibus dichotomis diphyllis.
Tithymalus annuus erectus rotundifolius non crenatus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 11.
Tithymalus rotundis foliis non crenatis. *Herm. lugdb.* 600. *Boerh. lugdb.* 1 *p.* 256.
Tithymalus parvus annuus, foliis ſubrotundis non crenatis, Peplus dictus. *Raj. ſyn.* 313.
Eſula rotundifolia non crenata. *Rupp. jen.* 219.
Peplus ſive Eſula rotunda. *Bauh. pin.* 292. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 669. *Lob. hiſt.* 197.
Peplus. *Dod. pempt.* 375. *Dalech. hiſt.* 1658.
Creſcit in hortis oleraceis, arvis pinguioribus & in agris neglectis per Europam, *in regionibus maritimis.*

17. EUPHORBIA inermis, foliis ſeſſilibus alternis linearibus, umbella univerſali trifida triphylla : partialibus dichotomis diphyllis.
Tithymalus exiguus erectus. *Herm. lugdb.* 602. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Tithymalus minimus anguſtifolius annuus. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 664.
Tithymalus heptaphyllos. *Raj. ſyn.* 313.
Tithymalus ſive Eſula exigua. *Bauh. pin.* 291. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 339. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 5.
Eſula minima. *Dalech. hiſt.* 1656.
Peplis minor. *Dalech. hiſt.* 1658.
Creſcit inter ſegetes in Anglia, Gallia, Belgio.

18. EUPHORBIA inermis, foliis confertis ſuperioribus reflexis latioribus lanceolatis, umbella univerſali trifida : partialibus bifidis.
Tithymalus myrſinites. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 675. *Raj. hiſt.* 865. *Lob. adv.* 150. *Dod. pempt.* 369.
Tithymalus myrſinites legitimus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.
Tithymalus myrſinites latifolius. *Bauh. pin.* 290. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 337. *ſ.* 10. *t.* 1. *f.* 21. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 256.
Myrſinites. *Cæſalp. ſyſt.* 290.
α Tithymalus myrſinites anguſtifolius. *Bauh. pin.* 290.
Creſcit juxta arcem Rhegii in Calabria. *Raj.*
Folia inferiora conferta, lineari-lanceolata, reflexa; ſuperiora alterna, lanceolata, patentia. Ex alis (præter terminatricem umbellam) ſuperioribus umbellulæ ſæpius partiales.

19. EUPHORBIA inermis, foliis caulinis lanceolatis : floralibus latioribus, umbella univerſali multifida : partialibus diphyllis dichotomis.
Tithymalus annuus erectus, folio oblongo acuminato. *Tournef. inſt.* 87. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Pepilis annua, foliis acutis, flore muſcoſo. *Bocc. ſic.* 24. *t.* 13. *f.* 1.
Creſcit in agro Lugdunenſi *in Galliis.*
Involucrum univerſale pentaphyllum: foliolis lanceolatis. Radii umbellæ quinque: foliis cordatis, ſeſſilibus, acutis: ex ſingula ala alterna prodit radius majori ſimilis. Flores in ſummis ramulis. Folia caulina lanceolata, acuta, alterna; floralia ovata, ſeſſilia, acuta.

20. EUPHORBIA inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſa multifida : partialibus dichotomis : involucris ſemibifidis perfoliatis.
Tithymalus ſylvaticus toto anno folia retinens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 671.
Tithymalus ſylvaticus, lunato flore. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus amygdaloides minor ſubglaber *Barr. rar. t.* 830.
α Tithymalus characias rubens peregrinus. *Bauh. pin.* 290.
Tithymalus amygdaloides ſive Characias *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 672.
Tithymalus characias 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 188.
β Tithymalus characias amygdaloides, foliis eleganter variegatis. *Boerh. lugdb.* 1 *p.* 255.
Creſcit α. *in montibus* Euganeis, Baſiliæ, Genevæ, Montbelgardi; *in* Gallia Narbonenſi, Hiſpania, Germania, Anglia; *at* β Monſpelii *in locis ſaxoſis & aſperis; in regno* Valentino *circa* Malacam, Hiſpania, Gallia Narbonenſi.
Differt hæc ſpecies ab aliis præſertim involucris partialibus monophyllis ſeu duobus coalitis, vulgo ramulis perfoliatis.

21. EUPHORBIA inermis, foliis confertis linearibus, umbella univerſali multifida : partialibus dichotomis, foliolis ſubrotundis.
Tithymalus foliis pini. *Bauh. pin.* 292. forte dioſcoridis Pityuſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 337. *ſ.* 10. *t.* 1. *f.* 27. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Tithymalo cypariſſiæ ſimilis, Pityuſa multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 665.
Tithymalus, lini folio, major italicus. *Barr. rar.* 7. *t.* 821.
Pityuſa ſive Pinea. *Lob. hiſt.* 192.
Ezula minor. *Dod. pempt.* 374.
Eſula minor dodonæi. *Dalech. hiſt.* 1653.
Creſcit in Italia.
Folia inferiora caulis in hac gradatim latiora ſunt, caulis dein plurimos ramos e lateribus emittit.

22. EUPHORBIA inermis, foliis ſetaceo-linearibus confertis, umbella univerſali multifida: partialibus ramoſe bifidis.
Tithymalus paralius, rubentibus craſſioribus foliis. *Barr. rar. t.* 886.
Tithymalus maritimus. *Bauh. pin.* 291. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 675. (ex hortis) *Dod. pempt.* 370. *Lob. hiſt.* 191.
α Tithymalo maritimo affinis, linariæ folio. *Bauh. pin.* 291
Tithymalus maritimus, folio linariæ. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 256.
Creſcit in maritimis.
Folia floralia ovata, acuminata vel lanceolata ſunt.

23. EUPHORBIA inermis, foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida polyphylla: partialibus trifidis triphyllis: propriis bifidis.
Tithymalus paluſtris fruticoſus. *Bauh. pin.* 292. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 341. *ſ.* 10. *t.* 2. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 256.
Tithymalus maximus oelandicus. *Rubd. hort.* 109.
Eſula major. *Riv. tetr.* -- *Dalech. hiſt.* 1653.
Eſula paluſtris. *Rupp. jen.* 219.
Ezula major. *Dod. pempt.* 374.
α Tithymalus paluſtris villoſus mollior erectus. *Barr. rar.* 5. *t.* 885. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
β Tithymalus nemoroſus villoſus mollior. *Barr. rar.* 6. *t.* 198.
Creſcit in paludibus inter arundines in Belgio, Germania *ſuperiore & inferiore, in* Oelandia *inſula Sueciæ; rarius in* Italia, Gallia, Anglia.

24. EUPHORBIA inermis fruticoſa, foliis lanceolatis integerrimis, floribus ſolitariis terminatricibus, involucris triphyllis.
Tithymalus raguſinus, flore luteo pentapetalo. *Herm. lugdb.* 600. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 342. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 257.
Tithymalus maritimus ſpinoſus. *Bauh. pin.* 291. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 342. *ſ.* 10 *t.* 1. *f.* 8.
Tithymalus minimus, anguſtis acutisque foliis, fruticans. *Barr. rar.* 7. *t.* 86.
Creſcere fertur in Creta.
Umbellæ in hac communiter ſimplices ſunt.

25. EUPHORBIA inermis, foliis denticulatis, caulinis lanceolatis, umbellularum cordatis.
Tithymalus ſerratus. *Dalech. hiſt.* 1649. *fig. mal. Bauh. hiſt.* 3. *p.* 673.
Tithymalus characias, folio ſerrato. *Bauh. pin.* 290. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 335. *ſ.* 10. *t.* 1. *f.* 6.
Tithymalus characias 5. *Dod. pempt.* 369.
Tithymalus myrtites valentinus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 189.
Creſcit in Regno Valentino & Gallia Narbonenſi *circa* Nemauſium & Monſpelium.

ARGEMONE. *g. pl.* 422.

1. ARGEMONE.
Argemone mexicana. *Tournef. inſt.* 239. *Fev. peruv.* 2. *p.* 6. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 280.
Papaver ſpinoſum. *Baub. pin.* 171. *prod.* 93. *t.* 92. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 93. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 397. *Sloan. flor.* 80.
Papaver ſpinoſum luteum, foliis albis venis notatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 277. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 5.
Chicallotl. *Hern. mex.* 215.
Creſcit in Mexico *omnibus in locis, campis & montibus, nec non in omnibus inſulis* Caribæis *ſecus vias publicas.*

PAPAVER. *g. pl.* 433.

1. PAPAVER foliis ſimplicibus glabris inciſis.
Papaver ſylveſtre. *Raj. ſyn.* 308 *Dalech. hiſt.* 1710.
Papaver vulgare, cujus capitula foraminibus hiant, ſemine incano. *Bauh. pin.* 170.
Papaver capitatum multicapſulare. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 274. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 1, 2, 3, 4.
Papaver capſula flore; folio lato glabro: maximis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278. *n.* 1—16.
Papaver ſativum nigrum & tertium, & quartum. *Dod. pempt.* 445, 446.
Papaver ſativum. *Lob. hiſt.* 142.
α Papaver hortenſe, ſemine albo. *C. B.*
β Papaver hortenſe, nigro ſemine. *C. B.*
γ Papaver flore rubro, ſemine fuſco. *C. B.* 171.
δ Papaver criſtatum, floribus & ſemine album. *C. B.*
ε Papaver criſtatum, floribus rubris, ſemine nigro. *C. B.*
ζ Papaver, pleno flore, album. *C. B.*
η Papaver, pleno flore, nigrum. *C. B.*
Creſcit hocce ævo in ruderatis Europæ *calidioris frequens.*

2. PA-

2. PAPAVER foliis pinnatifidis hiſpidis, fructu ſubrotundo.
Papaver, laciniato folio, capitulo breviore glabro, annuum. *Raj. ſyn.* 308.
Papaver erraticum rubrum campeſtre. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 395.
Papaver rhoeas ſive erraticum. 6, 7, 8, *Moriſ. hiſt.* 2. *p* 277. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 6.
Papaver capſula, flore; foliis obſcure virentibus plus inciſis; minoribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 279. *n.* 18—29.
Papaver erraticum. *Dod. pempt.* 447.
Papaver rhoeas. *Lob. hiſt.* 143.
Papaver erraticum majus. *Bauh. pin.* 171.
α Papaver erraticum, pleno flore.. *C. B.*
β Papaver erraticum minus. *C. B.*
γ Papaver capſula & flore maximis, folio inciſo hirſutiſſimo obſcure viridi. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Papaver orientale hirſutiſſimum, flore magno. *Tournef. cor.* 17. *itin.* 3. *p.* 127. *t.* 127. *Comm. rar.* 34. *t.* 34.
Creſcit per Europam *inter ſegetes, præſertim in regionibus argilloſis.*

3. PAPAVER foliis ternato-pinnatifidis, fructu angulato.
Papaver capitatum multicapſulare dictum. 9, 10, 11. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 278. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 9, 10, 11.
Papaver capſula, flore & foliis obſcurius virentibus tenuiſſime laciniatis, minimis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 280. §. 32, 33, 34.
Argemone capitulo breviore. *Bauh. pin.* 172. hiſpido. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 396.
Argemone capitulo torulis canulato. *Lob. hiſt.* 144.
α Argemone capitulo longiore. *C. B. Lob. hiſt.* 144. ſpinoſo. *J. B*
Creſcit in foſſis & ad agrorum margines in Germania, Anglia, Gallia.

4. PAPAVER foliis pinnatis, fructu acuminato.
Papaver cambricum perenne, flore ſulphureo. *Dill. elth.* 300. *t.* 223. *f.* 290.
Argemone cambro-britannica lutea, capite longiore glabro paucis ſpinulis ad loculamentorum juncturas ornato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 297. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 12.
Argemone cambro-britannica lutea. *Raj. hiſt.* 856.
α Papaver ~~erraticum~~ pyrenaicum, flavo flore. *Bauh. pin.* 171. *prod.* 92. ut recte Plukenetius.
Creſcit in Cambria ſeptentrionali *locis umbroſis & lapidoſis circa rivulos.*

CHELIDONIUM. *g. pl.* 424.

1. CHELIDONIUM pedunculis multifloris.
Chelidonium majus. *Dod. pempt.* 48. *Lob. hiſt.* 440. *Dalech. hiſt.* 1250.
Chelidonium majus vulgare. *Bauh. pin.* 144. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 203. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 257. *ſ.* 3. *t.* 11. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 305.
Chelidonium majus, vulgo Chelidonia. *Cæſalp. ſyſt.* 269.
Chelidonia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 482.
Papaver corniculatum luteum Chelidonia dictum. *Raj. ſyn.* 309.
α Chelidonium majus, foliis quercinis. *Bauh. pin.* 144.
Chelidonium majus, laciniato flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 203.
Chelidonia folio laciniato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 483.
β Chelidonium majus, foliis & flore tenuiſſime laciniatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 258.
Creſcit in locis ruderatis & aſperis per maximam partem Europæ.
Singulares ſunt iſtæ varietates α. β., quarum folia ſunt palmata, licet in naturali planta pinnata ſint.

2. CHELIDONIUM pedunculis unifloris.
Glaucium flore luteo. *Tournef. inſt.* 254. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 305.
Papaver corniculatum luteum. *Bauh. pin.* 171. *Bauh. hiſt.* 398. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 273. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 1.
Papaver corniculatum, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 91.
Papaver corniculatum majus. *Dod. pempt.* 449.
Papaver corniculatum. *Cæſalp. ſyſt.* 270. *Lob. hiſt.* 141.
α Glaucium glabrum, flore phœniceo. *Tournef. inſt.* 254.
Papaver corniculatum phœniceum glabrum *Bauh. pin.* 171.
Papaver corniculatum phœniceo palleſcente flore. *Cluſ. hiſt.* 2 *p.* 92.
β Glaucium hirſutum, flore phœniceo. *Tournef. inſt.* 254.
Papaver corniculatum phœniceum hirſutum. *Bauh. pin.* 171.
Papaver corniculatum phœniceum, folio hirſuto. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 399.
Papaver cornutum, phœniceo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 91.
Papaver corniculatum rubrum. *Dod. pempt.* 449.
γ Glaucium flore violaceo.. *Tournef. inſt.* 254.
Papaver cornutum, flore violaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 274. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 3.
Papaver corniculatum violaceum. *Baub. pin.* 172. *Bauh. hiſt.* 399 *Dod. pempt.* 449.
Papaver corniculatum, violaceo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 92.
Creſcit in littoribus maris arenoſis Angliæ; *at β in agro* Salmanticenſi & Viennenſi *juxta vias & agrorum margines; γ In* Hiſpania *& in* Cantabrigia *inter ſegetes.*
Obſ. Varietas γ gerit folia pinnata, laciniis linearibus ramoſis.

BOCCONIA. *g. pl.* 88. *p.* 380.

1. BOCCONIA.
Bocconia ramoſa, ſphondilii folio tomentoſo. *Plum. gen.* 55.
Chelidonium majus arboreum, foliis quercinis. *Sloan. flor.* 82. *hiſt.* 1. *p.* 196. *t.* 125.
Cocoxihvitl. *Hern. mex.* 158.
Creſcit in Mexico *&* Jamaica *in montibus rarius.*
Conſecrata fuit hæc planta memoriæ PAULI BOCCONI, *diligentiſſimo Botanico, qui tanto ſtudio tot raras plantas in Europa auſtrali detexit.*

SANGUINARIA. *g. pl.* 425.

1. SANGUINARIA.
Sanguinaria minor, flore ſimplici. *Dill. elth.* 335. *t.* 252. *f.* 326.
Chelidonium maximum canadenſe acaulon. *Corn. canad.* 212. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 257. *ſ.* 3. *t.* 11. *f.* 1. *Raj. hiſt.* 1887. *Tournef. inſt.* 231. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 305.
Papaver corniculatum ſ. Chelidonium humile, cauliculo nudo, flore albo ſtellato. *Pluk. alm.* 280.
α Sanguinaria major, flore ſimplici. *Dill. elth.* 334. *t.* 252 *f.* 325.
β Sanguinaria major, flore pleno. *Dill. elth.* 335. *t.* 252. *f.* 326.
Creſcit in Marilandia, Penſilvania, nova Anglia, Canada, Virginia, Carolina.
Hæc planta plurima habet cum Podophyllo communia, ut ſi Argemone & Chelidonium debeant ob florem conjungi cum Papaveribus, certe & hæc debeat cum Podophyllo.

PODOPHYLLUM. *g. pl.* 426.

1. PODOPHYLLUM.
Anapodophyllon canadenſe morini. *Tournef. inſt.* 239. *Catesb. ornith.* 24. *t.* 24. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 72.
Dentaria monophyllos; Anapodophyllon pariſienſibus. *Moriſ. bleſ.* 258.
Nymphææ congener alpina. *Pluk. alm* 267.
Papaveri affinis montana aconitifolia, ranunculi nemorenſis radice. *Herm. lugdb.* 476.
Herbæ paris affinis bifolia; Pomum majale londinenſibus. *Raj. hiſt.* 671.
Solano congener monophyllum aut diphyllum, aconiti folio, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 533.
Ranunculi facie peregrina. *Joncq. pariſ.* 153.
Aconitifolia humilis, flore albo unico campanulato, fructu cynoſbati. *Mentz pug. t.* 2.
α Anapodophyllon canadenſe, ricini folio. *Tournef. inſt.* 665.
Creſcit uti antecedens in Canada, Virginia, Carolina, *&c.*
Anapodophyllon eſt nomen ſeſquipedale, detruncavi itaque tres literas, tamen ſufficiunt reliquæ cum omnino eadem ſignificatione.

ACTÆA. *g. pl.* 427.

1. ACTÆA.
Actæa caule inermi. *Fl. lapp.* 217.
Chriſtophoriana. *Dod. pempt.* 402. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 86.
Chriſtophoriana vulgaris. noſtras racemoſa & ramoſa. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 8. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 62.
Aconitum racemoſum; Actæa quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 660.
Aconitum racemoſum. *Bauh. pin.* 182.
Napellus racemoſus dodonæi. *Dalech. hiſt.* 1747.
Barba capri. *Cæſalp. ſyſt.* 217.
α Chriſtophoriana americana racemoſa, baccis niveis & rubris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 8. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 7.
Aconitum baccis niveis & rubris. *Corn canad.* 76. *p.* 77.
Creſcit ad præcipitia ſucculenta umbroſa & nemoroſa montium, ſolo pinguiſſimo in Suecia, Germania, Auſtria; *at varietas* α *in* America ſeptentrionali.

MUNTINGIA. *g. pl.* 411. *p.* 383.

1. MUNTINGIA pedunculis unifloris.
Muntingia folio ſericeo molli, fructu majori. *Plum. gen.* 41.
Loti arboris folio anguſtiore, rubi flore, fructu polyſpermo umbilicato. *Sloan. flor.* 162. *hiſt.* 2. *p.* 80. *t.* 194. *f.* 1. *Raj. dendr.* 32.

Me-

Meſpilus americana, alni vel coryli foliis, fructu mucilaginoſo albo. *Comm. hort.* 1. *p.* 155. *t.* 80.
Creſcit in Jamaica *ad margines viæ, qua verſus Trajectum itur & in agris loco* Guanaboa.
In natali ſolo vaſtiſſima arbor. Folia alterna, petiolata, ovato-lanceolata, baſi emarginata, lobo altero breviori, margine ſerrata, ſubtus hirſuta albida, ſuperne villoſa mollia viridia; Ex ala folii prodit pedunculus unicus (rarius duo), filiformis, longitudine dimidii folii, uniflorus. Flos Calyce *quinquepartito, laciniis lanceolatis, externe hirſutis, deciduis.* Petala *quinque, alba.* Stamina *capillaria, numeroſa, receptaculo inſerta, longitudine calycis. Intra ſtamina villi plurimi cingunt germen.* Piſtilli *germen ovatum.* Stylus *nullus.* Stigma *conicum, pentagonum, quinquangulare, perſiſtens.* Bacca *globoſa, unilocularis, ſtigmate acuminata, lineis quinque elevatis adnatis (exacte ut in papavere* 1*ma) coronata. Semina numeroſiſſima, nidulantia, totum fructum replentia.*
Commelini figura minus bene exprimit plantam, videtur tamen eadem, cum omnes plantæ Americanæ in hybernaculis noſtris calidis quadruplo majora, quam in loco natali, producunt folia.
Conſecrata fuit memoriæ Abrahami Muntingii, *ex variis operibus clari.*

Nymphæa. *g. pl.* 421.

1. Nymphæa calyce magno pentaphyllo. *Fl. lapp.* 218.
Nymphæa lutea major. *Bauh. pin.* 193. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 77. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 281.
Nymphæa lutea minor. *Dalech hiſt.* 1009.
Nymphæa lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 771. *Dod. pempt.* 585. *Lob. hiſt.* 324. *Beſl. eyſt. vern.* 108. *f.* 3.
Nymphæa altera. *Cæſalp. ſyſt.* 569.
α Nymphæa lutea minor, magno flore. *Bauh. pin.* 193.
Creſcit in ſtagnis & fluviis ac foſſis per totam Europam, *præſertim* ſeptentrionalem *vel frigidiorem.*

2. Nymphæa calyce tetraphyllo, corolla multiplici. *Fl. lapp.* 219.
Nymphæa alba major. *Bauh pin.* 193. *Dalech. hiſt.* 1008. *Sloan. flor.* 120. *Beſl. eyſt. vern.* 108. *f.* 1.
Nymphæa alba. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 770. *Dod. pempt.* 585. *Lob. hiſt.* 324.
Nymphæa. *Cæſalp. ſyſt.* 568.
Nymphæa alba: Lotus ægyptia alpini. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 77.
Leuconymphæa. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 281.
Agrape. *Marcgr. braſ.* 23.
β Nymphæa alba minor. *Bauh. pin.* 193. *Beſl. eyſt. vern.* 108. *f.* 2.
Creſcit in iisdem locis cum antecedenti, per totam Europam *&* Americam.
Obſervandum an illa ſpecies foliis crenatis ſit diſtincta ſpecies, vel ſolum varietas. vide Hort. mal. XI. t. 26. *nec non ibidem tab.* 27. *Præterea Lotum ægyptiam alpini; ego vix crederem quod ſpecie differant; autopta dijudicet.*

3. Nymphæa foliis undique integris.
Nymphæa indica, Faba ægyptia dicta, flore incarnato. *Herm. parad.* 205. *t.* 205.
Nymphæa alba indica maxima, flore albo, fabifera. *Burm. zeyl.* 173.
Nymphæa glandifera indiæ paludibus gaudens, foliis umbilicatis amplis, pediculis ſpinoſis, flore roſeo purpureo. *Pluk. alm.* 267. *t.* 207. *f.* 5.
Nymphæa glandifera batavica javorum. *Stap. theophr.* 445. *t.* 446.
Faba ægyptiaca. *Cluſ. exot.* 32.
Nelumbo zeylanenſium. *Tournef. inſt.* 261.
Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 59. *t.* 30.
β Bem-Tamara. *Rheed. mal.* 11. *p.* 61. *t.* 31.
Creſcit in Indiæ orientalis, Zeylonæ, Malabariæ, Javæ, *&c. aquis ſtagnantibus.*
Hujusmodi fructus in collectione ſeminum obvius eſt, nec in Horto crevit umquam.

Capparis. *g. pl.* 261.

1. Capparis aculeata.
Capparis ſpinoſa (& non ſpinoſa). *Bauh. hiſt.* 2. *p* 63.
Capparis ſpinoſa, fructu minore, folio rotundo. *Bauh. pin.* 480. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 70.
Capparis. *Cæſalp. ſyſt.* 480.
Capparis retuſo folio. *Lob. hiſt.* 359. *Dalech. hiſt.* 154. *mala.*
α Capparis folio acuto. *Lob. hiſt.* 359. *Dalech. hiſt.* 154. *Bauh. pin.* 480.
Capparis ſicula, duplicata ſpina, folio acuto. *Bocc. ſic.* 79 *t.* 42. *f.* 3.
Capparis. *Dod. pempt.* 746.
Creſcit in locis arenoſis, ruderatis, muris, inter & ſuper lapides Romæ, Senarum, Florentiæ *& alibi in* Italia, *ſemper in locis duriſſimis aridiſſimis.*
Variat foliis ovatis acutis & obtuſe emarginatis; variat ſpinis ſolitariis & geminatis ad exortum folii.

2. CAPPARIS inermis, foliis ovalibus alternis perennantibus.
Cynophallophoros ſ. Penis caninus caribearum, arbor foliis ſubrotundis, clavos pulpiferos phalloides pro ſiliquis gerens. *Pluk. alm.* 126. *t.* 172. *f.* 4.
Creſcit in America.
Arborea eſt planta. Folia oblongo-ovalia, fere obtuſa, margine integerrimo parum deflexo, ſuperficie ſupina glabra, nitida, ſulco longitudinali ſecundum nervum, prona vero pallida vel argenteo-griſea, quaſi obſolete punctata; ramorum apex in paniculam floriferam deſinit; rami teretes, at anguloſi evadunt verſus paniculam & paniculæ ipſius rami anguloſi. Calyx & corolla quadripartita, ut in congeneribus, foliolis ovatis, æqualibus, ſubtus colore floris Elæagni. Stamina longiſſima purpuraſcentia, germen ovato-oblongum apici ſtyli inſidens.
Plukenetiana figura differt a noſtra planta quod flores ſolitarios ex alis foliorum ferat.
An hæc Breynia Plumieri?

3. CAPPARIS inermis, foliis ovato oblongis per ſpatia confertis perennantibus.
Capparis arboreſcens, lauri foliis, fructu longiſſimo. *Plum. ſpec.* 7.
Capparis americana arboreſcens, lauri folio, fructu longiſſimo; flore albo. *Tournef. inſt.* 261.
α Capparis alia arboreſcens, lauri foliis, fructu oblongo ovato. *Plum. ſpec.* 7.
· Capparis americana arboreſcens, lauri folio, fructu ſubrotundo, flore albo. *Tournef. inſt.* 665.
β Capparis arboreſcens indica Badukka dicta, flore tetrapetalo. *Raj. hiſt.* 1630.
Baducca. *Rheed. mal.* 6. *p.* 105. *t.* 57.
Creſcit in America & Malabaria.
Malabarica β *differt ab americanis petiolis paulo brevioribus.*
Folia in his alterna, ſed valde conferta, petiolis longis annexa, ſeptem vel decem ſimul, e quibus ramus nudus ſemipedalis, iterum ambiunt folia alterna, recurrit ramus nudus, &c.

TILIA. *g. pl.* 440.

1. TILIA. *Cæſalp. ſyſt.* 40. *Dod. pempt.* 838.
Tilia fœmina. *Lob hiſt.* 606. *Dalech. hiſt.* 89.
Tilia fœmina, folio majore. *Bauh pin.* 426. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 230.
Tilia vulgaris platyphyllos. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 133.
α Tilia fœmina, folio minore. *C. B.*
Tilia folio minore. *J. B.* 135.
Creſcit in pratis montoſis Gothiæ, Daniæ, Germaniæ; *in alpinis & montoſis* Italiæ; *inque* Virginia.
Fructus globoſus ſi modo unico prægnans eſt ſemine, ut communiter fit; ſi vero omnia quinque ſemina ad maturitatem perveniunt, angulatus fit fructus.
Nulla arbor in opere topiario hacce gratior eſt.
Habetur & in Horto Tilia cujus radix excrevit in ramos, dum rami in radicem transivere per ſubverſionem artificialem.

THEA. *g. pl.* 434.

1 THEA.
Thea. *Kæmpf jap* 605, 607. *t.* 606. *fig. opt.*
The ſinenſium ſive Tſia japonenſibus. *Breyn. cent.* 111. *t.* 112. *Raj. hiſt.* 1619.
The frutex chinenſis, Tſia japonenſis. *Barr. rar.* 128. *t.* 904. *ex Bont.*
Thee ſinenſium ſ. Tſia japonica. *Bocc. muſ.* 114. *t.* 94. *ex Breyn.*
Frutex The. *Bont. jav.* 87 *t.* 88.
Herba Te ſeu Thee ſinenſe. *Jocqu. expl.* 25.
Chaa. *Bauh. pin.* 147.
Chaa, herba japoniæ. *Bauh hiſt.* 1. *p.* 5.
Evonymo adfinis arbor orientalis nucifera, flore roſeo. *Pluk. alm.* 139. *t.* 88. *f.* 6.
Evonymo adfinis, Tſia japonenſibus dicta, flore rubro roſaceo, vaſculo ſeminali rotundo plerumque tricapſulari, Siva-tea ſinenſibus dicta. *Pluk. amalth.* 79.
Styraci & Evonymo media affinis, The ſinenſium ſive Tſia japonenſibus, flore ſimplici. *Breyn. prod.* 2. *p.* 98.
Creſcit in Japonia.
Semina ſepties per aliquot annos in hortum translata fuere, regerminarunt vero nulla, nec ſcio ullum hortum in quo creverit Europæo, (licet Breynius prod. l. c. in Horto Amſtelodamenſi ſaltem conſpeximus:) *ſiquidem ſemina teſte Kæmpfero, ipſo in loco natali, citiſſime rancescant cum maxime oleoſa ſint, adeoque vix ſingulum quintum enaſcitur, longe itaque magis, dum bis meridiem ſubire debeant antequam in Europam perveniant; nec ſperat Kæmpferus plantas vivas e japonia per æſtuoſam indiam deferri poſſe facile in Europam, quin tabe perirent ſub itinere; quod ſi vero poſſent, in Sicilia, Hiſpania & Italia ſub eodem fere vi-*

viverent climate, nec non in America, ubi, ut & in Europa, tam multæ tamque infinitæ aliæ plantæ cum japonenſibus communes creſcunt. Puto quod ſemina nitro (non immediate) circumdata undique & optime incluſa incorrupta transferrerentur, modo ſingularis adhiberetur cura.

Thea nomen eſt barbarum, adeoque novum imponi deberet; nos itaque Theæ verbum retinemus quaſi Thea (græcè) Dæa, cum hæc herba divina facta fuit fere omnibus nationibus noſtro certe ævo. De hac Jonquet, in explic. ſtirp. obſcure denominatarum, lepide: Herba divina, nondum cognita C. Bauhini temporibus; creditur ſolis amor in quam Ambroſiæ ſuccos ſic fundit ſalutares, ut qui hujus exhauſerit decoctum, eſt quod arbitretur ſibi Senii pharmacum accepiſſe. *vide ſequentia de uſu ejus ſummo p.* 24.

CISTUS. *g. pl.* 441.

1. CISTUS foliis cordatis lævibus acuminatis petiolatis.
Ciſtus ledon, foliis populi nigræ, major. *Bauh. pin.* 467. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 275.
Ciſtus ledon, populi nigræ foliis cluſii, major & minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 9.
Ledon latifolium 2 majus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 78.
Ledum 2 cluſii. *Dalech. hiſt.* 233. *Lob. hiſt.* 554.
α Ciſtus ledon, foliis populi nigræ, minor. *Bauh. pin.* 467.
Ledon 2 latifolium minus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 78.
Ciſtus ledon, populnea fronde. *Lob. hiſt.* 554. *Dalech. hiſt.* 234.
Creſcit in ea montis Sierra Morena *dicti parte, quæ ſuperanda eſt iis qui Ulyſſipone Hiſpalim iter faciunt & in quibusdam collibus* Granatæ *vicinis.*

2. CISTUS foliis lanceolatis ſupra lævibus petiolis baſi coalitis vaginantibus.
Ciſtus ladanifera hiſpanica, ſalicis folio, flore albo macula punicante inſignito. *Tournef. inſt.* 260. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 274.
Ciſtus ladanifera hiſpanica incana. *Bauh. pin.* 467.
Ciſtus ledon, flore macula nigricante notato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 8.
Ciſtus ledon 1 anguſtifolium. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 77.
Ciſtus ledon primus. *Lob. hiſt.* 553. *Dalech. hiſt.* 233.
Ciſtus ledon. *Dod. pempt.* 192.
α Ciſtus ladanifera hiſpanica, ſalicis folio, flore candido. *Tournef. inſt.* 260.
β Ciſtus ledon, foliis laurinis. *Bauh pin.* 476. *Raj. hiſt.* 1009.
Ciſtus ledon latiore folio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 8.
Creſcit frequentiſſima in multis Hiſpaniæ *&* Luſitaniæ *locis, numquam tamen abundantius quam in collibus eorumque declivibus inter* Tagum *&* Anam *flumina; in toto fere monte* Sierra Morena; *at* β *in littore marino, qua, ſuperata Calpe, Malacam iter eſt.*
Foliola calycina ſubrotunda cum acumine, pilis breviſſimis raris remotis in medio aſperſa.

3. CISTUS foliis lanceolatis ſeſſilibus utrinque villoſis trinerviis, alis nudis.
Ciſtus ladanifera monſpelienſium. *Bauh. pin.* 467. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 275. *Raj. hiſt.* 1010.
Ciſtus ladanifera ſive Ledon monſpeſſulanum, anguſto folio nigricans. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 10.
Ladanum. *Cæſalp. ſyſt.* 575.
Ledum. *Dalech. hiſt.* 230.
α Ciſtus ledon, foliis oleæ, ſed anguſtioribus. *Bauh. pin.* 467.
Ledon 5. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 79.
Creſcit vulgatiſſimus per totum regnum Valentinum *&* Galliam Narbonenſem.
Folia calycina cordata, acuminata, margine præſertim ciliata.

4. CISTUS foliis ſeſſilibus utrinque villoſis rugoſis: inferioribus ovatis baſi connatis, ſummis lanceolatis.
Ciſtus mas anguſtifolius. *Bauh. pin.* 464.
Ciſtus mas 2, folio longiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 2.
Ciſtus mas 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 69. *Dalech. hiſt.* 225.
Ciſtus mas anguſtifolius ſecundus cluſii. *Lob. hiſt.* 548.
Creſcit in Hiſpania.
Foliola calycina ovata, acuminata, hirſuta.

5. CISTUS foliis ovatis petiolatis utrinque hirſutis, alis nudis.
Ciſtus fœmina, folio ſalviæ. *Bauh. pin.* 464.
Ciſtus fœmina, folio ſalviæ, elatior, & rectis virgis. *Tournef. inſt.* 259. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 275.
Ciſtus fœmina monſpeliana, flore albo; & hiſpanica luteo. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 4.
Ciſtus fœmina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 70. *Lob. hiſt.* 549. *Dalech. hiſt.* 226.
Ciſtus. *Cæſalp. ſyſt.* 574.
Creſcit per Italiam, Siciliam *&* Galliam Narbonenſem *in ſterilibus & ſaxoſis collibus & dumetis frequens.*
Foliola calycina cordata, nuda, colorata.

6. CISTUS foliis aveniis, alis nudis, foliolis duobus calycinis linearibus.
Ciſtus folio halimi 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 71. *Dalech. hiſt.* 227. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 275.
Ciſtus folio halimi, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 5.

Ciſtus fœmina, portulacæ marinæ folio latiore obtuſo. *Bauh. pin.* 465.
Ciſtus fœmina, folio portulacæ marinæ ſive Crithmi. *Lob. hiſt.* 550.
Helianthemum halimi folio breviore obtuſo. *Tournef. inſt.* 249.
• Ciſtus, halimi folio, ſecundus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 71.
Ciſtus fœmina, portulacæ marinæ folio anguſtiore mucronato. *Bauh. pin.* 465.
Creſcit in Luſitania *non procul* Ulyſſipone *in ſolo arenoſo & aura marina afflato.*

7. CISTUS foliis lanceolatis hirſutis margine repandis, alis nudis.
Ciſtus mas, foliis undulatis & criſpis. *Tournef. inſt.* 259. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 275.
Ciſtus mas 5, foliis criſpis & quodammodo ſinuoſis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 3.
Ciſtus mas ſupinus, ſinuatis & fimbriatis foliis. *Lob. hiſt.* 549.
Ciſtus mas, foliis chamædryos. *Bauh. pin.* 464.
Ciſtus mas 5. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 69.
Creſcit in Luſitania *præſertim ad monaſterium* Pera longa *dictum; creſcit & in locis ſterilibus* Garrigues, *inter Pezenos & Beziers.*

8. CISTUS ſtipulis quaternis, foliis oblongis, caule erecto.
Ciſtus annuus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 76.
Ciſtus humilis annuus, folio ſalicis. *Lob. hiſt.* 552.
Ciſtus annuus 1 cluſio. *Dalech. hiſt.* 228. folio rotundiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 13.
Ciſtus ſalicis folio. *Bauh. pin.* 465.
Helianthemum ſalicis folio. *Tournef. inſt.* 249. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 276.
Creſcit in vinetorum marginibus apud Salmanticenſes *&* Granatenſes.

9. CISTUS ſtipulis quaternis, foliis oblongis utrinque glabris, caule procumbente.
Ciſtus humilis vulgaris, flore luteo. *Pluk. alm.* 107.
Chamæciſtus vulgaris, flore luteo. *Bauh. pin.* 465.
Chamæciſtus 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 73.
Helianthemum vulgare, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 15. *Tournef. inſt.* 248. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 276.
Helianthemum ſive Flos ſolis. *Lob. hiſt.* 238.
Flos ſolis. *Dod. pempt.* 193.
Panaces Chironium. *Dalech. hiſt.* 740.
Chironia. *Cæſalp. ſyſt.* 397.
Creſcit in pratis montoſis exaridis vel cretaceis per Sueciam, Germaniam, Angliam *aliasque regiones vulgaris.*
Flores gaudent foliolis duobus calycinis linearibus parvis, patulis, tribus vero interioribus ovatis, magnis, concavis, ſtriatis. Fructus abſoluta floreſcentia reflectitur, qua nota a congeneribus facile diſtinguitur & varietates iſtæ infinitæ, in Botanicorum ſcriptis cumulatæ, ad ſuam ſpeciem facile referuntur.

10. CISTUS ſtipulis quaternis, foliis ſubovatis ſubtus tomentoſis, caule procumbente.
Helianthemum folio pervincæ ſubtus argenteo pubeſcentibus fimbriis, flore luteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 276.
Chamæciſtus luteus, thymi durioris folio *Barr rar.* 51. *t.* 441.
Creſcendi locum, flores vel fructus non vidi.

CALOPHYLLUM. *g. pl.* 436.

1. CALOPHYLLUM foliis ovatis obtuſis ſtriis parallelis transverſalibus.
Inophyllum flore quadrifido. *Burm. zeyl.* 130.
Kalophyllodendron indicum, folio & fructu minori. *Vaill. act.* 1722. *p.* 283.
Cornus malabarica, foliis nymphææ. *Raj. hiſt.* 1537.
Tſierou-ponna. *Rheed. mal.* 4. *p.* 81. *t.* 39.
Creſcit in Malabaria *&* Zeylona.

PEGANUM. *g. pl.* 443.

1. PEGANUM.
Ruta ſylveſtris, flore magno albo. *Bauh. pin.* 338. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 508. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 5.
Ruta, quæ dici ſolet Harmala. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 200.
Ruta Harmola matthioli. *Dalech. hiſt.* 973.
Melanthium ſyriacum minus fruteſcens latifolium, rutæ flore, fructu tricapſulari. *Breyn. cent.* 2. *p.* 67.
Harmala. *Dod. pempt.* 121. *Lob hiſt.* 508. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 261.
Harmel conſtantinopolitanum. *Cæſalp. ſyſt.* 573.
Creſcit in arenoſis circa Alexandriam *Ægypti & in* Caſtella nova *circa Madritium & Guadalojaræ collibus, læto ſolo.*
Affinitas ſat magna intercedit hanc ſpeciem & Rutam, hinc excluſo nomine Barbaro Harmala, recepi nomen Rutæ græcum Peganum. Eſt modo proportio numeri inter Rutam & hanc quæ diſtinguit, ſcilicet;
Rutæ *calyx, corolla, loculamenta 4fida; ſtamina* 8.
Varietatis —— —— —— *5fida; ſtamina* 10.
Hujus —— —— —— *5fida; ſtamina 5. loculam. 3fida;*
Ergo quod demitur e fructu conſtituit ordinem interiorem quinque ſtaminum, uti Celaſtrum ab Evonymo.

CA-

CARYOPHYLLUS. *g. pl.* 435.

1. CARYOPHYLLUS.
Caryophyllus aromaticus ind. orient. fructu clavato monopyreno. *Pluk. alm.* 88. *t.* 155. *f* 1.
Caryophyllus aromaticus, fructu oblongo. *Bauh. pin.* 410.
Caryophylli aromatici. *Dalech. hist.* 1759.
Caryophylli indici. *Bauh. hist.* 1. *p.* 423.
Caryophyllus. *Cluſ. exot.* 16. *Dalech. app.* 5. *Acoſt. cluſ.* 267.
Tſhinka. *Piſ. mant.* 177.
Creſcit in inſulis Moluccis *ſolo omnium aridiſſimo & ſiticuloſo, ut vix ſiccior terra ulla.*
Hæc inter exſiccata ſpecimina occurrit quæ in Horto nullo Europæo umquam germinavit, nec facile germinabit, rationem vide in Raji hiſtoria 1508. *Ex* Piſonis mant. aromat. 177.

PORTULACA. *g. pl.* 341.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus verticillatis ſeſſilibus, floribus ſeſſilibus.
Portulaca anguſtifolia ſive ſylveſtris. *Bauh. pin.* 288. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 571. *ſ.* 5. *t.* 36. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 220. *Sloan. flor.* 87.
Portulaca ſylveſtris minor ſive ſpontanea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 678.
Portulaca ſylveſtris. *Dod. pempt.* 661. *Lob. hiſt.* 210.
Portulaca. *Cæſalp. ſyſt.* 263.
Kara-tſjara. *Rheed. mal.* 10. *p.* 71. *t.* 36.
α Portulaca latifolia ſeu ſativa. *Bauh. pin.* 288. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 570. *ſ.* 5. *t.* 36. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 220. *Sloan. flor.* 87.
Portulaca hortenſis latifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 678. *non figura.*
Portulaca ſativa. *Dod. pempt.* 661.
Portulaca domeſtica. *Lob. hiſt.* 210.
Creſcit in arenoſis, ſterilibus agris, vervectis, ad vias in Germania, Gallia Narbonenſi, Sicilia, Malabaria, Jamaica.
Ulterius examen florum docuit in hoc genere numerum ſtaminum copioſiorem eſſe, adeoque in generibus loco filamenta decem, *legatur* Filamenta quindecim vel plura. *Hinc etiam patet affinitas Anacampſerotis cum Portulaca, quæ ſane ſumma eſt.*

ANACAMPSEROS. *g. pl.* 428.

1. ANACAMPSEROS foliis acuminatis.
Telephiaſtrum flore globoſo. *Dill. elth.* 375. *t.* 281. *f.* 363.
Portulaca africana ſempervirens, flore rubicundo. *Comm. hort.* 2. *p.* 177. *t.* 89. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 220.
Creſcit in Africa.

2. ANACAMPSEROS caule arboreo, foliis cuneiformibus oppoſitis.
Craſſula, portlandicæ facie, arboreſcens. *Dill. elth.* 120. *t.* 101. *f.* 120.
Creſcit in Africa.
Flores hujus nobis ignoti; hinc de genere nil certi ſtatuimus.

MIMOSA. *g. pl.* 439.

1. MIMOSA foliis bigeminatis.
Acaciæ quodammodo accedens, ſ. Ceratiæ & Acaciæ media jamaicenſis ſpinoſa, bigeminatis foliis, floſculis ſtamineis, atronitente fructu, ſiliquis parum intortis. *Pluk. phyt.* 1. *f.* 6.
Ceratiæ quodammodo affinis benghalenſis, foliis bigemellis ſubrotundis, ſiliquis admodum intortis & in orbes circumflexis ex minio-nigricantibus, fructu rubro macula nigra inſignito. *Pluk. alm.* 93. *t.* 82. *f.* 4.
Acaciæ quodammodo accedens, myrobolano chebulo veſlingii ſimilis, arbor americana ſpinoſa, foliis ceratoniæ in pediculo geminatis, ſiliqua bivalvi compreſſa corniculata, ſeu cochlearum, vel arietinorum cornuum in modum incurvata, ſ. Unguis cati. *Breyn. prod.* 2. *p.* 7.
Acacia arborea major ſpinoſa, pinnis quatuor majoribus ſubrotundis, ſiliquis varie intortis. *Sloan. flor.* 152. *hiſt.* 2. *p.* 56.
Acaciæ ſimilis ſpinoſa, ceratoniæ foliis geminatis, floribus albis lanuginoſis, ſiliqua compreſſa corniculata, ſeminibus nigerrimis ſplendentibus. *Kigg. beaum.* 3.
Unguis cati arbor americana ſiliquoſa ſpinoſa. *Herm. prod.* 385.
Creſcit in campis & pratis Jamaicæ *& Inſularum* Caribæarum *frequens.*
In horto noſtro numquam floruit, licet humanæ altitudinis arbores; variat aculeis inſtru-

Eta & iis deſtituta ; flores depinguntur ſtaminibus numeroſis & legumine ſpiraliter contorto.

2. MIMOSA undique aculeata, foliis geminatis pinnatis, foliolis intimis minimis.
Mimoſa ſpinoſa prima ſ. braſiliana latifolia, ſiliquis radiatis. *Breyn. cent.* 31. *t.* 16.
Mimoſa arboreſcens ſpinoſa, frondibus orbicularibus latifolia, ſiliquis radiatis onobrychidis modo articulatis. *Pluk. alm.* 251.
Juqueri-omnano. *Marcgr. braſ.* 64.
α Mimoſa, folio lato ſennæ, ſpinoſa. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 55.
Eſchynomene ſpinoſa latifolia ſive Herba viva vel Mimoſa latifolia, piloſo & ſubrotundo folio. *Comm. hort.* 1. *p.* 55. *t.* 28.
Creſcit in Braſilia.
Petiolus apice in duos ramulos dividitur, quorum ſingulus pinnatum fert folium ex duabus vel quatuor foliolorum oppoſitionibus, foliolis æqualibus, excepto infimo interno, in ſingulo ramulo folii minimo.
Hæc omnium maxime ſenſitiva eſt.

3. MIMOSA caule aculeato, foliis pinnato-palmatis: ſingulis multiplici oppoſitione pinnatis.
Mimoſa ſpinoſa tertia ſive foliolis acaciæ anguſtioribus, ſiliquis parvis echinatis. *Breyn. cent.* 40. *t.* 18.
Mimoſa major fruteſcens ſpinoſa, ramis communi pediculo in orbem coactis. *Pluk. alm.* 251. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 55.
Mimoſa ſ. Pudica, ramulis & foliis ſenſilibus. *Tournef. ſchol.* 300.
Eſchynomene ſpinoſa, flore globoſo albido, ſiliculis articulatis echinatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 57. *t.* 29.
Herba mimoſa. *Acoſt. arom. cap* 56. *fig. mal.*
Caaeo. *Marcg. braſ.* 23. *fig. e planta tenella.*
Juquiri, aliis Caaeo. *Piſ. braſ.* 117.
Creſcit in Braſilia *variisque aliis americæ.*
Petiolus ad apicem gerit folia quatuor-octo-pinnata, numeroſis foliolis; communi petiolo affiguntur hæc folia ſummo apici & fere in eodem puncto, tamen ſi accuratius inſpiciantur, duo & duo oppoſita ſunt & pinnatim inſident, adhuc magis evidens dum tenella eſt planta & nuper ex ſemine enata. Flores huic communiter quadrifidi ſunt & ſtamina quatuor, rarius plura.
Hæc etiam maxime ſenſitiva eſt, & hoc noſtro tempore in hortis vulgatiſſima.

4. MIMOSA aculeis alarum geminatis connatis, foliis duplicato-pinnatis.
Acacia cornuta indiæ orientalis. *Seb. theſ.* 1. *p.* 113. *t.* 70. *f.* 13.
Acacia americana, grandibus aculeis ad ramulorum exortum cornua bovina referentibus, ſiliqua roſtrata. *Pluk. alm.* 3. *t.* 122. *f.* 1.
Acaciæ ſimilis, ſpinis corniformibus, mexicana. *Comm. hort.* 1. *p.* 209. *t.* 107.
Acaciæ ſimilis ſpinis corniformibus prima & ſecunda & tertia & quarta. *Breyn. prod.* 2. *p.* 4, 5, 6.
Hoitzmamaxalli. *Hern. mex.* 86.
Creſcit in Mexico & Cuba *inſula.*
Petiolus gerit folium pinnatum ex ſex (pluribus vel paucioribus) foliis oppoſitis ſeu pinnatis. Hæc folia lateralia ſingula pinnata ſunt, foliolis viginti circiter paribus, proximis, ut fere ſe invicem tangant; nec tacta connivent hujus folia; ubi petiolus communis exit duo cauli adnaſcuntur validiſſimi aculei coaliti inter ſe, lepide cornua bovina exprimentes, e quorum diviſura ortum ducit petiolus communis, in quo, a latere ſupino, fere ubi prima oppoſitio foliorum lateralium vel paulo inferius, eſt lacuna glanduloſa, quæ liquorem melleum ſaturatiſſimum quem novi excernit. Quem in finem? Quid nectarium in foliis? cur fere in ipſa fructificatione? Foliola inferiora apendice dicoloro in apice inſtruuntur.

5. MIMOSA ſpinis geminatis diſtinctis, foliis duplicato-pinnatis, partialibus utrinque duobus.
Acacia foliis ſcorpioides leguminoſæ. *Bauh. pin.* 392.
Acacia ægyptia. *Hern. mex.* 866. *fig. optima.*
Acacia ægyptiaca. *Dalech. hiſt.* 160.
Acacia. *Dod. pempt.* 752.
Acacia africana, ſpinis candicantibus horrida, ſubrotundis foliis, odoratiſſima. *Pluk. phyt.* 123. *f.* 1.
Acacia vera ſ. Spina ægyptiaca, ſubrotundis foliis, flore luteo, ſiliqua brevi, paucioribus iſthmis glabris & cortice nigricantibus donata. *Pluk alm.* 3.
Spina acaciæ. *Lob. hiſt.* 536.
Creſcit in Ægypto & Arabia.
Folia in communi petiolo quatuor pinnatim oppoſita ſeu duo paria, quorum ſingula pinnata ſunt ex foliolis numeroſiſſimis; ad exortum folii utrinque ſpina ſubulata, aciculæ forma, rigida, pungens, patens.

6. MIMOSA aculeis ad ſummitatem internodiorum confertis, foliis duplicato-pinnatis.
Creſcit in America.
Differt a IOMA *aculeis in ſinguli internodii ſuperiori parte, nullis vero in inferiore.*
Senſit & hæc, parum licet.

7. MI-

7. MIMOSA inermis, foliis duplicato-pinnatis, foliolis ſuperioribus majoribus incurvatis pubeſcentibus.
Acacia non ſpinoſa, Sesban ægyptia, foliis ſubtus glaucis. *Pluk. amalth.* 3. *t.* 331. *f.* 1.
Creſcit in utraque India.

8. MIMOSA inermis, foliis duplicato-pinnatis, ſiliquis linearibus glabris.
Mimoſa americana pigra, ſiliquis longis anguſtis allium olentibus. *Pluk. alm.* 252. *t.* 307. *f* 3.
Creſcit in America.
Folia quatuor paria pinnatim inſeruntur petiolo communi: foliola ſingula linearia, baſi truncata, affixa angulo ſuperiori, apice obtuſe acuminata, ſedecim circiter foliolorum paria in folio partiali; ad exortum petioli communis nullæ ſpinæ, ſed duæ ſetæ minimæ vix manifeſtæ. Ex ala folii prodit pedunculus flores in capitulum filamentis longiſſimis continens. Siliquæ plures quaſi ex eodem pedunculi centro & apice ſummo erectæ, digiti longitudinis, compreſſæ, lineares, acuminatæ.

9. MIMOSA inermis, foliis duplicato-pinnatis, glandula ad baſin petioli, ſiliquis ovato-oblongis planis.
Creſcit in America.
Folia ſedecim paria circiter communi petiolo pinnatim affiguntur, ſingula quadraginta ad quinquaginta foliolorum paribus oppoſitis pinnata exiſtunt; infra folia in communi petioli parte ſupina prominet glandula quæ ſecernit humorem melleum; ſiliquæ longitudine digiti, obtuſæ, plus quam pollicis humani latitudinis compreſſæ. Ergo convenit facie cum 4ta, ſed aculeorum abſentia differt.

10. MIMOSA ſpinis geminatis, foliis duplicato-pinnatis.
Acacia altera vera ſ. Spina mazcatenſis vel arabica, foliis anguſtioribus, flore albo, ſiliqua longa villoſa plurimis iſthmis & cortice candicantibus donata. *Pluk. alm.* 3. *t.* 251. *f.* 1.
Acacia, Sant & Akakia. *Alp. ægyp.* 6. *t.* 6.
Acacia vera. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 429.
Creſcit in Arabia *forte & ad* Caput ~~bonæ ſpei, unde ſemina~~ *habuimus varia & hanc iis immixtam; enata etiam fuit e ſeminibus virginianis per D. Gronovium communicatis.*
Folia quatuor, quinque vel ſex paria ſingulo petiolo communi inſident pinnatim, ſingula pinnata numeroſis pinnis; ad exortum petioli communis ſpinæ duæ oppoſitæ.
Differt a 5ta ſpecie, cum qua confunditur a plurimis ſpinis in hac minoribus minu que rigidis, & foliis partialibus pluribus quam quinque paribus.

11. MIMOSA aculeis undique ſparſis ſolitariis, foliis duplicato-pinnatis, caule angulato.
Acacia maderaſpatana ſpinoſa, pinnis veluti lunulatis, nervo pinnularum ad unum latus vergente. *Pluk. alm.* 4. *t.* 122. *f.* 2.
Intſia. *Rheed. mal.* 6. *p.* 7. *t.* 4.
Creſcit in Madera *&* Malabaria *& variis Americæ partibus, unde ſemina omni anno nobis allata fuere.*

12. MIMOSA inermis, foliis pinnatis, paribus duobus: glandula ovata intra infimo minori.
Creſcit in America
Fructus teres nodoſus. Folia duo extima ovata maxima glabra, acuminata, duo inferiora dimidio minora, interiore latere anguſtiore.

13. MIMOSA inermis, foliis pinnatis, petiolis membranaceo-alatis.
Inga flore albo fimbriato, fructu dulci. *Plum. gen.* 13.
Inga, belgis lotus. *Marcgr. braſ.* 111.
Arbor ſiliquoſa braſilienſis, foliis pinnatis, coſta media membranulis utrinque extuberantibus alata. *Raj. hiſt.* 1762. *Sloan flor.* 153. *hiſt.* 2. *p.* 58. *t.* 183 *f.* 1.
Creſcit in Braſilia, Jamaica, Surinama, *ad ripas.*
Qui a fructu vel flore diſtinguere tentarit Acaciæ ſpecies in Acacias & Mimoſas, paucas cum vidiſſe ſpecies fructificantes certus ſum.
Difficile nobis eſt tradere ubique ſynonyma, cum raro apud nos floreant, rariſſime fructificent, omnesque veterum differentiæ præcipue a fructu petitæ ſint.

CORCHORUS. *g. pl.* 442.

1. CORCHORUS foliorum infimis ſerraturis ſetaceis maximis reflexis.
Corchorus. *Lob. hiſt.* 269. *Dalech. hiſt.* 565.
Corchorus plinii. *Bauh. pin.* 317. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 283. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 318.
Corchorus ſive Melochia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 982.
Melochia. *Alp. ægypt.* 45. *t.* 45
Alcea cibaria, Corchorus & Melochia dicta, ad foliorum baſin barbulis donata, quinquecapſularis major ægyptiaca, ſiliqua longiſſima *Breyn. prod.* 2. *p.* 36.
α Alcea cibaria vel Corchorus americana, carpini foliis, ſextuplici capſula prælonga. *Pluk. alm.* 17. *t.* 127. *f.* 3.

β Alcea olitoria ſ. Corchorus americana, anguſto barbato folio, capſula ſtrictiori. *Pluk. alm.* 17. *t.* 127. *f.* 4.
Creſcit in Ægypto, *& α. β. in* America.

2. CORCHORUS foliorum infimis ſerraturis minoribus.
Alcea olitoria ſ. Corchorus americana, prælongis foliis, capſula ſtriata ſubrotunda brevi. *Pluk. alm.* 18. *t.* 255. *f.* 4.
Creſcit in America..
In ſpecie priori infima utrinque foliorum ſerratura in ſetam excreſcit reflexam verſus petiolum, in hac vero deficit in omnibus quas vivas alimus, Plukenetius tamen & hanc cum appendice pingit.

TRIUMFETTA. *g. pl.* 864.

1. TRIUMFETTA.
Triumfetta fructu echinato racemoſo. *Plum. gen.* 40
Lappula bermudenſis althæoides ſpicata, fructu orbiculari majore. *Pluk. alm.* 206. *t.* 245. *f.* 7.
Agrimonia lappacea inodora, folio ſubrotundo dentato. *Sloan. flor.* 92. *hiſt.* 1. *p.* 211.
Frutex innominatus ſecundus. *Marcgr. braſ.* 80.
Creſcit in Jamaica & Bermudis.
Dicta fuit in memoriam JO. BAPT. TRIUMFETTI.
Cum hæc planta ſit minus clare expoſita a Botanicis, ejus deſcriptionem exhibebo.
E ſeminibus terræ prægnanti commiſſis menſe aprili enaſcitur Caulis *arboreus, ligneſus, bipedalis vel tripedalis, ſimpliciſſimus, teres, ſcaber, viridis, verſus baſin griſeus, lævis, lineis longitudinalibus viridibus maculatus.*
Folia *alterna, unciali ſpatio remota, cordata fere, ſed quinquangula, nervis totidem a baſi exeuntibus ad ſingulum apicem diſtributis, rugoſa, mollia, utrinque tomentoſa, viridia, ſerrata, magnitudine vix manus, petiolis teretibus longitudine fere folii inſidentia, horizontaliter patentia, petiolis ad angulum acutum aſſurgentibus; infimæ ſerraturæ glanduloſæ ſunt.*
Ad ſinguli petioli exortum utrinque adſtat ſtipula ſubulata, patens, plana, longitudine unguis. Verſus ſummitatem caulis confertiora fiunt folia & minora, tandem terminatur caulis in pedunculum ſimplicem, bifidum vel trifidum, qui racemus fit reflexus, digiti ſæpe longitudinis.
Flores lutei: Calyce pentaphyllo, lineari, reflexo, interne colorato; petalis nullis; ſtaminibus 16 *flavis; piſtillo flavo: aperiuntur circa meridiem.*
Fructus magnitudine piſi, reflexus, in pedunculo proprio, echinatus: apicibus ſetarum uncinatis. die 3. *februarii* 1737. *vix annua planta. Sub gradu* 70 *caloris optime viget; abſoluta fructificatione perit apex caulis & ramos ſolitarios producit ex alis ſuperioribus, paucos, erectos, ligneſos, caule longiores ſicque perennat & frutex evadit.*

SLOANEA. *g. pl.* 433.

1 SLOANEA.
Sloanea amplis caſtaneæ foliis, fructu echinato. *Plum. gen.* 49.
Creſcit in America.
Fructus Capſula *ovata, quadrilocularis, quinquelocularis vel ſexlocularis (variat), totidemque externe obſoletis angulis, tecta undique & obvallata ſetis incurvis, denſiſſimis, longiſſimis;* Calyx *minimus, monophyllus, totidem laciniis inciſus, perſiſtens;* Semina *ſolitaria, loculo quo includuntur longe minora; ſata produxere plantam, Cupaniæ ſimillimam, tenella quæ periit.*
Nomen obtinuit ab illuſtriſſ. HANS SLOANE, *Præſide Societatis Regiæ Anglicanæ, cui fere ſoli debetur notitia plantarum jamaicenſium & plurium americanarum. Hic ſolus plura in hiſtoria naturali collegit, inque muſeum cujus par non exiſtit, vixque exiſtet, redegit, quam mortalium alius ullus Glorior me in tanto muſeo vidiſſe Herbaria Sloanei, Plukenetii, Petiveri, Camellii, aliorumque celeberrimorum quondam Botanicorum.*

HELIOCARPOS. *Hort. Cliff.* 211. *sp.* 1.

* *Ramulus arboris.*
a *Flos naturali magnitudine & figura.*
bb *Calycis foliola.*
cc *Petala.*
d *Fructus a Ph. Millero communicatus.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

DIGYNIA.

HELIOCARPOS. *g. pl.* 444.

1. HELIOCARPOS. *vide tab.*

Creſcit in America *calidiori.*

Caulis arboreus humanæ & ſeſqui humanæ altitudinis, craſſitie pollicis, erectus, teres, quodammodo lævis, cinereus, punctis albidis elevatis oblongis transverſalibus calloſis aſperſus, unde parum ſcaber. Ubi ſingulo anno deſinit creſcere caulis, ſphacero corripitur ſumma pars, diſcedit, & juxta mutilatum apicem exeunt rami, ſolitarii, nonnulli, erecti, ſimplices, pari modo ac caulis ipſe proximo anno ramos exſerentes.

Folia perfecte cordata, acuminata, inæqualiter ſerrata; ſerraturis ad baſin peltatis, concavis, glanduloſis; Nervi quinque e baſi prodeunt, quorum intermedius longitudinalis, laterales vero infra medium folii diſtributi; ubi nervi longitudinales proximi deſinunt ſæpius exſerit folium lobum parvum & acutum; inter nervos vaſa quodammodo recta linea connexa; ſuperficies utraque folii parum ſcabra, at viridis, concolor; diameter folii magnitudine ſæpe manus; Petioli inferiores deorſum nutant, intermedii patentiſſimi, ſuperiores erecti, omnes longitudine fere folii, teretes, ſtricti, ubi inſeruntur folio ad apicem geniculo craſſo inſtructi.

Stipula utrinque adſtat petiolo, ſubulata, plana, reflexo-patens, decidua, brevis.

Cum foliola decidunt relinquitur cicatrix cum rudimento ſeu gemmula, quæ per vitam arboris perdurant.

Amat vitam ſub 65. ad 70 gradus caloris. Floruit decembri 1735. flore albo, racemo ſimplici erecto.

Dum primum e ſeminibus enaſcebatur tanta gaudebat cum Triumfetta ſimilitudine, ut eandem quivis facile diceret plantam, (ambæ enim Hibiſcis ſimillimæ ſunt) at adulta major evadit hæc, minor vero Triumfetta, Heliocarpus foliis, caule & petiolis fere glabris, Triumfetta vero hiſce omnibus tomentoſis gaudet; folia Heliocarpi plana ſunt, Triumfettæ rugoſa; flores autem utrisque maxime diverſi ſunt, ut & fructus.

Hanc videtur Houſtonus MONTIÆ *nomine indigitaſſe in manuſcriptis apud Cl. Millerum viſis, cum vero* MONTIÆ *nomen antea fuit a* Michelio *impoſitum* CAMERARIÆ Dillenii, *uti nomen Camerarii prius alii plantæ a* Plumiero, *tenemur obſervare leges F. B. 243. 245. qui prior eſt tempore, prior erit jure, proin perſiſtat* MONTIA Michelii, *& hæc novum admittat nomen* HELIOCARPUM *dixi ob fructum: capſulam membranaceam, planam, ſubrotundam, ulmi ſimillimam, cujus margo undique exerit radios in orbem, ſingulo radio pinnatim radiato, exacte uti Pictores ſolem delineant. vide Criticam Botanicam p. 97.*

BIXA.

1. BIXA.

Bixa oviedi. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 440. *Cluſ. exot.* 74.
Mitella americana maxima tinctoria. *Tournef. inſt.* 242. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 208.
Orleana ſeu Orellana, folliculis lappaceis. *Herm. lugdb.* 464 *Pluk. alm.* 272. *t.* 209. *f.* 4. *Comm. hort.* 1. *p.* 65. *t.* 33.
Arbor mexicana, fructu caſtaneæ, coccifera. *Bauh. pin.* 419. *Raj. hiſt.* 1771.
Arbor finium regundorum. *Dalech. hiſt.* 1835.
Urucu. *Marcgr. braſ.* 61. *Piſ.* 65. *Sloan. flor.* 150. *hiſt.* 2. *p.* 52. *t.* 181. *f.* 1.
Rocu. *Mer. ſurin.* 44. *t.* 44.
Achiotl. *Hern. mex.* 74.

Creſcit in Braſilia, Mexico, *variisque aliis calidioribus americæ tractibus.*

Hanc non eſſe Mitellæ ſpeciem docet facies, ſtamina numeroſa, &c.

Hujus ſemina præbent Orleanam, qua tinctores & pictores utuntur; quaque Barbari corpora ſua inungunt; hique lignis inter ſe confricatis ignem, uti nos e ſilice, eliciunt.

PÆONIA. *g. pl.* 445.

1. PÆONIA.

Pæonia (integrum genus). *Tournef. inſt.* 273. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 294. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 454. *ſ.* 12. *t.* 1. *f.* 1-17. *Dod.* 194, 195. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 279, 280. *Lob. hiſt.* 389-391. *Dalech. hiſt.* 856-858. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 492-494. *Bauh. pin.* 323.

Pœonia. *Cæſalp. ſyſt.* 588.
Creſcit in umbroſis alpinis; in Helveticis *a Geſnero relatum.*
Qui conſiderat notas eſſentiales, ſtructuramque plantæ, non poteſt non palpitare vaſtum iſtum apud Authores numerum, non niſi meris varietatibus conſtare.

CALLIGONUM. *g. pl.* 866.

1. CALLIGONUM.
Polygonoides orientale, ephedræ facie. *Tournef. cor.* 47. *itin.* 3. *p.* 214. *f.* 214.
Creſcit juxta montem Ararat.
Plantam communicavit Cl. Gronovius.

TRIGYNIA.

RESEDA. *g. pl.* 447.

1. RESEDA foliis ſimplicibus integris lanceolatis.
Reſeda tinctorum, ſalicis folio, Luteola dicta. *Herm. lugdb.* 423.
Luteola. *Lob. hiſt.* 190.
Luteola herba, ſalicis folio. *Bauh. pin.* 100. *Tournef. inſt.* 423. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 251.
Lutum herba. *Dod. pempt.* 80.
Lutea plinii quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 465.
Creſcit in Scaniæ, Daniæ, Germaniæ, Hollandiæ, Angliæ, Galliæ, Auſtriæ, Helvetiæ *ruderatis, viarumque marginibus.*

2. RESEDA foliis pinnatis integris.
Reſeda maxima. *Lob. hiſt.* 110. *Bauh. pin.* 100. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 258.
Reſeda candida. *Dalech. hiſt.* 1199.
Reſeda alba. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 467.
Reſeda plinii. *Beſl. eyſt. æſt.* 30. *f.* 1.
α Reſeda minor alba, foliis dentatis. *Barr. rar.* 78. *t.* 588.
Creſcit non procul Monſpelio *prope pagum* Balleruc.
Hæc ſtigmata quatuor in piſtillo gerit.

3. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus laciniatis.
Reſeda vulgaris. *Bauh. pin.* 100.
Reſeda lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 467.
Seſamoides primum. *Cæſalp. ſyſt.* 100.
α Reſeda criſpa gallica *Bocc. ſic.* 77. *t.* 41. *f.* 3.
Reſeda maſſilienſis, foliis latioribus criſpis. *Pluk. alm.* 317. *t.* 55. *f.* 4.
Creſcit in Italiæ, Galliæ, Hollandiæ, Angliæ *muris & præſertim in montibus cretaceis.*

4. RESEDA foliis integris trilobisve, calycibus maximis.
Reſeda minor vulgaris. *Tournef. inſt.* 423. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 251.
Reſedæ affinis Phyteuma. *Bauh. pin.* 100.
Phyteuma. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 387.
Phyteuma quorundam. *Dalech. hiſt.* 1198.
Seſamoides tertium. *Cæſalp. ſyſt.* 388.
Creſcit circa Pariſios, Monſpelium, Romam.
Calyx bis ſuperat magnitudine omnes partes floris, quo a congeneribus diſtincta planta eſt.

DELPHINIUM. *g. pl.* 449.

DELPHINIUM caule ſubdiviſo, nectariis monophyllis.
1 Delphinium vulgare. (fl. ſimpl. & plen.) *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 207.
Delphinium ſegetum, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 426. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 302.
Anthemis eranthemos ſive Conſolida regalis. *Dalech. hiſt.* 970.
Conſolida regalis arvenſis. *Bauh. pin.* 142.
Conſolida regalis, flore minore. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 210.
Flos regius ſylveſtris. *Dod. pempt.* 252.
α Delphinium ſegetum, flore violaceo. *Tournef.*
β Delphinium ſegetum, flore rubro. *Boerh.*
γ Delphinium ſegetum, flore albo. *Tournef.*
δ Delphinium ſegetum, flore verſicolore. *Tournef.*

ε Delphinium vulgare, flore multiplici. *Tournef.*
Creſcit inter ſegetem frequens per Europam.

2. DELPHINIUM caule ſimplici, nectariis monophyllis.
Delphinium hortenſe (ſpecies 10-19.) *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 302. (ſpecies 14-39.) *Tournef. inſt.* 426.
Delphinium elatius ſimplici (& pleno) flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 206.
Conſolida regalis erectior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 211.
Conſolida regia ſive Calcaris flos recentiorum. *Lob. hiſt.* 426.
Conſolida regalis hortenſis, flore majore & ſimplici. *Bauh. pin.* 142.
Flos regius. *Dod. pempt.* 252.
Flos capuccio. *Cæſalp. ſyſt.* 267.
α Conſolida regalis hortenſis, flore minore. *C. B.*
β Conſolida regalis, flore majore & multiplici. *C. B.*
Creſcendi locus nobis ignotus eſt.
Hæc planta Hyacinthus veterum & ai ai eſt, quem ex Ajacis cum Apolline ludentis ſanguine enatum fabulabantur poetæ. Hinc Ovid. met. 10.

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & ai ai
Flos habet inſcriptum, funeſtaque litera ducta eſt.

& Theocrit. idyll. 9.

Nunc Hyacinthe ſonet tua litera, ſcilicet ai ai;
Nec tamen hoc ſatis eſt, ai ai plus ergo loquatur.
Literulasque velis foliis inſcribere plures.

Literæ hæ ſat conſpicuæ repræſentantur in inferiore parte nectarii AIAIA, *ſed obverſæ vel potius* AIAIA.

3. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliolis multipartitis obtuſis.
Delphinium latifolium, parvo flore. *Tournef. inſt.* 426. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 301.
Conſolida regalis peregrina, parvo flore. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 212.
Conſolida regalis latifolia, parvo flore. *Bauh. pin.* 142. *prod.* 74. *t.* 74. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 466. *ſ.* 12. *t.* 4. *f.* 3.
Creſcit in muris & ruderibus per Italiam, Siciliam, *& inſulam* Melitam *circa urbem novam.*

4. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis peltatis multipartitis acutis.
Delphinium perenne montanum villoſum, aconiti folio. *Tournef. inſt.* 427. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 301.
Aconitum cæruleum hirſutum, flore conſolidæ regalis. *Bauh. pin.* 183. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 464. *ſ.* 12. *t.* 3. *f.* 20.
Aconitum lycoctonum cæruleum, calcari magno. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 657.
Aconitum lycoctonum, flore delphinii ſileſiæ. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 94.
Creſcit in montibus territorii Freywaldenſis *in Sileſia, inque alpibus* Surenenſibus.

5. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palmatis: laciniis fere integris.
Delphinium platani folio, Staphiſagria dictum. *Tournef. inſt.* 428. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 301.
Staphiſagria. *Cæſalp. ſyſt.* 584.
Staphis agria. *Bauh. pin.* 324. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 641. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 465. *ſ.* 12. *t.* 3. *f.* 1. *Dod. pempt.* 366. *Lob. hiſt.* 393.
Creſcit in opacis per Iſtriam, Dalmatiam, Apuliam & Calabriam *frequens.*
Delphinium differt ab Aconito ſolis nectariis in Delphinio ſeſſilibus, in Aconito vero pedunculatis.
Delphinii ſpecies 1 & 2. *nectariis gaudent monophyllis, & fructu communiter unicapſulari.*
Delphinii ſpecies 3. *nectariis diphyllis & fructu ſæpius unicapſulari.*
Delphinii ſpecies 4 & 5. *nectariis diphyllis & fructu tricapſulari.*
Hinc vel conjungi debent Aconita & Delphinia genere, vel duo diſtincta ſervari; tertium & diſtinctum genus (Staphis) perſiſtere negat ſpecies 3ia Delphinii noſtri, quæ a facie & fructu pertineret ad Delphinia, a nectariis vero ad Staphidis genus.
Delphinium, Aconitum, Aquilegia & Nigella maximam agnoſcunt affinitatem in claſſe naturali, adeoque non removenda ſint.

ACONITUM. *g. pl.* 448.

1. ACONITUM foliis peltatis multifidis hiſpidis, petalo ſupremo cylindraceo. *Fl. lapp.* 221.
Aconitum lycoctonum, flore luteo. *Beſl. eyſt. æſt.* 25. *f.* 2. *bona.*
Aconitum lycoctonum luteum. *Bauh. pin.* 183. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 462. *ſ.* 12. *t.* 2. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 300.
Aconitum lycoctonum vulgare, flore luteo. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 94.
Aconitum lycoctonum luteum majus. *Dod. pempt.* 439.
Aconitum folio platani, flore luteo-palleſcente. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 653.
Aconitum reticulata radice, flore ſulphureo albicante, latifolium. *Barr. rar.* 78. *t.* 599.
α Aconitum lycoctonum luteum majus, ampliore caule, amplioribusque foliis. *Tournef. inſt.* 424.
β Aconitum reticulata radice, flore ſulphureo albicante, anguſtifolium. *Barr. rar.* 79. *t.* 60.
Creſcit in Alpibus Lapponicis, Angermannicis *(monte Skula)*, Geſtriciis *(monte Norbyenſi)*, Pannonicis, Auſtriacis, Harcyniæ *& in monte S. Vicini & Aſſiſii* Italiæ.
Petalum galeæ fere cylindraceum eſt, longum & anguſtum.

2. ACONITUM foliis multifidis, laciniis ſemi-partitis, ſuperne latis.
Aconitum cæruleum minus ſive Napellus minor. *Bauh. pin.* 183. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 463. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 301.
Aconitum lycoctonum, flore cæruleo: galea elatiori, radice bulboſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 659.
Aconitum cæruleum parvum. *Dod. pempt.* 441. *Lob. hiſt.* 386. *Dalech. hiſt.* 1743.
Aconitum lycoctonum 10; Thora italica. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 98.
Thora italica ſeu Napellus minor, flore cæruleo. *Barr. rar.* 610.
α Napellus flore variegato. *Beſl eyſt. æſt.* 26. *f.* 3.
β Aconitum lycoctonum orientale, flore magno albo. (*Tournef. cor.* 30?) *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 301.
Creſcit Neapoli *& (forte hæc) ad monaſterium* Neuberg *ſecundum torrentem.*
Petalum ſupremum galeam mentiens naſo ſimo acuminato, valde prominente, at ad naſi exortum introrſum retrahitur venter petali.

3. ACONITUM foliorum laciniis linearibus: ſuperne latioribus: linea exaratis.
Aconitum cæruleum ſive Napellus 1. *Bauh. pin.* 183. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 463. *ſ.* 12. *t.* 3. *f.* 9. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 300.
Aconitum magnum, purpureo flore, vulgo Napellus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 655.
Aconitum lycoctonum 6, Napellus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 96.
Napellus. *Dod. pempt.* 442.
Napellus verus. *Lob. hiſt.* 387.
Napellus flore cæruleo. *Rupp. jen.* 234.
Creſcit in Alpibus Ananiæ *&* Rhætiæ, *locis alſioſis;* Montbelgardi *in dumetis inter pontem Vauiaucourt & Dampierre.*

4. ACONITUM foliorum laciniis linearibus: ubique ejusdem latitudinis
Aconitum ſalutiferum ſive Anthora. *Bauh. pin.* 184. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 300.
Aconitum ſalutiferum luteum tenuifolium ſive Anthora. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 463.
Napellus flore luteo. *Rupp. jen.* 234.
Anthora vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 98.
Anthora. *Dod. pempt.* 443. *Lob. hiſt.* 385.
Antithora flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 660.
Creſcit in Alpibus Rhætiæ, Sabaudiæ, Taurinorum, Liguriæ, Genevæ, Allobrogum,
Nectarium *ſpeciei* 1. *petiolo erecto inſidet, tubo filiformi revoluto, ſpira laxa, limbo longe breviore quam tubus.*
Speciei 2. *petiolo erecto inſidet, tubo craſſo revoluto, ſpira contigua, limbo longiore quam tubus, baſi ventricoſo.*
Speciei 3. *petiolo inflexo inſidet, tubo craſſo revoluto, ſpira contigua, limbo longiore quam tubus, baſi ventricoſo.*
Speciei 4. *petiolo inflexo inſidet, tubo craſſo revoluto, ſpira contigua; limbo longiore quam tubus, baſi tenui filiformi, apice limbi plano-patente.*

TETRAGYNIA.

TETRACERA. *g. pl.* 865.

1. TETRACERA.
Fagus americanus, ulmi ampliſſimis foliis, capſulis bigemellis. *Pluk. amalt* 87.
Arbor americana convolvulacea Broad-leafe (i. e.) Platyphyllos barbadenſibus dicta, foliis ſerratis. *Pluk. phyt.* 146. *f.* 1?
Creſcit in Provincia Mariana *Americæ.*
Tetracera dicta fuit ob quatuor capſulas fructus cornuum inſtar reſtexas.
Folia arboris alterna, obverſe ovata, parum acuminata, petiolis breviſſimis inſidentia, margine parum ſerrata, ſerraturis tot, quot nervi a coſta longitudinali ad marginem exeunt, quique in ſerraturæ fundo terminantur; nervi hi alterni ſunt, non raro & oppoſiti, circiter duodecim, ſimplices, ſuperne excavati, ſubtus elevati: Superficies tam ſupina quam prona, ſive digiti deorſum ſive ſurſum ducantur, aſpera eſt. Folia exſiccatione glauca evadunt.
Figura allegata Plukenetii bene exprimit folia, licet raro in noſtra emarginata ſint.

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA. *g. pl.* 450.

1. AQUILEGIA. *Cæſalp. ſyſt.* 589.
Aquilegia (integrum genus.) *Tournef. inſt.* 428. *Boerh. lugdb.* 303. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 457. *ſ.* 12. *t.* 1 *&* 2. *Bauh. pin.* 144. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 204, 205. *Bauh. hiſt.* 484, 485.
Aquilina. *Lob. hiſt.* 440.
Aquileja. *Dod. pempt.* 180.
α *Corolla* alba, rubra, incarnata, pulla.
β Corolla multiplicata petalis, excluſis nectariis.
γ Corolla multiplicata nectariis, excluſis petalis.
δ Corolla multiplicata nectariis, petalis quinis.
ε Corolla multiplicata nectariis obverſis.
ζ Corolla ſimplici, nectariis fere rectis. quæ
Aquilegia pumila præcox canadenſis. *Corn. canad.* 59. *t.* 60.
Creſcit in montanis ſylvis & Agris ſaxoſis in omnibus fere Europæ *regionibus* & ε *in Canada. Qui omnes partes fructificationis examinare non gravabitur, facile perſpiciet plantas, quæ pro ſpeciebus habitæ ſunt, nil niſi varietates eſſe. Si varietates deſideret quis adeat Barrelierum.*

NIGELLA. *g. pl.* 451.

1. NIGELLA floribus involucro folioſo cinctis.
Nigella anguſtifolia, flore majore ſimplici cæruleo. *Bauh. pin.* 145. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 283.
Melanthium capite & flore majore. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 207.
Melanthium ſylveſtre. *Lob. hiſt.* 423. *Dalech. hiſt.* 813. *f.* 1 *&* 2.
Melanthium damaſcenum. *Dod. pempt.* 304.
α Nigella flore majore pleno cæruleo. *C. B.*
Nigella romana, flore folioſo pleno cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 8.
Melanthium damaſcenum, pleno flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 208.
Creſcit in ſegetibus Narbonenſium *Lob.* Montbelgardi *vero J. Bauh.*
Flori immediate ſubjiciuntur quinque folia, flore longiora, in ſetaceas lacinias ſecta. Fructus fere globoſus pentagonus, loculis inflatis; ſtyli quinque revoluti.

2. NIGELLA piſtillis decem corollâ longioribus.
Nigella orientalis, flore flavo, ſemine alato plano. *Tournef. cor.* 19. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 283.
Nigella chalepenſis lutea, corniculis longioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 516. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 10.
Creſcit circa Halepum.
Fructus oblongus decem capſulis compreſſis angulo exteriore anguſto, interiore coalito cum reliquis.
Petala quinque, baſi anguſta, reflexa. Stamina plurima, corollâ breviora, ante ejaculationem erecta, mox patentia. Styli ſæpius decem, ſtaminibus ter longiores, revoluti dum florent, (cum erectus ſtet flos) poſt fœcundationem vero erecti. Nectaria acuta, bifida, interne picta, labio incumbente ovato minimo. Semina membranacea.

3. NIGELLA flore foliis nudo, piſtillis corollam æquantibus.
Nigella arvenſis cornuta. *Bauh. pin.* 145. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 515. *ſ.* 12. *t.* 18. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 285. *Garid. prov.* 328. *t.* 73.
Melanthium ſylveſtre ſive arvenſe. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 209.
Melanthium capitulis reflexis aquilegiæ. *Lob. hiſt.* 428.
Melanthium ſylveſtre. *Dod. pempt.* 303.
Creſcit per Germaniam, Italiam & Narbonam *inter ſegetes.*

AIZOON. *g. pl.* 456.

1. AIZOON foliis obverſe ovatis.
Ficoidea procumbens; portulacæ folio. *Niſſ. act.* 1711. *p.* 422. *t.* 13. *f.* 1. *Dill. gen.* 160.
Kali aizoides canarienſis procumbens, portulacæ palleſcentibus ſucculentis foliis aſperugine rorida perpetuo madidis. *Pluk. alm.* 202. *t.* 303. *f.* 4. *Volk. norib.* 236. *t.* 236.
Creſcit in inſulis Canariis.
Hæc veſtitur cute ubique in minimas hydatides elevata, ut veſiculæ tamquam puncta undique tegant plantam, veluti in Meſembryanthemis quibusdam.

MESEMBRYANTHEMUM. *g. pl.* 453.

1. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis ovatis obtusis undulatis.
Mesembryanthemum crystallinum, plantaginis folio undulato. *Dill. elth.* 231. *t.* 180. *f.* 221.
Ficoides africana, folio plantaginis undulato micis argenteis aspersо. *Tournef. act.* 1705. *p.* 313. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290. *Bradl. succul.* 5. *p* 15. *t.* 48.
Ficoides peregrina procumbens maxima, foliis latissimis una cum caulibus crystallina asperugine ornatis. *Volck. norib.* 166.
Crescit ut fertur in Africa.
Hæc pentagyna & annua est planta, ramis diffusis, tota vesiculis pellucidis tecta.

2. MESEMBRYANTHEMUM foliis alternis subulatis triquetris longissimis.
Mesembryanthemum pugioniforme, flore amplo stramineo. *Dill. elth.* 280. *t.* 210. *f.* 269.
Ficoides afra arborescens erecta, folio triangulari longissimo confertim nato purpurascente, flore luteo magno. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 289.
Ficoides capensis, caryophylli folio, flore aureo speciosо. *Bradl. succul.* 2. *p.* 5. *t.* 14.
Ficus africana sylvestris, folio triquetro. *Bartol. act.* 1673. *p.* 57 & 347.
Crescit ad Caput bonæ spei.
Hæc caule est fruteſcente, sæpius simplici nec ramoso. Styli viginti circiter, revoluti. Calyx semiquinquefidus: laciniis infra apicem acumine subulato longo instructis, margine utrinque membranaceis. Fructus conicus striatus, subtus quinquangularis: calyx extra fructum marcescit.
Folia subulata, longissima, triangularia seu triquetra, conferta, alterna, præterquam quod folia duo opposita sunt in ramo singulo florali ad ejus basin.

3. MESEMBRYANTHEMUM spinis ramosis.
Mesembryanthemum fruticescens, ramulis triacanthis. *Dill. elth.* 276. *t.* 208 *f.* 265.
Ficoides africana, aculeis longissimis & foliatis nascentibus ex foliorum alis. *Tournef. act.* 1705. *p.* 316. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290. *Bradl. succul.* 4. *t.* 39.
Ficoides africanum erectum spinosum. *Herm. parad.* 171.
Crescit in Africa.
Hæc pentagyna est; caule fruteſcente; foliis oblongis, punctatis, obsolete triquetris; spinæ prodeunt ad apices ramorum præsertim ubi flores antea enati fuere, triplices, lateralibus trifidis bis, intermedia semper simplici.

4. MESEMBRYANTHEMUM foliis subulatis papillosis, radice capitata.
Mesembryanthemum fruticescens, radice ingenti tuberosa. *Dill. elth.* 275. *t.* 207. *f.* 264.
Ficoides africana, folio trianguli recurvo, floribus umbellatis obsoleti coloris externe purpureis. *Tournef. act.* 1705. *p.* 315.
Crescit in Africa.
Hæc pentagyna est; radix in maximum caput enascitur; (rami seniores interdum in spinas uti antecedens desinunt observante Dillenio, in nostris vero non obtinuit); caulis quam in alia specie ulla magis arboreus, solidus, crassus & firmus; folia subulata, apice reflexa, papillis vesicularibus tecta.

5. MESEMBRYANTHEMUM foliis apice barbatis.
Mesembryanthemum radiatum, ramulis prolixis recumbentibus. *Dill. elth.* 245. *t.* 190. *f.* 234.
Ficoides africana, folio tereti in villos radiatos abeunte. *Tournef. act.* 1705 *p.* 316.
Ficoides seu Ficus aizoides africana, folio variegato aspero ad apicem stella spinosa ornato, flore violaceo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 291.
Ficoides capensis, tereti folio apicibus hirtis. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 9.
Ficoides capensis fruteſcens, folio tumido extremitate stellata, flore purpureo. *Bradl. succul.* 1. *p.* 6. *t.* 5.
Ficus aizoides, folio tereti in villos radiatos abeunte, flore rubro. *Volck. hesp.* 222. *t.* 224. *f.* 6.
α Mesembryanthemum radiatum humile, foliis minoribus. *Dill. elth.* 246. *t.* 190. *f.* 235.
Ficoides seu Ficus aizoides africana, folio variegato aspero ad apicem stella spinosa. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290.
Ficoides capensis humilis, folio tereti pilis in extremitate stellatis, flore purpureo. *Bradl. succul.* 2. *p.* 6. *t.* 15.
β Mesembryanthemum radiatum humile, foliis majoribus. *Dill. elth.* 248. *t.* 190. *f.* 236.
Crescit ad Caput bonæ spei.
Hæc decagyna & (observante Cl. Dillenio) pentagyna est. Folia teretia, ovata, papillis minimis tecta, ex apice setas breves proferentia, exacte uti in Cacti 1ma specie, cui adeo similis, ut non modo mirum quod genere distinctæ sint ambæ, sed & specie. Ex hac constat Cactum & Mesembryanthemum in Classe naturali proxima esse genera. Varietas α & β fere acaulis est.

6. MESEMBRYANTHEMUM caule foliisque pubescentibus.
Crescit in Africa.
Planta est caule tenui, filiformi, lignoso, debili, pedali & sesquipedali, tereti, inferne cinereo,

reo, ſuperne viridi, in medio purpuraſcente, articulato. Folia linearia, oppoſita, baſi coalita & in articulos deſinentia; ſuperne atro-viridia, plana, ſulco longitudinali concava; ſubtus parum convexa, apice acuminata. Tota planta aſperſa eſt villis albis vix oculo conſpicuis. Flores non vidimus; Rami oppoſiti ſunt, & foliorum longitudo internodia fere excedit. Facie accedit proxime ad ſpeciem 26, *a qua differt, foliis nullis punctis ad lucem pellucidis, foliisque magis planis, magis atro-viridibus, minus baſi coalitis.*

7. MESEMBRYANTHEMUM caule hiſpido.
Meſembryanthemum piloſum micans, flore ſaturate purpureo. *Dill. elth.* 289. *t.* 214. *f.* 277, 278.
Ficoides afra fruticoſa, caule lanugine argentea ornato, folio tereti parvo longo guttis argenteis quaſi ſcabro, flore violaceo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 291.
Ficoides africanum ramoſum majus, caule hirſuto. *Raj. app.* 366.
α Meſembryanthemum piloſum micans, flore purpureo pallidiore. *Dill. elth* 290. *t.* 214 *f.* 279, 280.
Ficoides afra fruticoſa, foliis teretibus tenuibus acutis longioribus. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 291.
β Meſembryanthemum piloſum micans, flore purpureo ſtriato. *Dill. elth.* 291. *t.* 215. *f.* 281.
Ficoides afra fruticoſa, caule lanuginoſo, folio tereti parvo brevi guttato, flore violaceo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 291.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana, folio longo tenui, flore aurantio. *Bradl. ſuccul.* 4. *p.* 12. *t.* 35.
Ficus aizoides teretifolia, foliis cryſtallino rore eleganter conſperſis, floribus dilute roſeis. *Volck. heſp.* 221. *t.* 224. *f.* 2.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Hæc pentagyna; Caulis fruteſcens, villis pellucidis reflexo-patentibus aſperſus; Folia teretia, obtuſa, punctis veſicularibus tecta.

8. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linguiformibus altero margine craſſioribus.
Meſembryanthemum folio ſcalprato. *Dill. elth.* 235. *t.* 183. *f.* 224.
Ficoides afra acaulos, latiſſimis craſſiſſimis & lucidis foliis conjugatis, flore aureo ampliſſimo. *Tournef. act.* 1705. *p.* 313. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 292.
α Ficoides afra acaulos, foliis aloës latiſſimis craſſiſſimis lucidis, flore aureo amplo, ſine pedunculo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 292.
β Meſembryanthemum folio linguiformi latiore. *Dill. elth.* 236. *t.* 184 *f.* 225.
Ficoides afra acaulos, foliis latiſſimis craſſiſſimis lucidis conjugatis, flore aureo amplo ſine pedunculo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 292.
γ Meſembryanthemum folio-linguiformi anguſtiore. *Dill. elth.* 237. *t.* 184. *f.* 226.
δ Meſembryanthemum folio linguiformi longiore. *Dill. elth.* 238. *t.* 185. *f.* 227.
Ficoides africana, folio enſiformi dilute virenti, flore aureo, brevi pedunculo inſidente. *Tournef. act.* 1705. *p.* 314.
Creſcit in Africa.
Hæc decagyna eſt & acaulis; Folia linguiformia, diſtiche oppoſita ſeu imbricata, altero intra alterum poſito duplici ſerie, ſitu non alterno ſed oppoſito, uti in aloës ſpecie (11); *hæc folia plana ſunt altero margine acutiore, altero truncato & alternent marginibus paria folia, ut ſi latus unius acutum ſit, oppoſiti folii latus proximum obtuſum & planum erit.*

9. MESEMBRYANTHEMUM caule ſemicylindraceo repente, foliis ſemicylindraceis lævibus connatis apice triquetris.
Meſembryanthemum craſſifolium repens, flore purpureo. *Dill. elth.* 266. *t.* 201. *f.* 257.
Ficoides africana repens & læte virens, flore purpureo. *Tournef. act.* 1705. *p.* 316.
Ficoides africana reptans, folio triangulari viridi, flore ſaturate purpureo. *Bradl. ſuccul.* 4. *p.* 16. *t.* 38.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; cujus folia baſi connata, obſolete triquetra cum acumine, ex vagina foliorum inveſtiente articulos prodit radix terræ inhærens.

10. MESEMBRYANTHEMUM foliis planis oppoſitis ovatis acuminatis connatis integerrimis.
Meſembryanthemum tortuoſum, foliis ſempervivi expanſis. *Dill. elth.* 234. *t.* 182. *f.* 234.
Ficoides africana procumbens, foliis planis conjugatis lucidis, floribus amplis filamentoſis ex albo flaveſcentibus. *Bradl. ſuccul.* 3. *p.* 7. *t.* 25.
Ficoides capenſis, folio lato acuto, flore albo intus luteo. *Petiv. gaz. t.* 78. *f.* 10.
α Meſembryanthemum tortuoſum, foliis ſempervivi congeſtis. *Dill. elth.* 233. *t.* 181. *f.* 222.
Ficoides capenſis procumbens, oleæ folio, flore albo medio croceo. *Bradl. ſuccul.* 2. *p.* 7. *t.* 16.
Creſcit ad Promontorium bonæ ſpei.
Hæc pentagyna eſt. Folia ovata, acuminata, pallida, oppoſita baſi connata, punctis excavata, oppoſitionibus imbricatis, ſuperficie ſupina plana, prona convexa.

11. MESEMBRYANTHEMUM foliis lanceolatis planis crenulatis.
Meſembryanthemum tripolii folio, flore argenteo. *Dill. elth.* 230. *t.* 179 *f.* 220.
Ficoides africanum, Meſembryanthemum, ſeu Ficus aizoides major procumbens, tripolii folio magis ſucculento denticulis fimbriato, flore argenteo ad umbilicum aureo, fructu magno pyramidali quinquefariam diviſo calloſo, calyce pentagono incluſo. *Pluk. mant.* 77. *t.* 329. *f.* 4.
Creſcit forte in Africa.
Hæc pentagyna, ultra biennium vix durans.

12. MESEMBRYANTHEMUM ferme acaule, foliorum marginibus lateralibus dentatis.
Meſembryanthemum rictum caninum referens. *Dill. elth.* 241. *t.* 188. *f.* 231.
Ficoides capenſis humilis, folio triangulari prope ſummitatem dentato, flore luteo. *Bradl. ſuccul.* 2. *p.* 8. *f.* 17.
α Meſembryanthemum rictum felinum repræſentans. *Dill. elth.* 240. *t.* 187. *f.* 230.
Ficoides afra, folio triangulari enſiformi craſſo brevi, ad margines laterales multis majoribus ſpinis aculeato, flore aureo, ex calyce longiſſimo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290. *Mart. cent.* 30. *t.* 30.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Hæc pentagyna eſt; Folia oblonga, ſubtus convexa, verſus apicem compreſſa, obtuſa, marginibus lateralibus ſuperne dentata; ſcapus nudus, brevis; (in α ſcapus nullus, folia breviora, denticuli longiores inflexi.) Calyx monophyllus, quinquepartitus ad germen uſque, hujus folia duo exteriora majora magis connata.

13. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis linearibus triquetris apice triplici margine dentatis.
Meſembryanthemum bellidiflorum. *Dill. elth.* 244. *t.* 189. *f.* 233.
Ficoides africana, folio triangulari incurvo & dentato *Tournef. act.* 1705. *p.* 315.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; Caulis nullus; foliorum oppoſitiones imbricatæ; Folia ſemicylindracea, apice compreſſa, ſupina parte plana, verſus apicem omnibus tribus angulis dentata.

14. MESEMBRYANTHEMUM cauleſcens, foliis deltoidibus triquetris dentatis.
Meſembryanthemum deltoides, & dorſo & lateribus muricatis, *Dill. elth.* 255. *t.* 195. *f.* 246.
Ficoides africana recta ramoſa, folio triangulari glauco & brevi, flore carneo. *Tournef. act.* 1705. *p.* 316.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana, folio triangulari craſſo brevi glauco ad tres margines aculeato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290.
Ficus aizoides africana erecta, folio triangulari breviuſculo fimbriato, floribus roſeis odoratis. *Volck. heſp.* 223. *t.* 224. *f.* 5.
α Meſembryanthemum deltoides, & dorſo & lateribus muricatis, majus. *Dill. elth.* 254. *t.* 195. *f.* 245. & *t.* 196. *f.* 247.
β Meſembryanthemum deltoides, non dorſo ſed lateribus muricatis. *Dill. elth.* 253. *t.* 195. *f.* 243, 244.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; Caulis fruteſcens; Folia deltoidea ſive triquetra, apice obtuſe acuminata, baſi attenuata, marginibus lateralibus ſemper, carinali ſæpius, duobus tribusve denticulis angulata.

15. MESEMBBYANTHEMUM foliis ſubulatis triquetris angulo carinali retrorſum ſerratis.
Meſembryanthemum ſerratum, flore acetabuliformi luteo. *Dill. elth.* 249. *t.* 192. *f.* 238.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt.

16. MESEMBRYANTHEMUM articulis caulinis deſinentibus in folia acuminata ſubtus dentata.
Meſembryanthemum perfoliatum, foliis minoribus diacanthis. *Dill. elth.* 250. *t.* 293. *f.* 239.
Ficoides africana erecta, folio triangulari glauco punctis obſcurioribus notato. *Tournef. act.* 1705. *p.* 315.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana arboreſcens lignoſa perfoliata, folio glauco brevi ad ſuprema averſa parte ſpina unica armata. *Boerh. ind.* 123.
Ficoides afra, folio triangulari glauco perfoliato breviſſimo apice ſpinoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290. *Bradl. ſuccul.* 3. *t.* 27.
α Meſembryanthemum perfoliatum, foliis majoribus triacanthis. *Dill. elth.* 251. *t.* 193 *f.* 240.
Ficoides africana fruteſcens perfoliata, folio triangulari glauco punctato, cortice lignoſo tenui candido. *Tournef. act.* 1705. *p.* 215. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290. *Bradl. ſuccul.* 5. *p.* 13. *t.* 46.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; Caulis articulatus, articulis ſuperne latioribus, deſinentibus in duo folia obſolete trigona, conica, reflexa, acuta, brevia, ſub apice in linea carinali uno, duobus vel tribus dentibus reflexis armata.

17. MESEMBRYANTHEMUM foliis dolabriformibus.
Meſembryanthemum folio dolabriformi. *Dill. elth.* 248. *t.* 191. *f.* 237.
Ficoides afra, folio triangulari ſecuris forma, flore aureo ſtellato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290.
Ficoides capenſis humilis, foliis cornua cervina referentibus, petalis luteis, noctiflora. *Bradl. ſuccul.* 1. *p.* 11. *t.* 10.
Ficoides africana erecta, folio in ſummitate lato bovini dentis inſtar, flore aurantio. *Schwer. horn.*
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt.
Si folium dolabriforme ſumatur pro artis termino & definiatur, aptior differentia huic ſpeciei adplicari nequit, quam quæ a Cl. Dillenio data eſt; intelligit ſub dolabriformi figura folium oblongum, verſus baſin teres, extrorſum compreſſum, deorſum gibbum in aciem, apice obtuſum, vix emarginatum, idque juxta craſſiorem marginem.

18. ME-

18. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus connatis angulo carinali ſcabris, ramis angulatis.
Meſembryanthemum acinaciforme, flore ampliſſimo purpureo. *Dill. elth.* 282. *t.* 211. *f.* 270. & *t.* 212. *f.* 271.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana major procumbens, folio triangulari enſiformi. *Herm. lugdb.* 247. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 289.
Ficus africana aizoides, folio triquetro enſiformi inſtar clunaculi vel gladii quem vulgo Hirſchfanger oder Ruckenſtreicher vocant. *Amm. hoſ.* 13.
α Meſembryanthemum falcatum majus, flore amplo luteo. *Dill. elth.* 283. *t.* 212. *f.* 272.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana major procumbens, triangulari folio, fructu maximo eduli; Ficus Hottentottorum vulgo. *Herm. lugdb.* 244. *t.* 245. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 506. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 289.
Mirafol. *Pluk. mant.* 77.
β Meſembryanthemum falcatum majus, flore purpureo mediocri. *Dill. elth.* 285. *t.* 211. *f.* 273.
Ficoides africana, folio triangulari longiſſimo, flore purpureo. *Tournef. act.* 1705. *p.* 314.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei *in maritimis aridis ſabuloſis, uti reliquæ ſpecies.*
Hæc decagyna eſt (β vero pentagyna Dill.) & fructus magis quam reliquarum baccatus. Folia acinaciformia, qua nota intelligimus folia longa triangularia, lateribus duobus latis fere lanceolatis, ſed marginem inferiorem verſus gibbis, tertio latere ſuperiore lineari anguſtiſſimo recto, acuminato.

19. MESEMBRYANTHEMUM foliis acinaciformibus diſtinctis undique lævibus, ramis teretibus.
Meſembryanthemum falcatum minimum, flore purpureo parvo. *Dill. elth.* 288. *t.* 213. *f.* 275, 276.
Ficoides afra, folio triangulari enſiformi breviſſimo, flore dilute purpuraſcente filamentoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 190. *Bradl. ſuccul.* 5. *p.* 9. *t.* 42.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt, & folia e triquetro ad acinaceam figuram accedentia, incurva, carinali margine integerrima, ut & magnitudine a præcedenti diſtincta, qua longe minor eſt hæc.

20. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſubtus undique ſcabris.
Meſembryanthemum purpureum ſcabrum, ſtaminibus expanſis. *Dill. elth.* 259. *t.* 197. *f.* 250.
Ficoides afra fruticans, folio triangulari ſcabro tenui, flore violaceo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 290.
Ficoides capenſis, triangulari folio acuto, flore purpureo. *Pet. gaz. t.* 77. *f.* 3.
α Meſembryanthemum purpureum ſcabrum, ſtaminibus collectis. *Dill. elth.* 260. *t.* 197. *f.* 251.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; Caulis fruteſcens. Folia ſubulata, diſtincta, patentia, triquetra, latere ſuperiori lævia, inferioribus lateribus undique veſiculis acutis ſcabra.

21. MESEMBRYANTHEMUM cauleſcens, foliis glabris ſubulatis ſemicylindraceis recurvis connatis longiſſimis.
Meſembryanthemum foliis corniculatis longioribus. *Dill. elth* 262. *t.* 199. *f.* 253, 254.
Ficoides afra, folio triangulari longiſſimo: marginibus obtuſioribus, flore amplo intus pallide luteo, extus linea rubra longa picto. *Boerh lugdb.* 1. *p.* 289.
Ficoides capenſis, folio triangulari, flore luteo intus pallido. *Petiv gaz. t.* 77. *f.* 10.
α Meſembryanthemum foliis corniculatis brevioribus. *Dill elth* 261. *t.* 198 *f.* 252.
Ficoides africana reptans, folio triangulari craſſo longiſſimo, flore intus luteo: extus aurantiaco *Bradl. ſuccul.* 4. *p.* 18. *t* 40.
Ficoides africana humifuſa, folio triangulari longiore glauco, flore flaveſcente. *Tournef. act.* 1705. *p.* 316.
β Meſembryanthemum loreum. *Dill. elth.* 264. *t.* 200. *f.* 255.
Creſcit in Africa.
Hæc piſtilla quindecim communiter profert & calyx ſub fructu magis poſitus eſt, quam in ulla alia ſpecie. Folia calamiformia, longiſſima, obſolete trigona, paria, ad baſin connata oppoſita, verſus apices conferta & imbricata ac quaſi faſciculata in varietate (β), in reliquis vero magis diſtinctæ ſunt oppoſitiones.

22. MESEMBRYANTHEMUM ramis undique papilloſis folio craſſioribus.
Meſembryanthemum capenſe geniculiflorum, neapolitanum creditum. *Dill. elth.* 271. *t.* 205. *f.* 261.
Ficoides capenſe, folio tereti, flore albido. *Petiv. gaz t.* 78 *f* 3.
Ficoides neapolitana, flore candido. *Herm. lugdb.* 252. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 291. *Bradl. ſuccul.* 5. *p.* 17. *t.* 34.
Creſcit in Africa.
Hæc tetragyna eſt, & calyx quadrifidus. Caulis teres, rectus, viridis, junceus, articulatus, punctis papillaribus undique tectus; foliis lanceolato-linearibus, ſubtus rotundatis; die nocteque floret.

23. MESEMBRYANTHEMUM acaule, foliis ſemicylindraceis connatis externe tuberculatis.
Meſembryanthemum roſtrum ardeæ referens. *Dill. elth.* 240. *t.* 186. *f.* 229.
Creſcit in Africa.
Hæc nec nobis flores oſtendit; habet multa affinia cum ſpecie 21. *ſed caulis in hac deeſt.*

24. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubcylindraceis acutis connatis arcuatis lævibus.
Meſembryanthemum foliis verruculiformibus, floribus mellinis umbellatis. *Dill. elth.* 268. *t.* 203. *f.* 259.
Ficoides africana, folio triangulari: apice rubro, caule purpuraſcente. *Tournef. act.* 1705. *p.* 315.
Ficoides afra arboreſcens, folio tereti glauco: apice purpureo craſſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 291.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt, & folia fere teretia, acumine rubro terminata.

25. MESEMBRYANTHEMUM foliis triquetris gibbis oppoſitis imbricatis ramis inferne nudis.
Meſembryanthemum foliis confertis ſplendentibus, flore pallido. *Dill. elth.* 270. *t.* 204. *f.* 260.
Ficoides africana, folio triangulari, flore flaveſcente. *Tournef. act.* 1705. *p* 315.
Ficoides capenſis fruteſcens, foliis teretibus confertis glaucis, flore albo. *Bradl. ſuccul.* 1. *p.* 7. *t.* 6.
Creſcit in Africa ad Caput bonæ ſpei.
Hæc pentagyna eſt.

26. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſemiteretibus glabris internodio longioribus.
Meſembryanthemum tenuifolium procumbens, flore coccineo. *Dill. elth.* 264. *t.* 201. *f.* 256.
Ficoides africana minor procumbens, folio tenuiore viridi, flore coccineo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 507. *ſ.* 12. *t* 8. *f.* 6.
Ficoides capenſis humilis teretifolia, flore coccineo. *Bradl. ſuccul.* 1. *p.* 13. *t.* 9.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt; Caulis filiformis, debilis; Folia pugionem referentia, ſubtus convexa, ſuperne plana.

27. MESEMBRYANTHEMUM foliis linearibus triquetris ſtrictis acutis punctis pellucidis obſoletis undique adſperſis.
Meſembryanthemum ſcabrum, flore ſulphureo convexo. *Dill. elth.* 256. *t.* 196 *f.* 248.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana minor erecta, folio triangulari glauco, flore luteo. *Herm. lugdb.* 247. *t.* 248.
Ficoides afra, caule lignoſo, erecta, folio triangulari enſiformi ſcabro, flore luteo magno. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 289 *Bradl ſuccul.* 4. *p* 15. *t.* 32.
Ficoides africana fruteſcens, folio triangulari breviore glauco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 507. *ſ.* 12 *t.* 5 *f.* 3.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana, folio longo tenui, flore rubro. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 291.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt: Caulis erectiuſculus; Folia vix connata, puncta foliorum vix digitis percipiuntur, apex foliorum compreſſus, hinc a ſpecie 20. *diverſa eſt, cum in illa* (20) *veſiculæ ſcabræ ſint & extra folia ad magnam partem promineant.*

28. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſemicylindraceis lævibus vix connatis apice recurvis.
Meſembryanthemum noctiflorum, flore intus candido extus phœniceo odoratiſſimo. *Dill. elth.* 273. *t.* 206. *f.* 262.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana erecta arboreſcens lignoſa, flore radiato: primo purpureo dein argenteo interdiu clauſo noctu aperto. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 124. *n.* 16.
Ficoides africana erecta, foliis longioribus rotundis & glabris. *Schwer. horn.*
α Meſembryanthemum noctiflorum, flore intus candido extus ſtamineo odoratiſſimo. *Dill. elth.* 274. *t.* 206. *f.* 263.
Creſcit in Africa.
Hæc tetragyna eſt & calyce quadrifido.

29. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſubcylindraceis obſolete papilloſis diſtinctis, caule lævi.
Meſembryanthemum fruteſcens, flore purpureo rariore. *Dill. elth.* 279 *t.* 209. *f.* 268, 269.
Creſcit in Africa.
Differt a ſpecie 28. *cui ſimillima: foliis majoribus, fere papilloſis, teretioribus, craſſioribus, obtuſioribus, rectioribus; folia baſi non connaſcuntur, ſed diſtincta ſeſſilia, baſi undique circumciſa nec ramis adnata, & ſtipula trigona folia diſtinguens utrinque geniculis adnaſcitur; flores non vidi.*

30. MESEMBRYANTHEMUM foliis ſubulatis ſubcylindraceis papilloſis diſtinctis, caule ſcabro.
Meſembryanthemum micans, flore phœniceo, filamentis atris. *Dill. elth.* 292. *t.* 215. *f.* 282.
Ficoides capenſis, tereti folio, flore croceo. *Pet. gaz. t.* 7. *f.* 9.
Ficoides capenſis, folio tereti argenteo, petalis perplurimis aurantiacis. *Bradl. ſuccul.* 1. *p.* 9 *t* 8.
Ficoides ſeu Ficus aizoides africana, folio viridi micis quaſi glaciatis ſplendentibus ornato, flore coccineo. *Boerh. lugdb* 1 *p.* 124.
Creſcit in Africa.
Hæc pentagyna eſt. Rami tenelli papillis pellucidis uti folia obducuntur, quæ tandem exſiccatæ aſperæ perſiſtunt & duriuſculæ.

31. MESEMBRYANTHEMUM foliis linearibus obſolete triquetris diſtinctis ſummis imbricatis lævibus.
Meſembryanthemum foliis confertis ſplendentibus, flore pallido. *Dill. elth.* 270. *t.* 204. *f.* 260.
Ficoides capenſis fruteſcens, foliis teretibus confertis glaucis, flore albo. *Bradl. ſuccul.* 1. *p.* 7. *t* 6.
Creſcit in Africa.

Hæc

Hæc pentagyna eſt. Folia ſoli obverſa punctis plurimis pellucidis ſcatere obſervantur, alias glauca.

Hæ ſpecies in Horto viguere ſub eo tempore quo Horto præfui, an aliæ ante meum acceſſum in Horto Cliffortiano cultæ fuere vel non me latet, cum plantæ hæ non facile exſiccari poſſunt & Herbariis vivis committi.

Hæ omnes ſedem ſuam poſuere in remotiſſimo iſto Mundi angulo, in Africa *ad* CAPUT BONÆ SPEI, *hicque facile proveniunt modo a bruma conſerventur & ab aere humido præcaveantur, nec nimia aquæ copia rigentur.*

Familiam hanc antea adeo obſcuram & intricatam facillimam reddidit Cl. DILLENIUS *in* Horto elthamenſi, *ut vix hoc tempore ulla facilior ſit, cum deſcriptiones abſolutiſſimas, Figuras incomparabiles, ſynonyma certa, ſpecies omnes delineatas dedit, ut nil ſupra.*

Ficoides nomen abſolute falſum eſt; Meſembryanthemi a tribus verbis græcis confectum & fere ſeſquipedale retineo cum Dillenio, cum quodammodo excuſari queat, cumque ſynonyma meliora non proſtent.

Ignota fuit prorſus hæc familia veteribus Græcis, Romanis & Arabibus; nec recentiori ævo prodiit ante Hermanni & Breynii tempora; jam vero in omni Horto tam vulgata ut vix horti nomen mereatur, qui non Meſembryanthema alat.

Affinitate proxime accedit ad Cactos, immo in tantum ut limites ponere difficillimum ſit; videtur calyce ſimplici ſeu quinquefido vel quadrifido differre, cum illius imbricatus ſit, ut vix a petalis diſtinguatur.

Flos gaudet corolla ſemper multiplicata, quod & in Cactis obtinet & Nymphæa, quæ etiam his affinis eſt, ut & forte Stratiotes, de quo an ad Meſembryanthema an ad Palmas (ob ſpatham bipartitam) propius accedat, cum illi modo tria inſuper ſint petala, quæro.

Ex hiſce ſunt

Tetragynæ, quadriloculares, calyce quadrifido. 22. 28.
Pentagynæ, quinqueloculares. 1. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19. 20. 24. 25. 26. 27. 30. 31.
Decagynæ, decemloculares. 5. 8. 18.
Polygynæ, multiloculares. 2. 21.
Herbaceæ: annuæ vel biennes. 1.
Acaules. 8. 12. 13. 23.
Foliis muricatis. 12. 13. 14. 15. 16. 20. 23.
Foliis papilloſis. 1. 4. 5. 7. 22. 30.

HEXAGYNIA.

STRATIOTES. *g. pl.* 454.

1. STRATIOTES. *Fl. lapp.* 222.
Stratiotes foliis aloës. *Gund. apud Johr. hodeg.*
Stratiotes aquaticus. *Dalech. hiſt.* 1061.
Stratiotes aquaticus belgicus. *Stap. theophr.* 436.
Stratiotes ſive Militaris aizoides. *Lob. hiſt.* 904.
Militaris aizoides *Raj. hiſt.* 1324.
Aloides. *Boerh. lugdb* 2. *p.* 132.
Aloë ſive Aizoon paluſtre. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 787.
Aloë paluſtris. *Bauh. pin.* 286.
Aloëfolia paluſtris anglicana ſpinifera, flore albo tripetalo, feminibus croceo colore. *Pluk. alm.* 19.
Sedum aquatile ſive Stratiotes potamicos. *Dod. pempt.* 588 & 589.
Creſcit in foſſis paluſtribus, in fluviis pigrioribus, in ſtagnantium aquarum lacubus per Sueciam, Germaniam, Belgium *& in inſula* Elienſi *Angliæ frequens.*

POLYGYNIA.

DILLENIA. *g. pl.* 455.

1. DILLENIA.
Malus roſea malabarica Syalita dicta. *Pluk. mant.* 124.
Arbor indica, flore maximo, cui multæ innaſcuntur ſiliquæ. *Raj. hiſt.* 1707.
Syalita. *Rheed. mal.* 3. *p.* 39. *t.* 38, 39.
Creſcit in Malabaria *præcipue circa Cochin & in provinciis Moulan.*
Hujus fructus fruſtulum communicavit Cel. Roël, *Prof. Anat. Amſt. cum aliis plurimis ra-*

tionibus Indicis & exoticis, ex cujus ſeminibus terræ mandatis 1736. *menſe majo, excrevere duæ plantæ quæ vix trium hebdomadum ætatis periere ambæ.*

Dixi hanc arborem floribus ſplendidiſſimam, fructuque ampliſſimam ab imcomparabili ævi noſtri Botanico JOH. JAC. DILLENIO, *medicinæ Doctore, Profeſſore Botanices Sherardiano Oxoniis, Socio Acad. Imperial. Naturæ Curioſor.*

ANNONA. *g. pl.* 446.

1. ANNONA foliis ovali-lanceolatis glabris nitidis planis.
Anona. *Comm. hort.* 1. *p.* 133. t. 69.
Anona americana, fructu majori; Soortſack parvum vulgo. *Herm. lugdb.* 645.
Anona indica latifolia, fructu ſquamoſo aſpero, ſeminibus ex flavo nigricantibus turgido. *Pluk. alm.* 31. *t.* 134. *f.* 2.
Anona indica, fructu conoide viridi: ſquamis veluti aculeato. *Pluk. alm.* 32. *t.* 135. *f.* 2.
Anona maxima, foliis latis ſplendentibus, fructu maximo viridi conoide: tuberculis ſeu ſpinulis innocentibus aſpero. *Sloan. flor.* 203 *hiſt.* 2. *p.* 166. *t.* 225.
Guanabanus fructu e viridi luteſcente molliter aculeato. *Plum. gen.* 43.
Araticu prima ſeu ſimpliciter dicta. *Raj. hiſt.* 1651.
Araticu porche. *Marcgr. braſ.* 93. *Piſ. braſ.* 69.
Zuurſak. *Mer. ſurin.* 14. *t.* 14.
Creſcit ſplendida hæc arbor vulgaris per Americam *totam, præſertim calidiorem.*
Ramuli hujus læves ſunt, nec ſcabri; folia ſecundum nervos minime ſulcata.

2. ANNONA foliis lanceolatis glabris nitidis ſecundum nervos ſulcatis.
Anona ſylveſtris. *Burm. zeyl.* 21.
Creſcit in India orientali *vulgaris.*
Ramuli punctis ſcabri ſunt; Folia exacte lanceolata, utrinque glabra, ſupra nitida, ſecundum nervos ſulcata.

3. ANNONA foliis lanceolatis pubeſcentibus.
Creſcit ex ſeminibus Africanis.
Rami punctulis ſcabri ſunt. Folia ovata ſed magis elongata, utrinque pubeſcentia & quaſi incana, nec nitida.
Nobis, qui fructum & florem non vidimus, plura dicere non licet ex plantis adhuc fere Erucis.
Tantam habet hoc genus affinitatem cum Magnolia, ut fere hæſitem an diſtingui debeant, cum in nulla re alia differant, quam quod hæc gaudeat fructu carnoſo molli, ſequens autem ſicco; obſervavi enim in recentibus floribus piſtillum non triplex eſſe, ſed receptaculum ſubgloboſum, cui undique adhærent ſtamina, eique inſidet germen globoſum undique punctis exaſperatum, quæ puncta ſtigmata abſque ſtylis ſunt.
Guanabanus & Annona ſunt vocabula barbara, ut tamen ſervetur ſonus Annonam dico ob fructum incolis gratum.

MAGNOLIA. *g. pl.* 456.

1. MAGNOLIA foliis ovato-lanceolatis.
Magnolia lauri folio ſubtus albicante. *Catesb. ornith.* 39. *t.* 39. *Dill. elth.* 207. *t.* 168. *f.* 205.
Magnolia ampliſſimo flore albo, fructu cæruleo. *Plum. gen.* 38.
Tulipifera virginiana, laurinis foliis averſa parte rore cæruleo tinctis, coni-baccifera. *Pluk. alm.* 379 *t.* 68. *f.* 4.
Laurus tulipifera, baccis calyculatis. *Raj. hiſt.* 1690.
Laurus tulipifera, foliis ſubtus ex cinereo & argenteo purpuraſcentibus *Raj. hiſt.* 1798.
Creſcit in Virginia & Carolina.
Cum fructus maturuit, dehiſcunt ſquamæ coni & ſemina excidunt affixa capillo uncialis longitudinis, in quo pendula a ventis motitantur rubra & avicularum obvolitantium palatum excitant.
Huju generis eſt Atamaram *Rheed. mal.* 3. *p.* 21. *t.* 29; *Plumeriana allegata pro varietate potius quam diſtincta ſpecie habeo, cum in hac familia maxima in fructu interlucet differentia, nil certi tamen de non viſa planta ſtatuo.*

LIRIODENDRUM.

1. LIRIODENDRUM.
Tulipifera arbor virginiana. *Herm. lugdb.* 612. *t.* 613 *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 262.
Tulipifera virginiana, tripartito aceris folio media lacinia velut abſciſſa *Pluk. alm.* 379. *t.* 117. *f.* 5. & 248. *f.* 7.
Arbor tulipifera virginiana, tripartito aceris folio media lacinia velut abſciſſa. *Raj. hiſt.* 1798. *Catesb. ornith.* 48. *t.* 48.
α Magnolia caroliniana, foliis productioribus magis anguloſis. *Pluk. alm.* 379. *t.* 68. *f.* 3.
Creſcit vulgatiſſima in Virginia, Carolina & Penſylvania.
Vix datur arbor, ſi foliorum figuram decentiſſimam aſpicias, formoſior, nec ſi flores intuearis in hac arbore (excepta Dillenia) pulchrior.
Anonam, Magnoliam & Liriodendron inter ſe valde affines eſſe arbores docent corolla, ſtamina & Pericarpii tubercula.

HEPATICA. *g. pl.* 457.

1. HEPATICA.
Hepatica flore ſimplici cæruleo. *Rupp. jen.* 127.
Hepatica nobilis, flore ſimplici cæruleo. *Herm. lugdb.* 310.
Hepatica trifolia, cæruleo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 247. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 30. *ſpec.* 1-7.
Hepaticum trifolium ſive Hepatica & Trinitas herbariorum. *Lob. hiſt.* 496.
Trifolium hepaticum, flore ſimplici (& pleno). *Bauh. pin.* 339. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 433. *ſ.* 4. *t.* 26. *f.* 1, 2.
Trifolium hepaticum ſive Trinitatis herba, flore cæruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 389.
Trifolium aureum. *Dod. pempt.* 579.
Trinitas. *Cæſalp. ſyſt.* 547.
Myoſuros perennis, trifido folio, flore cæruleo. *Vaill. act.* 1719. *p.* 45.
Ranunculus tridentatus vernus, flore ſimplici cæruleo. *Tournef. inſt.* 286.
Ranunculus hepaticus trilobus vernus, flore cœleſti. *Pluk. alm.* 314.
α Hepatica flore ſimplici ſubpurpureo & rubro. *Rupp.*
β Hepatica flore ſimplici argenteo ſeu albo. *Rupp.*
γ Hepatica flore pleno cæruleo. *Rupp.*
δ Hepatica flore pleno purpureo. *Rupp.*
ε Hepatica flore pleno albo.
Creſcit in ſylvis opacis inque acervis lapidum & ſub Juniperis per Auſtriam, Pannoniam, Bohemiam, Germaniam ſuperiorem, Sueciam.
Calyx Hepaticæ certe involucrum proprium eſt.

PULSATILLA. *g. pl.* 458.

1. PULSATILLA foliis decompoſitis pinnatis, flore nutante, limbo recto.
Pulſatilla folio craſſiore, & majore flore. *Bauh. pin.* 177. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 39.
Pulſatilla purpurea cæruleave. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 409.
Pulſatilla vulgaris, dilutiore flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 246. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 428. *ſ.* 4. *t.* 26. *f.* 1.
Pulſatilla. *Dod. pempt.* 433.
Pulſatilla danica. *Volck. norib.* 349.
Creſcit in campis montoſis ſiccis & ſterilibus ac duris per Sueciam, Daniam & Germaniam *vulgaris.*
Petala in hac recta ſunt.

2. PULSATILLA foliis decompoſitis pinnatis, flore pendulo; limbo reflexo.
Pulſatilla flore clauſo cæruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 210
Pulſatilla vulgaris, ſaturatiore flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 246.
Pulſatilla flore minore ſaturatiore & quaſi nigricante, folio magis & tenuius inciſo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 428. *ſ.* 4. *t.* 26. *f.* 2.
Pulſatillla flore minore nigricante. *Bauh. pin.* 177. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 39.
Pulſatilla altera. *Dod. pempt.* 433.
Creſcit in campis duris & ſterilibus copioſiſſime prope Lubecam, *& totam fere* Holſatiam.
Hujus flos dimidio minor, atro-cæruleus, petala connivent in figuram floris ovatam, ore reflexa; flos in hac pendulus ſeu ore terram, baſi cælum reſpiciens, in illa (1) vero ad latus modo nutans.

3. PULSATILLA foliis decompoſitis ternatis.
Anemone hortenſis tenuifolia, ſimplici flore 2-20. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 255-260.
Anemone tenuifolia; ſpecies 6-30. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 37-39.

Anemonæ tenuifoliæ ſpecies variæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 406, 407.
Anemone tenuifolia 10-13. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 426. *ſ.* 4. *t.* 25. *f.* 11-13.
Creſcit forte ſponte in Oriente, Conſtantinopoli *enim olim, omni anno, huc adferebantur.*
Variat colore & plenitudine mille modis, ut cum Moriſono hic exclamem: Omnium harum aſſignare varietates, quoad magnitudinem & parvitatem florum eorumque diverſos colores, labor eſſet infinitus atque cujusvis Botanici ſuperans captum; natura adeo varie ludit in hac ſpecie, ſicut in Tulipis, Narciſſis, Ranunculis, Dianthis aliisque multis ſpeciebus, longe patentibus in immenſo oceano, ut de omnibus & ſingulis agere (quia ex ſatione indies novæ varietates oriuntur) eſſet Siſyphi volvere lapidem aut Danaidum dolium implere.

4. PULSATILLA foliis digitatis.
Anemone hortenſis latifolia 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 249.
Anemone, geranii rotundo folio, purpuraſcens. *Bauh. pin.* 173. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 425. *ſ.* 4. *t.* 25. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 37.
Anemone italica, latiuſculis ſpinoſis foliis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 402.
Anemone latifolia. *Lob. hiſt.* 147.
Anemone 1. *Dod. pempt.* 434. *Dalech. hiſt.* 845.
Creſcit inter vepretes in Germaniæ quibusdam locis ſecundum Rhenum, *inter Moguntiam & Andernacum; in collibus aſperis apricis maritimis prope* Piſas *in monte S. Juliani; in montibus* Bononiæ *vicinis, inter Lericam & Maſſam* Liguriæ *urbem copioſa; in multis locis* Italiæ.
Variat florum plenitudine & colore.
Folia ad petiolum uſque multifida ſunt, & reſpectu periphæriæ peltata.

5. PULSATILLA foliis palmatis.
Anemone hortenſis latifolia 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 248. *Dalech. hiſt.* 847.
Anemone latifolia, flore flavo 1 cluſio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 401.
Anemone, cyclaminis ſeu malvæ folio, lutea. *Bauh. pin.* 173. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 425. *ſ.* 4. *t.* 25. *f.* 3.
Creſcit inter vepretes & in collibus lapidoſis Luſitaniæ *juxta Tagum.*
Species 3. 4 *&* 5. *ob involucrum ad Pulſatillas refero, nec genere diſtingui poſſunt hæ & Pulſatillæ ullam aliam ob cauſam. Si cui non placeret in hoc genere pulſatillæ nomen, aſſumat, per me licet, Anemones antea receptum nomen, & aliud inſequenti genere introducat; nihilo minus ſequentes, Anemones ſylveſtres ab omni ævo dictæ fuere, nec ad nomina hortenſis habet præ ſylveſtri ullam prærogativam.*

ANEMONE. *g. pl.* 459.

1. ANEMONE ſeminibus ſetâ plumoſa terminatis.
Anemone ſylveſtris alba major. *Bauh. pin.* 176. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 37.
Anemone 4. *Dod. pempt.* 434.
Anemone 3 matthioli. *Dalech. hiſt.* 843. *Lob. hiſt.* 148.
Anemone ſylveſtris 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 244.
Anemone magna alba plurima parte anni florens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 411.
Creſcit ad Rhenum in Briſgovia *inter Byrcken & Offenburg, circa* Heidelbergam, *in* Bohemiæ *collibus, in pratis* Francofurti ad mœnum *vicinis, in pratis* Viennæ *& variis Auſtriæ ac Pannoniæ montoſis.*
Tota hirſuta eſt, & a congeneribus, quas novi, ſeminibus caudatis plumoſis diſtincta.

2. ANEMONE foliolis ovatis integris ſerratis.
Anemone trifolia. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 424. *ſ.* 4. *t.* 24. *f.* 1. *Dod. pempt.* 437. *Dalech. hiſt.* 847.
Anemone trifolia, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 412.
Anemonoides trifolia, flore purpuraſcente. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 36.
Anemonoides monanthos latifolia, flore albo. *Vaill. act.* 1719. *p.* 40.
Alabaſtrites ſeu dentaria alba. *Lob. hiſt.* 149.
Ranunculus nemoroſus trifolius. *Tournef. inſt.* 285.
Creſcit rarius in Suecia *& juxta* Pariſios.
Hæc folia terna oppoſita gerit, ſingula ternata, ovata, non laciniata, modo ſerrata, floremque modo unicum.

3. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule unifloro.
Anemone nemoroſa, flore majore. *Bauh. pin.* 176.
Anemone montana. *Cæſalp. ſyſt.* 549.
Anemone 5. *Dod. pempt.* 435.
Anemonoides flore albo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 36.
Anemonoides flore majore. *Dill. giſſ.* 39.
Anemonoides vulgaris monanthos, flore albo. *Vaill. act.* 1719. *p.* 39.
Nemoroſa flore roſeo albo expanſo. *Rupp. jen.* 128.
Ranunculus nemoroſus, flore majore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 427. *ſ.* 4. *t.* 28. *f.* 10.
Ranunculus phragmites albus & purpureus vernus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 412. *Tournef. inſt.* 285.

α Anemone nemoroſa, flore pleno albo. *C. B.*
β Anemonoides flore ex purpura rubente. *Boerh.*
3. DIGITALIS foliolis calycinis ſubulatis, floribus imbricatis.
Digitalis lutea, minore flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 479. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 5.
Digitalis flore minore ſubluteo, anguſtiore folio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 814.
Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore. *Bauh. pin.* 244. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229.
Creſcit in montibus circa Genevam, Salernum *&* Neapolin, *nec non in herbidis declivibus montis* Capouladou *prope Monſpelium.*

GESNERIA. *g. pl.* 497.

1. GESNERIA foliis lanceolatis crenatis hirſutis, pedunculis ex alis corymbiferis.
Gesnera amplo digitalis folio tomentoſo. *Plum. gen.* 27.
Digitalis, folio oblongo ſerrato, ad foliorum alas florida. *Sloan. flor.* 60. *hiſt.* 1. *p.* 162. *t.* 104. *f.* 2.
Creſcit in Jamaica *ad ripas fluvii* Cobre *dicti.*

2. GESNERIA foliis lanceolatis ſerratis, pedunculo terminatrici laxe ſpicato.
Digitalis acanthoides canarienſis fruteſcens, flore aureo. *Comm. hort.* 2. *p.* 105. *t.* 53. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229.
Digitali affinis canarienſis, ſolidaginis acutis foliis leviter piloſis, flore aureo cucullato, ſtaminibus croceis criſtæ cavo accumbentibus ornato. *Pluk. alm.* 400. *t.* 325. *f.* 2.
Creſcit in inſulis Fortunatis.

SESAMUM.

1. SESAMUM foliis ovato-oblongis integris.
Seſamum. *Riv. mon.* 20. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 282. *ſ.* 5. *t.* 15. *f.* 3. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 897. *Dod. pempt.* 531. *Lob. hiſt.* 514.
Seſamum veterum. *Bauh. pin.* 27. *Sloan. flor.* 59.
Digitalis orientalis, Seſamum dicta. *Tournef. inſt.* 165. *Burm. zeyl.* 87. *t.* 38. *f.* 1.
Sempſem. *Alp. ægypt.* 47. *t.* 47.
Schit-elu. *Rheed. mal.* 9. *p.* 105. *t.* 54.
Creſcit in Zeylona, Malabaria *&* Africa.
Noſtra in horto enata gaudet foliis integris & oppoſitis. An foliis ſerratis auctorum & trilobis Plukenetii ſint varietates, vel luſus, vel ſpecies, determinent earum autoptici.

RUELLIA. *g. pl.* 114. & *pag.* 380.

1. RUELLIA foliis petiolatis, fructu ſeſſili conferto.
Ruellia ſtrepens 1, capitulis comoſis. *Dill. elth.* 300. *t.* 249. *f.* 321.
Adhatoda carolina piloſa, calyce barbato. *Pet. hort.* 241.
Creſcit in Carolina *Americæ.*

2. RUELLIA foliis ſeſſilibus, pedunculis trifloris.
Ruellia capſulis teretibus. *Dill. elth.* 328. *t.* 248. *f.* 320.
Ruellia alia humilis, aſphodeli radice, bignoniæ flore cæruleo. *Plum. tab. mſſ.*
Creſcit in Barbados.

3. RUELLIA pedunculis multifloris dichotomis folio longioribus.
Speculum veneris majus impatiens. *Sloan. flor.* 59. *hiſt.* 1. *p.* 158. *t.* 100. *f.* 2.
Creſcit in Jamaicæ *frutetis circa urbem* Jago *de* la vega *frequens.*
Hæc Barleriæ generis ſpecies non eſt, ſub quo nomine communicata fuit.
Planta bipedalis: caule perenni tereti pubeſcente procumbente geniculis tumidiuſculis. Folia oppoſita ovata integerrima ſcabra, petiolis longitudine diſci. Genicula ubi terram tangunt radiculas emittunt.
In hac ut in congeneribus notabile eſt, quod in diſſepimento dehiſcente tres communiter denticuli inflexi & elaſtici obſerventur, qui faciunt ut vi elaſtica diſſiliat capſula aquis commiſſa, emollita enim externa cruſta rigidi & elaſtici dentes intra fructum propria vi & ſicca elaſticitate ſupe-

BROWALLIA. *Hort. Cliff.* 319. *ſp.* 1.

a *Planta juſta magnitudine.*
b *Ramulus cum flore.*
c *Calyx.*
d *Fructus immaturus calyce involutus.*
e *Capſula matura.*
f *Pericarpium horizontaliter diſſectum uniloculare.*
g *Semina.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

ſuperant reſiſtentiam mollis factæ valvulæ, fere uti in juſticia. Sic & Gerani capſulæ & aliæ multæ emollitæ diſſiliunt.

Nomen Joannis Ruelli, *clari ex Dioſcoridis libris in latinam, cum commentariis, tranſlatis, nec non e libris* 3 *de natura ſtirpium, in hoc plantarum genere perenne floret.*

BROWALLIA. *g. pl.* 875.

1. BROWALLIA. *vide figur.*

Creſcit in America, unde enata in Horto Cheelſejano prope Londinum cura Cl. Milleri, qui raram plantam mecum communicavit.

Radix *fibroſa, annua.*

Caulis *pedalis, vel ſesquipedalis, tenuis, teretiuſculus, rarius ramis ſolitariis ramoſus.*

Folia *alterna, ovata, acuta, petiolata, integerrima, magnitudine pollicis.*

Flores *ex alis ſolitarii, pedunculati, cyanei ſeu fulgentiſſimi cærulei coloris, reliqua vide characterem & figuram.*

Nomen huic plantæ impoſui in perennem memoriam Clariſſ. Joannis Browallii, *Sveci, Artium Magiſtri & Theologi, omni eruditionis genere condecoratiſſimi, qui quo ardore Lithographiam, Botanicen, & Zoologiam, uno verbo totam Hiſtoriam naturalem proſequatur, omnibus, cum prodeant ejus promiſſa orbi dudum opera, conſtabit.*

PETREA. *g. pl.* 871.

1. PETREA.

Anonyma. *Plum. tabul. mſſ.*

Creſcit in variis Americæ partibus.

Planta *eſt fruteſcens; caule lignoſo, volubili, lævi.*

Folia *lanceolato-ovata, oppoſita, nitida, petiolis breviſſimis inſidentia.*

Pedunculus *digiti longitudine, ex ſingula ala foliorum ſuperiorum, erectus, floribus numeroſis aſperſus.*

Nobiliſſimo Roberto-Jacobo, *Domino* Petre *Baroni de Writtle, plantarum rariorum & exoticorum (in Anglia) æſtimatori & cultori ſummo, conſecrata fuit hæc planta ab Houſtono.*

CORNUTIA. *g. pl.* 919.

1. CORNUTIA.

Cornutia flore pyramidato, foliis incanis. *Plum. gen.* 32.

Agnanthus viburni folio. *Vaill. act.* 1722. *p.* 273.

Creſcit in Caribæis.

Rami lignoſi, obſolete quadragoni; folia oppoſita, ovata, incana, breviſſimis petiolis, acuminata, decidua. Petiolus decidendo per lineæ unius longitudinem extra ramum rumpitur, unde remanet pars prominens, dura, truncata, perennans, non acuta (ut in Liguſtroide Houſtoni) ſed obtuſa, ramos ex alis prognatos fulciens.

Flores *in corymbum, exacte ſimiles ſequenti, ad apices ramorum prodeunt, quorum:*

Cal. *monophyllus, cylindraceus, quadridentatus, tubulatus, villoſus, obtuſus.*

Cor. *monopetala, ringens. Tubus cylindraceus, calyce paulo longior; Limbus quadrifidus, inæqualis.*

Stam. *Filamenta quatuor, ſubulata, breviſſima, in collo corollæ, quorum duo extra collum magis prominent. Antheræ ſimplices.*

Piſt. *Germen ſubrotundum, villoſum.* Stylus *ſetaceus, corolla duplo longior, bipartitus usque ad collum corollæ.* Stigmata *ſetacea, ſimpliciſſima.*

Conſecrata fuit hæc memoriæ Jacobi Cornuti, *cujus induſtriæ debetur Enchiridium Pariſienſe, cui debet orbis plurimas raras Canadenſes plantas bene depictas.*

LANTANA. *g. pl.* 515.

1. LANTANA foliis oppoſitis petiolatis, floribus capitatis.

Viburnum americanum non ſpinoſum, meliſſæ foliis, floribus coccineis. *Pluk. alm.* 385. *t.* 114. *f.* 4.

Viburnum americanum, urticæ foliis, lamii odore, floribus miniatis. *Comm. hort.* 1. *p.* 151. *t.* 78.

Viburnum americanum odoratum, foliis urticæ, floribus miniatis. *Herm. lugdb.* 696. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 224.

Pſeudo-Viburnum americanum. *Riv. mon.*

Myrabotindum viburnifolium, floribus coccineis. *Vaill. act.* 1722. *p.* 276.

Camara alia, flore variegato, non ſpinoſa. *Plum. gen.* 32.

Camara. *Rupp. jen.* 202.

Camara flore rubro. *Marg. braſ.* 5.

Periclymeno accedens planta braſilienſis, floribus congeſtis rubris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 535.

Periclymenum rectum, urticæ folio, flore coccineo amplo. *Sloan. fior.* 164.

α Viburnum americanum odoratum, folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolis interceptis. *Pluk. alm.* 386. *t.* 114. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 224.
Periclymenum rectum, salivæ folio rugoso minore subrotundo. *Sloan. flor.* 164.
Crescit in insula Barbados, Brasilia, Jamaica, *locis sterilibus, infinitis modis varians.*

3. LANTANA foliis alternis sessilibus floribus solitariis.
Lantana floribus solitariis. *Gen. plant.* 515.
Jasminum africanum, ilicis folio, flore solitario ex alis foliorum proveniente. *Comm. rar.* 6. *t.* 6. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 216.
Crescit in humidis Africæ ad Caput b. Spei.
Lantana, synonymon antiquum Viburni, ad designandum hoc genus assumsi, cum Viburnum F. B. 214. *Camara* F. B. 229. 231. *Pseudo-Viburnum* F. B. 225. *Myro-Bat-indum* F. B. 223. 224 *persistere nego.*

ERINUS.

1. ERINUS.
Ageratum serratum alpinum glabrum, flore purpurascente. *Tournef. inst.* 651. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 238.
Ageratum serratum alpinum. *Bauh. pin.* 221. *Scheuh. alp.* 328.
Ageratum purpureum. *Dalech. hist.* 1184. *Bauh. hist.* 3. *p.* 144.
Lysimachiæ purpureæ affinis, agerati foliis glabris. *Pluk. alm.* 237.
Hyssopoides montana, flore pentapetaloide violæ purpureæ colore & odore, agerati foliis. *Morif. hist.* 3. *p.* 613.
α Ageratum serratum alpinum glabrum, flore albo. *Tournef.*
Ageratum minus saxatile, flore albo. *Barr. rar.* 23. *t.* 1192.
β Ageratum serratum pyrenaicum villosum, flore purpurascente. *Tournef. Scheuch. alp.* 29.
γ Ageratum serratum pyrenaicum villosum, flore albo. *Tournef.*
Crescit in Alpibus Helveticis *&* Pyrenaicis, *speciatim ad radices montis* Salevæ; *in ascensu montis* Juræ *prope Genevam; prope* Wesen *Helvetiorum, inque monte* Regio; *in montibus* Uriorum *& Angeli montanorum.*
Nomen Erini habetur apud Dioscoridem, quod hujus generis volui, cum Ageratum varie sumitur a Botanicis. Tournefortio enim duplex est generis hujus scilicet & Capraríæ. Boerhaavio vero hujus & Syngenesiæ planta.
An hujus generis sint Lychnideæ (ambæ) *verbenæ folio.* Fevill. tom. 2. tab. 25.

CAPRARIA. *g. pl.* 75. *pag.* 379.

1. CAPRARIA foliis alternis, corollis quinquefidis.
Capraria corassavica. *Herm. parad.* 110. *t.* 110.
Capraria peruviana, agerati foliis absque pediculis. *Fevill. peruv.* 1. *p.* 764. *f.* 48.
Gratiolæ affinis frutescens americana, foliis agerati seu veronicæ erectæ majoris. *Breyn. prod.* 2. *p.* 54. *Comm. hort.* 1. *p.* 79. *t.* 40.
Lysimachiæ purpureæ affinis americana procumbens, anonidis vernæ frutescentis folio singulari glabro. *Pluk. alm.* 237. *t.* 98. *f.* 4.
Crescit in Curassao, Peru *&c.*
Hæc corollis gaudet tubulosis, quinquefidis, acutis, absque villis vagis ad basin interne.

2. CAPRARIA foliis ternis, corollis quadripartitis.
Samoloides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 265. quoad descriptionem.
Veronica americana erecta frutescens & ramosa, folio verbenæ. *Herm. parad.* 241. *t.* 241. *Tournef. inst.* 146. *Rupp. jen.* 199.
Veronica fruticosa erecta dulcis, hexangulari caule, flore dilute cæruleo. *Sloan. flor.* 81. *hist.* 1. *p.* 108. *f.* 2.
Phyteuoides americanum, flore albo tetrapetalo staminibus referto, foliis & ramulis per intervalla ternis, sapore dulci. *Pluk. alm.* 296. *t.* 215. *f.* 1.
Crescit in Curassao *&* Jamaica.
Hæc gaudet corollis fere planis, obtusis, quadripartitis, plurimis ex alis foliorum, e basi corollæ villi numerosi. Hujus flos fere regularis est & characterem præbuit pag. 28. *in Generibus descriptum; at dein florens altera seu præcedens ad aliam familiam pertinere docuit hanc, unde ea quæ in monendis.* Gen. pl. pag. 379.

LINNÆA. *g. pl.* 523.

1. LINNÆA floribus geminatis. *Gronov.* vide *Fl. lapp.* 250. *t.* 12. *f.* 4.
Campanula serpillifolia. *Bauh. pin.* 93. *prod.* 35. *Morif. hist.* 2. *p.* 456. *s.* 5. *t.* 2. *f.* 19. *Bauh. hist.* 2. *p.* 816. *Raj. hist.* 471. *ext.* 81. *Tournef. inst.* 112. *Scheuch. alp.* 131 & 454. *Rudb. lapp.* 96. *t.* 1. *Cels. upsal.* 14.
Nummularia major, rigidioribus & rarius crenatis foliis, flore purpureo gemello. *Pluk. alm.* 264.
Nummularia norvegica repens, folio dentato, floribus geminis. *Pet. cent.* 76.
Nummularia norvegica, flore purpureo. *Kyll. act.* 2. *p.* 346.
Obularia. . . . *Sieg. hort.*
Serpillifolia. *Buxb. act.*

Crescit

Creſcit in Rhætia; *in monte* Baldo; *in umbroſis rupibus* Valentiam *inter &* Vetty, *in comitatu* Sanunetum; *in monte* Gotthardo. *Nos eandem legimus per* Sveciam *in* Smolandia *ad templa Hallaryd & Pietteryd in ſylvis umbroſis; in* Nericia *ubique copioſiſſime per ſylvas abietinas juxta viam publicam; In* Sudermannia *&* Uplandia *rarius; in* Dalekarlia *prope Fahlunam frequentiſſima, in tota* Norlandia *per* Geſtriciam, Helſingiam, Medelpadiam *&* Angermanniam *vulgatiſſima in ſylvis; in altiſſimis montibus* Norbyknylen *&* Skula *nulla planta copioſior; in ſylvis* Weſtrobothniæ *omnium copioſiſſima, & viam publicam fere per decem miliaria utrinque tegit; in* Oſtrobothnia *vulgaris; in* Lapponiæ *ſylvis ſat frequens, in alpibus paſſim; in* Finmarkia *integra fere montium juga tegit. Eandem ex inſula* Toupinambault *Braſilianorum Burſerus ſe habuiſſe ſcripſit.*

Cum campanulis nil commune habet in fructificatione, nec lacteſcens eſt. Folia nullo modo Serpylli; nec cum Nummularia confundenda eſt, a qua toto cælo differt. Obularia nobis longe diverſiſſima eſt planta.

SELAGO. *g. pl.* 519.

1. SELAGO caule erecto, corymbo terminatrici.
Camphorata africana umbellata fruteſcens hermanni. *Comm. hort.* 2. *p.* 79. *t.* 40. *Dill. gen.* 152.
Camphorata capenſis, gallii folio, umbellifera. *Pet. hort.* 243.
Santolina africana, ericæ foliis congeſtis, floſculis ſingularibus albis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 124.
Creſcit ad Promontorium b. Spei, *autumno apud nos floret.*
Hujus flos characterem generis præbuit.

2. SELAGO caule procumbente, floribus ſparſis.
Selago ſive Camphorata. *Dalech. hiſt.* 120.
Camphorata hirſuta. *Bauh. pin.* 486. *Tournef. act.* 1705. *p.* 313. *Dill. gen.* 152.
Camphorata monſpelienſium. *Lob. adv.* 174. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 379.
Creſcit circa Monſpelium, Nemauſum, Avenionem *& alibi in Gallia* Narbonenſi.

CELSIA. *g. pl.* 518.

1. CELSIA foliis duplicato-pinnatis.
Verbaſcum orientale, ſophiæ folio. *Tournef. cor.* 8.
Blattaria folio multifido, flore luteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 229.
Creſcit in Oriente.
Hujus generis forte erit Blattaria orientalis bugulæ folio *& T. corol.*
Dixi plantam hanc erectam & excelſam a Magno iſto Polyhiſtore Olao Celſio, *Philoſophiæ & Theologiæ Doctore; Profeſſore S. S. Theol. primario & Archipræpoſito upſalienſium; Celeberrimo dudum ex tot egregiis operibus in linguis orientalibus, in Antiquitatibus, de plantis Biblicis, de Palma; præſertim ipſi debent Botanici Catalogum plantarum circa upſaliam naſcentium, accuratiſſime conſcriptum, diutiſſime elaboratum, ſtudioſiſſime a tot retro annis conquiſitum, publici juris nuper factum.*

OROBANCHE. *g. pl.* 509.

1. OROBANCHE caule ſimplici.
Orobanche major garyophyllum olens. *Bauh. pin.* 87. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 502. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 240.
Orobanche flore majore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 780.
Orobanche 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 270.
Orobanche altera. *Dalech. hiſt.* 485.
Orobanche, vulgo Cauda leonis. *Cæſalp. ſyſt.* 342.
Limodoron ſive Orobanche. *Dod. pempt.* 552.
Creſcit inter montes arenoſos, (*in Dunis*) Belgii, *inque pratis ſterilibus per Belgium,* Angliam, Germaniam, *&c. Rarius in regionibus ſeptentrionalibus.*
Bulbus iſte a Botanicis pictus minus manifeſtus occurrit in planta, niſi cujusdam arboris radici innaſcatur hujus radix.

2. OROBANCHE caule ramoſo.
Orobanche brevior & ramoſa. *Cæſalp. ſyſt.* 342.
Orobanche ramoſa. *Bauh. pin.* 88. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 502. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 8.
Orobanche ramoſa, floribus purpuraſcentibus. *Tournef. inſt.* 176. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 240.
Orobanche 3 polyclonos. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 271.
Orobanche minor, purpureis floribus, ſive racemoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 782.
α Orobanche ramoſa, floribus cæruleis. *Tournef.*
β Orobanche ramoſa, floribus ſubalbidis. *Tournef.*
Creſcit in ſiccioribus pratis & in agris in Belgio, Germania, Anglia, Italia, *Gallia* Narbonenſi, Gallia.

MARTYNIA. *g. pl.* 495.

1. MARTYNIA foliis ferratis. *vide figur.*
Creſcit in America.
Speciem hujus generis longe aliam, (ſi genuina & vera alias ſit deſcriptio & figura prius data) exhibet Clariſſ. Martynus in cent. 1. *p.* 22. *t.* 42. Martynia annua villoſa & viſcoſa, folio ſubrotundo, flore magno rubro *Houſtono dicta, quam* Martyniam foliis dentatis *aptius indigitari exiſtimo. Aliam præter hanc Houſtonus produxit, quæ nobis* Craniolaria. *Gen. plant.* 868. *nominata fuit, flore ab hiſce ambabus toto cœlo diverſa.*
Differentia quæ noſtræ, & Martyni, intercedunt, ſecundum ipſam ejus deſcriptionem, ſequentes concludo.
1 Corolla noſtræ *plantæ tota pallide cærulea eſt, excepto gibbo nectarifero interne purpureo.* Illius *externe pallide rubra, interne macula ſaturatius purpurea in ſingulis ſegmentis notata, & intra tubum variegata.*
2 Radix noſtræ *plantæ perennis dentata ut Orobanches, Monotropæ vel Dentariæ conſtans lamellis extrorſum gibbis, monilis inſtar perforatis, imbricatis, albis.* Illius *fibroſa dicitur (de qua tamen maxime dubito cum ipſa ejus ſtructura dentatam radicem expoſcit) annua.*
3 Caulis noſtræ *viridis, glaber, maculis linearibus purpuraſcentibus exaſperſus*; illius *vero villoſus viridi-rufeſcens.*
4 Rami *in* noſtra *omnino nulli, quos in ſua deſcribit* Martyn.
5 Folia noſtræ *ovata, ſerrata, integra, nitida, glabra;* illius *angulato-dentata, viſcida.*
6 Calyx noſtræ *pentaphyllos, ſimplex;* illius *duplex, tetraphyllus & triphyllus.*
7 Floret noſtra *octobri;* illius *poſt mediam æſtatem.*

SCROPHULARIA. *g. pl.* 494.

1. SCROPHULARIA foliis cordatis oppoſitis, racemo terminatrici.
Scrophularia nodoſa fœtida. *Bauh. pin.* 235. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 482. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 234.
Scrophularia vulgaris & major. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 421.
Scrophularia major. *Dalech. hiſt.* 1085.
Scrofularia major. *Cæſalp. ſyſt.* 349.
Scrophularia. *Dod. pempt.* 50.
Creſcit frequens per Europam *ad ſepes, vias, domos & ruderata, locis fæcundis.*

2. SCROPHULARIA foliis cordatis oppoſitis, pedunculis ad alas ſolitariis multifloris.
Scrophularia flore luteo. *Bauh. pin.* 236. *prod.* 112. *Riv. mon.*
Scrophularia annua, folio lamii, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 486. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 2.
Scrophularia lutea magna, amplis foliis. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 422.
Scrophularia montana maxima latifolia, flore luteo. *Barr. rar.* 20. *t.* 273.
Scrophularia montana maxima. *Col. ecphr.* 1. *p.* 191.
Lamium pannonicum 2 exoticum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 38.
Creſcit in valle Campoclarenſium *atque etiam ſupra* Mateſium & *in* Equicolorum *montibus in villa* Plagis *dicta, locis ſeptentrionalibus umbroſis.*

3. SCROPHULARIA foliis difformibus, pedunculis ad alas ſingulas pluribus.
Scrophularia ſambuci foliis, capſulis maximis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 483. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 6.
Scrophularia hiſpanica, ſambuci folio glabro. *Tournef. inſt.* 166. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 234.
Scrophularia ſambuci folio, flore rubro luteo vario pulchro. *Griſl. luſ. Pluk. alm.* 338. *t.* 313. *f.* 6.
Scrophularia foliis laciniatis. *Bauh. pin.* 236. *prod.* 113.
α Scrophularia maxima luſitanica, ſambuci folio lanuginoſo. *Tournef.*
Creſcit in Hiſpania, Luſitania *& forte in* Africa.
Foliis mire ludit: in aliis ovatis ſimplicibus; in aliis duobus foliolis ad baſin intermedii folii; in aliis foliis exacte pinnatis, foliolis alternis minimis.

4. SCROPHULARIA foliis cordatis alternis, pedunculis ad alas bifloris.
Scrophularia folio urticæ. *Bauh. pin.* 236.
Scrophularia annua, folio urticæ. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 481. *ſ.* 5. *t.* 8. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 234.
Scrophularia peregrina. *Cam. hort. t.* 43.
Scrophularia peregrina camerarii. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 422.
Creſcit circa Piſas *copioſe, etiam in ipſis muris urbis, & alibi in* Italia.

5. SCROPHULARIA foliis multifidis, racemo terminatrici nudo, pedunculis bifidis.
Scrophularia, Ruta canina dicta, vulgaris. *Bauh. pin.* 236. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 235.
Scrophularia major, Ruta canina dicta, vulgaris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 483. *ſ.* 5. *t.* 9. *f.* 8.
Scrophularia tertia dodonæo tenuifolia, Ruta canina quibusdam vocata. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 423.
Scrofularia fruticoſa minor. *Cæſalp. ſyſt.* 350.
Ruta canina. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 209.
α Scrophularia minor, Ruta canina dicta. *Moriſ.*
β Scrophularia luſitanica fruteſcens, verbenacæ foliis. *Tournef. inſt.* 167.
Creſcit ad Rheni ripas prope Baſileam, *in* Italia, *Gallia* Narbonenſi, *circa* Genevam.

OBU-

MARTYNIA. foliis ſerratis. *Hort. Cliff.* 322. *ſp.* 1.

a *Flos in ſitu naturali, inſidens ramo.*
b *Calyx cum Staminibus & Piſtillo.*

J. WANDELAAR del. & fecit.

OBULARIA.

1. OBULARIA.
Orobanche virginiana, radice coralloide, ſummo caule foliis ſubrotundis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 504. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 23.
Orobanche virginiana, radice fibroſa, ſummo caule foliis ſubrotundis. *Pluk. alm.* 273. *t.* 209. *f.* 6. *Raj. app.* 595.
Creſcit in Virginia, *unde tranſlatam communicavit* DD. Gronovius.
Obularia dicta fuit ob convenientiam foliorum cum figura obulorum, præſertim Ruthenicorum.

HALLERIA.

1. HALLERIA.
Caprifolium afrum, folio pruni leviter ſerrato, flore ruberrimo, bacca nigra. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 226.
Evonymus africana, foliis phillyreæ ſerratæ majoribus. *Herm. afr.* 9.
Creſcit in Africa.
Cum Loniceris nil commune habet hoc genus in ulla parte fructificationis.
Hujus arbuſculæ Folia ovata, acuminata, rigida, glabra, tenuiſſime ſerrata, oppoſita, petiolis breviſſimis inſidentia. Rami rectiſſimi, oppoſiti; Flores ex alis, propriis inſidentes petiolis, ruberrimi.
Halleriam dixi in honorem Doctiſſimi Botanici Alberti Halleri *M. D. Soc. Soc. Reg. Svec. Profeſſoris Botanices Gottingenſis.*

ANTIRRHINUM. *g. pl.* 514.

1. ANTIRRHINUM foliis alternis cordatis quinquelobis.
Cymbalaria. *Bauh. pin.* 306. *Dalech. hiſt.* 1322.
Cymbalaria floſculis purpuraſcentibus. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 685. *Rupp. jen.* 197.
Cymbalaria italica, hederaceo folio. *Lob. hiſt.* 337.
Elatine hederaceo folio glabro; ſive Cymbalaria vulgaris. *Vaill. pariſ.* 48.
Linaria folio glabro ſubrotundo, hederæ folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 503. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 30. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 232.
Linaria hederaceo folio glabro; ſeu Cymbalaria vulgaris. *Tournef. inſt.* 169.
α Linaria hederaceo folio villoſo; ſeu Cymbalaria alpina. *Tournef.*
Creſcendi locus naturalis alpinus videtur, in quibus autem naſcatur alpibus me latet; hoc ævo creſcit ex uliginoſis parietibus, maceriis, muris & ſaxis Jenæ, Baſiliæ, Pariſiis, Leidæ, Chelſeæ *juxta Londinum, & ubique in* Italia *frequentiſſima; nos nullibi majorem hujus copiam quam ex ipſis muris urbis* Harlemenſis *unquam conſpeximus.*
Mira plantæ indoles, quæ ubique in ſummis præcipitiis, ex perpendicularibus præſertim muris enaſci tenetur, ubi deorſum pendet, nec ut aliæ plantæ ſuperiora affectat; ex ſicciſſimis enata rimis, licet nullum ipſi affluat pabulum, fame perire vel ſiti exſiccari non obſervatur; mirum inſuper quomodo ſemina ejecta, quæ non volitantia, eo quo deſiderat naturalis plantæ indoles perveniant, cumque pervenere, quomodo permanere, nec a tempeſtatibus (etiamnum non radicata) expelli queant.

2. ANTIRRHINUM foliis oppoſitis cordatis crenatis.
Aſarina lobelii. *Dalech. hiſt.* 915. *Tournef. inſt.* 171. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 234.
Aſarina lobelii, folio (*pro flore*) hederæ terreſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 856. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 432. *ſ.* 11. *t.* 21. *f.* 1.
Aſarina ſterilis ſevenæ narbonenſis agri. *Lob. hiſt.* 329.
Hedera ſaxatalis, magno flore. *Bauh. pin.* 306.
Pediculari congener alpina, hederæ terreſtris facie, utriculis amplis vaſculum ſeminale claudentibus. *Pluk. alm.* 283.
Creſcit in rupibus & cautibus Veganio *conterminis* Sevenæ.
Si flores Antirrhini Tournef. imponerentur Glechomæ, planta hæc perfecte repræſentaretur.

3. ANTIRRHINUM foliis alternis haſtatis.
Elatine. *Riv. mon. Dill. gen.* 116. *giſſ.* 157.
Elatine folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo. *Bauh. pin.* 253. *Rupp. jen.* 197. *Vaill. pariſ.* 48.
Elatine fœmina, folio anguloſo. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 372.
Elatine altera. *Dod. pempt.* 42.
Linaria ſegetum, nummulariæ folio aurito & villoſo, flore luteo. *Tournef. inſt.* 169.
Linaria hirſuto folio, acuminata, in baſi auriculato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 503. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 28.
α Linaria minima, hirſuto folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo minimo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 503. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 29. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 232.
β Linaria ſegetum, nummulariæ folio aurito & villoſo, flore cœruleo. *Tournef. inſt.* 169.
Elatine folio acuminato, flore cœruleo. *C. B.* 253.
Creſcit in Agris & arvis per Galliam, Angliam, Italiam, Germaniam, *at* β *in* Sicilia, Italia, *Gallia* Narbonenſi.

4. ANTIRRHINUM foliis alternis ovatis.
Elatine folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 252. *Dill. gen.* 116. *giſſ.* 158. *Rupp. gen.* 197. *Vaill. pariſ.* 48.
Elatine mas, folio ſubrotundo. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 372.
Veronica femina. *Cæſalp. ſyſt.* 266. *Dalech. hiſt.* 1050. *Dod. pempt.* 42.
Linaria ſegetum, nummulariæ folio villoſo. *Tournef. inſt.* 169.

Linaria hirſuto folio ſubrotundo, flore ex herbido flaveſcente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 503. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 27. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 232.
Creſcit inter ſegetes & in arvis per Angliam, Galliam, Germaniam, Italiam.
Antecedentes omnes procumbentes ſunt & caulibus filiformibus gaudent.

5. ANTIRRHINUM foliis ternis ovatis.
Linaria trifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 458.
Linaria triphylla minor lutea. *Bauh. pin.* 212. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 502. *ſ.* 5. *t.* 12. *f.* 23. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 232.
Linaria valentina. *Dod. pempt.* 184. *Tournef. inſt.* 169.
Linaria hiſpanica 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 320.
α Linaria triphylla minor lutea, floris vexillo & calcari purpureo. *Boerh.*
β Linaria triphylla cœrulea. *Bauh. pin.* 212. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 498. *ſ.* 5. *t.* 12. *f.* 3.
γ Linaria latifolia triphyllos ſicula. *Bocc. ſic.* 45. *t.* 22. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 498. *ſ.* 5. *t.* 12. *f.* 2.
Creſcit circa Valentinam *in pratis & locis umbroſis, in montibus* Hyblæis, *circa* Syracuſas.

6. ANTIRRHINUM foliis quaternis lanceolatis, caule erecto ramoſo.
Linaria americana maxima, purpureo flore. *Herm. lugdb.* 376. *t.* 377. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 231.
Linaria, latiſſimo folio, luſitanica. *Tournef. inſt.* 169.
Antirrhinum triornithophorum. *Griſl. luſit.*
Creſcit in Luſitania & America.
Folia in caule nunc quina, nunc terna, ſæpius quaterna.

7. ANTIRRHINUM foliis quinis linearibus.
Linaria ſicula multicaulis, molluginis folio. *Bocc. ſic.* 38. *t.* 19. *f.* 1. *Tournef. inſt.* 171. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 231.
Linaria aſparagi (corrudæ prioris dicti) cluſio foliis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 500. *ſ.* 5. *t.* 13. *f.* 15.
α Linaria ſicula multicaulis, folio molluginis, flore luteo rictu aureo. *Boerh.*
Creſcit in Sicilia, *circa* Panormum & *alibi.*
Folia ad genicula in orbem poſita nunc quinque, nunc plura; rami pauci.

8. ANTIRRHINUM foliis lanceolatis alternis ſeſſilibus.
Linaria latifolia dalmatica, magno flore. *Bauh. pin.* 212. *prod.* 106. *Tournef. inſt.* 169. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 231.
Linaria maxima, foliis lauri, dalmatica. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 458. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 498. *ſ.* 5. *t.* 12. *f.* 1.
Creſcendi locus incertus; ſed valde affinis videtur ſpeciei 5.

9. ANTIRRHINUM foliis linearibus ſparſis.
Oſyris Linaria. *Dalech. hiſt.* 1332.
Linaria lutea vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 456.
Linaria vulgaris lutea, flore majore. *Bauh. pin.* 212. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 499. *ſ.* 5. *t.* 12. *f.* 10. *Tournef. inſt.* 170. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 231.
α Linaria vulgaris, flore majore albo. *Tournef.*
Creſcit ad agrorum margines, juxta muros & in ruderatis ſiccioribus ſat frequens per Europam.
Hæc peſſime fœtet, & veneni quid fovere creditur; in Svecia flos muſcarum dicitur, cum flores in feneſtris ruſticorum muſcis objiciantur, ut inde pereant.

10. ANTIRRHINUM foliis lanceolatis obtuſis alternis, caule diffuſo ramoſiſſimo.
Antirrhinum minimum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 465.
Antirrhinum arvenſe minus. *Bauh. pin.* 212.
Antirrhinum 3 matthioli. *Dalech. hiſt.* 1340.
Linaria Antirrhinum dicta. *Raj. ſyn.* 283.
Linaria pumila vulgatior arvenſis. *Tournef. inſt.* 169.
Linaria minima, foliis hirſutis, floribus obſolete fuſci coloris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 502. *ſ.* 5. *t.* 13. *f.* 25. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 232.
Creſcit juxta vias inque vineis locis ruderatis fabuloſis in Italia, Gallia, Anglia, Hollandia, Germania; *in* Svecia *juxta arcem* Upſalienſem *in ruderibus frequens, ſed e ſeminibus ex Horto Academico diſperſis prognata.*
Cornu nectariferum inflectitur in hac ſpecie, uti in ſpecie 1.

11. ANTIRRHINUM foliis lanceolatis petiolatis, calycibus flore ſuperantibus.
Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 464.
Antirrhinum ſylveſtre; Phyteuma. *Dod. pempt.* 182.
Antirrhinum arvenſe majus. *Bauh. pin.* 212. *Tournef. inſt.* 168. flore rubro. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 233.
Antirrhinum arvenſe minus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 505. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 5.
Antirrhinum minimum. *Lob. hiſt.* 222.
Antirrhinum parvum ſive Orontium. *Dalech. hiſt.* 1341.
α Antirrhinum arvenſe majus, flore albo. *Tournef.*
β Antirrhinum anguſtifolium majus peregrinum, flore ruberrimo. *Boerh.*
Creſcit in arvis ſolo arenoſo, per Galliam, Angliam, Italiam.

12. ANTIRRHINUM foliis lanceolatis petiolatis, calycibus flore longe brevioribus.
Antirrhinum vulgare. *Bauh. hiſt.* 2. *pp.* 464. *Tournef. inſt.* 168.
Antirrhinum majus alterum, folio longiore. *Bauh. pin.* 211. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 505. *ſ.* 5. *t.* 14. *f.* 1, 2, 3, 4.
Antirrhinum latifolium, flore rubro rictu luteo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 233.
Antirrhinum. *Dod. pempt.* 182. *Lob. hiſt.* 221.
Os leonis vulgo. *Cæſalp. ſyſt.* 350.
α Antirrhini ſpecies 2—10. *Tournef.*
Antirrhini ſpecies 2—13. *Boerh.*

Creſcit

Creſcit in aggeribus foſſarum & ad ſepes circa Monſpelium, *in agro* Romano, *in* Hiſpania.
Nectarium in plurimis ſpeciebus exit in cornu ſubulatum, easque Linarias dixit Tournefortius; in aliis obtuſum magis eſt & obſoletum nectarium, tamen præſens ut in ſpecie 2. 11. 12. *dehiſcendi modo variat, rictuque differt, facie & notis eſſentialibus convenit, ergo falſa hujus generis in plura diviſio.*

RHINANTHUS. *g. pl* 511.

1. RHINANTUS corollarum labio ſuperiore breviore. *Fl. lapp.* 248.
Pedicularis pratenſis lutea; vel Criſta galli. *Bauh. pin.* 163. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 426. *ſ.* 11. *t.* 23. *f.* 1. *Tournef. inſt.* 172. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 235.
Criſta galli ſimplici & recto caule. *Cæſalp. ſyſt.* 340.
Criſta galli pratenſis humilior, coma lutea. *Rupp. jen.* 194.
Criſta galli herbariorum. *Lob. hiſt.* 285.
Criſta galli. *Dod. pempt.* 556.
Criſta galli fœmina. *Dill. gen.* 117. *giſſ.* 80.
α Criſta galli mas. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 436.
Criſta galli. *Riv. mon. Dill. giſſ.* 80.
Criſta galli major & elatior, calice floris hirſuto, rictus limbo violaceo. *Rupp. jen.* 194.
Pedicularis pratenſis lutea erectior, calice floris hirſuto. *Tournef. inſt.* 172.
Creſcit in paſcuis frequentiſſima præſertim per Europam Borealem.

BARTSIA.

1. BARTSIA foliis alternis.
Horminum, tenui coronopi folio, virginianum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 13. *f.* 28.
Creſcit in Virginia, unde delatam communicavit DD. Gronovius.
Specioſiſſima hæc planta caule gaudet ſimpliſiſſimo; foliis alternis, linearibus, diviſis, margine integris, verſus apicem confertis in ſpicam; intra ſingulum folium flore ſolitario; calyce verſus apicem ut & foliorum floralium apicibus ſaturatiſſima purpurâ tinctis.

2. BARTSIA foliis oppoſitis cordatis obtuſe ſerratis.
Euphraſia caule ſimplici, foliis cordatis obtuſe ſerratis. *Fl. lapp.* 246.
Euphraſia rubra weſtmorlandica, foliis brevibus obtuſis. *Raj. ſyn.* 285.
Pedicularis alpina, teucrii folio, atrorubente coma. *Tournef. inſt.* 172.
Pedicularis alpina purpurea, teucrii folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 428. *ſ.* 11. *t.* 8. *f.* 15.
Chamædri vulgari falſæ aliquatenus affinis alpina & Clinopodium alpinum ponæ. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 289.
Clinopodium alpinum. *Pon. bald.* (*apud Cluſ.*) 343.
Clinopodium alpinum hirſutum. *Bauh. pin.* 225. *Pluk. alm.* 110. *t.* 163. *f.* 5. *Scheuh. alp.* 333.
Teucrium alpinum, coma purpuro cœrulea. *Bauh. pin.* 247.
Creſcit in Alpibus Lapponicis, Allobrogicis, Helveticis, Vallicis, *&* Baldo; *locis duris, apricis, planiuſculis.*
Huc ſpectat Bartſia foliis oppoſitis lanceolatis acute ſerratis *quæ* Pedicularis maritima, folio oblongo ſerrato. *Tournef.*
Utut in Fl. Lapponica ſtatueram hanc ſpeciem congenerem Euphraſiæ, nec, ob unam alteramve notam, unicam ſeparari ſpeciem neceſſe eſſe duxeram, tamen viſa præcedenti ſpecie apertiſſime patuit hanc plantam neceſſario combinandam eſſe cum illa, nec illam ullo modo cum Euphraſiis; hæ licet foliorum ſitu, in illa alterno, in hac oppoſito, differant, tamen facie optime conveniunt, quoad caulem ſimplicem, foliis ad apicem congeſtis in ſpicam, floribus ſub ſingulo folio ſolitariis, coma tandem tincta in hac colore atropurpureo, in illa vero coccineo.
Dixi Genus hoc alpinam, a Clariſſ. Johanne Bartſchio, *Medicinæ Doctore, Boruſſo; qui captus & victus amore ſtudii Botanices & totius Hiſtoriæ naturalis in ſe derivari voluit Spartam Medici ordinarii Societatis Indiæ occidentalis Belgicæ, apud Surinamenſes, a quo, ſi vita ipſi viresque, quidquid ferat Peregrina terra in triplici naturæ regno, certo certius habebit orbis literatus.*

EUPHRASIA. *g. pl.* 512.

1. EUPRASIA caule ramoſo, foliis ovatis acute dentatis. *Fl. lapp.* 247.
Euphraſia officinarum. *Bauh. pin.* 233. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 430. *ſ.* 11. *t.* 24. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 235.
Euphraſia. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 426. *Dod. pempt.* 54. *Lob. hiſt.* 261.
Euphraſia. *Cæſalp. ſyſt.* 339.
α Euphraſia ramoſa pratenſis, flore albo. *Tournef. inſt.* 174.
β Euphraſia minus ramoſa, flore ex cœruleo-purpuraſcente. *Tournef.*
γ Euphraſia minor. *Dill. app.* 53.
Creſcit vulgaris per Europam *in paſcuis ſterilioribus & montoſis.*

2. EUPHRASIA foliis lanceolatis.
Euphraſia pratenſis rubra. *Bauh. pin.* 234. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 431. *ſ.* 11. *t.* 24. *f.* 10. *Boerh. lugdb.* 1. 236.
Euphraſia parva purpurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 433.
Euphraſia altera. *Dod. pempt.* 55.
Euphraſia 2. dodonæi; ſive Cratægonum alterum quorundam. *Lob. hiſt.* 261
Euphraſia ſylveſtris major purpurea. *Barr. rar. t.* 276. *f.* 2.
Odontites. *Riv. mon. Dill. gen.* 117. *giſſ.* 145. *Rupp. jen.* 194.
Pedicularis ſerotina, purpuraſcente flore. *Tournef. inſt.* 172.
Creſcit in paſcuis ſterilioribus & frigidioribus frequens in Europa.

PEDICULARIS. *g. pl.* 513.

1. PEDICULARIS caule ramoſo, floribus ſolitariis remotis.
Pedicularis pratenſis purpurea. *Bauh. pin.* 163. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 235.
Pedicularis purpurea paluſtris ſeu pratenſis vulgaris humilior. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 427. *ſ.* 11. *t.* 23. *f.* 13.
Pedicularis quibusdam, Criſta galli flore rubro & albo. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 437.
Alectorolophus 3. generis alterius. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 210.
Criſta galli altera; ſeu Phthirion. *Dalech. hiſt.* 1074.
Fiſtularia. *Dod. pempt.* 556.
Creſcit in pratis paludoſis & paludibus per Europam *frequens, præſertim* ſeptentrionalem.

2. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis lanceolatis ſemi-pinnatis ſerratis acutis. *Fl. lapp.* 242. *t.* 4. *f.* 1.
Pedicularis caule ſimplici, foliis lanceolatis ſerrato-pinnatis acutis. *Act. lit. ſuec.* 1732. *p.* 57.
Creſcit in alpium Lapponicarum jugis vulgaris.

3. *SCEPTRUM CAROLINUM. Rudb. iter. t.* 1. *Fl. lapp.* 234. *t.* 4. *f.* 4.
Alectorolophus lapponica lutea, digitalis flore. *Petiv. hort.* 241.
Pedicularis alpina, folio ceterach. *Helw. flor.* 39.
Creſcit frequentiſſima in Alpibus Lapponicis; *copioſiſſima in ſubhumidis* Oſtrobothniæ *ad apicem ſinus bothnici; rarius in* Norlandia *&* Uplandia, Dalekarlia *ſveciæ; in* Boruſſia *&* Ingermannia *circa Petropolim; nec non* Archangelopolim, Kolam *in* Siberia *teſte Cl. Siegesbeck, qui ad nos ſemina miſit ſub nomine:* Pedicularis paluſtris altiſſimæ ſpicatæ, aſplenii foliis regionum ſeptentrionalium.
Differt a Pedicularibus mihi notis fructu ſubrotundo regulari; *apice ſcilicet minime obliquo.*

DODARTIA. *g. pl.* 506.

1. DODARTIA.
Dodartia orientalis, flore purpuraſcente. *Tournef. cor.* 47. *itin.* 3. *p.* 208. *t.* 208. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 239.
Creſcit juxta montem Ararat.
Conſecrata fuit hæc a Tournefortio memoriæ Dodarti, *Galli, clari rariorum plantarum Iconibus.*
Obſerva. *in generibus noſtris addatur: Stylus ſuperne craſſior, ſtigmate compreſſo bifido, lamellis parallelis; corollæ labio inferiore duplo majore, ſuperiore ſemibifido.*

HEBENSTRETIA. *g. pl.* 874.

1. HEBENSTRETIA.
Valerianella africana, foliis anguſtis, flore macula rubicante notato. *Comm. hort.* 2. *p.* 217. *t.* 109.
Valerianoides flore monopetalo, ſemine unico oblongo. *Raj. app.* 245.
Creſcit in Africa.
Conſecratam volui hanc plantam africanam meritis Jo. Erneſti Hebenſtreit, M. D. & Prof. Lipſienſis, Acad. Imper. Socii, qui Regis Friderici Auguſti Poloniarum *juſſu* Africam *Hiſtoriæ naturalis cauſa adiit, peragravit; cui Viro inſuper debet orbis tam varia, quæ ordinem & methodum ſpectant, egregia monumenta in triplici naturæ regno.*
Singularis floris ſtructura & ſine pari eſt; labium enim corollæ unicum & ſuperius ſolum adeſt, quod plicatum reflectitur, & ſtamina quatuor, tamquam dentes rudi, ipſi margini ipſius labii inſerta, nuda conſpiciuntur, prominente piſtillo tamquam lingua.

ACANTHUS. *g. pl.* 52.

1. ACANTHUS foliis ſinuatis inermibus.
Acanthus ſativus. *Dod. pempt.* 719. *Lob. hiſt.* 477.
Acanthus ſativus & mollis virgilii. *Bauh. pin.* 382.
Acanthus, vulgo Branca urſina. *Cæſalp ſyſt.* 333.
Carduus Acanthus, ſive Branca urſina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75.
Creſcit petroſis & humentibus locis in Italiæ *meridionalibus circa* Bajas *&* Neapolin; *inque* Sicilia *copioſe.*

2. ACAN-

2. ACANTHUS foliis pinnatifidis ſpinoſis.
Acanthus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 719.
Acanthus ſylveſtris, ſcolymo ſimilis aculeatus. *Lob. hiſt.* 477.
Acanthus aculeatus. *Bauh pin.* 383. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 239.
Carduus Acanthus ſive Branca urſina ſpinoſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75.
Creſcit forte cum antecedenti.
Quod hæc ſpecie ab antecedenti diſtincta ſit, difficile apud me fidem impetrat dum flores examino, ovo ſimiliores ovo, ſimulque aſpicio Acanthum foliis ovatis plicatis ſpinoſis: *ſeu Paina-ſchulli. Rheed. mal.* 2. *p.* 93. *t.* 48. *qui ex alis ſuos profert flores; dein* Acanthum medium rarioribus & brevioribus aculeis donatus. Moriſ. hiſt. 3 p. 604. ſ. 15. t. 2. f. 2. *qui certiſſime varietas, attamen aculeatæ & non aculeata intermedia, adeo ut vix video ad quam ſpeciem proprius accedat.*

VITEX. *g. pl.* 516.

1. VITEX. *Dod. pempt.* 774. *Dalech. hiſt.* 281.
Vitex foliis anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis. *Bauh. pin.* 475. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 222.
Vitex, vulgo Agnus caſtus. *Cæſalp. ſyſt.* 128.
Agnus caſtus. *Herm. lugdb.* 11.
Agnus folio non ſerrato. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 205.
α Agnus folio ſerrato. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 205.
Vitex latiore folio. *Bauh. pin.* 475.
β Vitex foliis anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis, floribus cœruleis. *Tournef. inſt.* 604.
γ Vitex, ſive Agnus flore albido. *Tournef.*
δ Vitex, ſive Agnus foliis anguſtiſſimis. *Tournef.*
Creſcit in locis paluſtribus Siciliæ *& Regni* Neapolitani *frequens.*

CRESCENTIA. *g. pl.* 505.

1. CRESCENTIA foliis lanceolatis utrinque attenuatis.
Cujete foliis oblongis & anguſtis, magno fructu ovato. *Plum. gen.* 23.
Cviete braſilienſibus, vulgo corrupte Cochine. *Marcg. braſ.* 123. *fig. deſcr.*
Cviete. *Piſ. braſ.* (alter.) 173.
Cuccurbitifera arbor, ſubrotundis foliis confertis, fructu ovali, ſeminibus cordatis maſſula nigra incluſis, americana. *Pluk. alm.* 124. *t.* 171. *f.* 2.
Arbor americana cucurbitifera', folio longo mucronato, fructu oblongo. *Comm. hort.* 1. *p.* 137. *t.* 71.
Arbor cucurbitifera americana, folio ſubrotundo. *Raj. hiſt.* 1667. *Sloan. flor.* 206. *hiſt.* 2. *p.* 172.
Creſcit in locis apricis & campeſtribus per Americæ *maximam partem vulgaris, uti in* Caribæis Jamaica, Virginia, Braſilia.
Arbuſcula noſtra bipedalis in hunc diem non floruit apud nos; facie ad Dodonæam accedit proxime.

Classis XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

ANASTATICA. *g. pl.* 525.

1. ANASTATICA.
Amomis. *Cæsalp. syst.* 56.
Thlaspi; Rosa de hiericho dictum. *Morif. hist.* **2.** *p.* 228. *f.* 3. *t.* 25. *f.* 2, 3. *To rnef. inst.* 213. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 8
Myagrum humile fruticosum, Rosa hierico dictum. *Pluk. alm.* 248.
Rosa hiericho. *Bauh. hist. p.* 209.
Rosa hiericontea. *Lob. hist.* 616.
Rosa hierichuntea vulgo dicta. *Bauh. pin.* 484.
Rosa de hiericho. *Dalech. hist.* 1796.
Rosa hiericontea. *Besl. eyst.* 3. *p.* 36. *f.* 3 & 1 *optima.*
Crescit in Arabia *deserta ad littora* Maris rubri *in sabulo. Rauw. in tectis & ruderibus Syriæ Bellon. Ad Hiericho urbem vero nunquam visa est, quantum ex peregrinatoribus constet.*
Botanici duas statuunt species, qua in re differant ignoro, magnitudo enim differentia non est; nostra exacte convenit cum Besleri prima figura.
Ut absurdum hanc ad Rosam referre, sic nec admodum sapiens factum ad Thlaspi genus eam amandare, propius enim accedit ad Myagrum, cum autem etiam ab hoc & facie & fructificatione abunde differat, novum inde genus constitui Anastaticam plantam dixi, cum resurgat aquæ, tepidæ præsertim, immersa, sive sit in manu parturientis, sive in manu Monachi media nocte nativitatis Christi, sive in manu Agyrtæ medio in foro Amstelodami, sive in manu ludentis pueri omni hora.
Certe majus miraculum est in Muscis; hæc enim modo extendit arcuatos & inflexos ante ramos, at Musci aqua rigati revirescunt, reviviscunt, & licet siccissimi novam vitam recuperant.

MYAGRUM. *g. pl.* 524.

1. MYAGRUM siliculis obverse cordatis fere sessilibus.
Myagrum monospermum latifolium. *Bauh. pin.* 109. *prod.* 52. *t.* 51. *Tournef. inst.* 211. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 2.
Myagron monospermon. *Bauh. hist. p. p.* 894.
Raphanistrum monospermum latifolium, siliculis fungosis glabris auriculatis. *Morif. hist.* 2. *p.* 267. *f.* 3. *t.* 21. *f. antepenult.*
Crescit in arvis satis in Gallia, *inter* Blæsas *præsertim &* Beaugeancie; *in agro* Dampierre *&* Mauritium.

2. MYAGRUM siliculis obverse ovatis: lateribus impressis.
Myagrum sativum. *Bauh. pin.* 109.
Myagrum majus seu sativum. *Morif. hist.* 2. *p.* 212. *f.* 3. *t.* 21. *f.* 1, 2.
Myagrum turcicum. *Bauh. hist.* 2. *p.* 893.
Myagrum, dictum Camelina. *Bauh. hist.* 2. *p.* 892.
Pseudo Myagrum. *Dalech. hist.* 1137.
Camelina sive Myagrion. *Dod. pempt.* 532.
Dorella. *Cæsalp. syst.* 367.
Alysson segetum, foliis auriculatis acutis. *Tournef. inst.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4.
α Myagrum segetum, foliis auriculatis acutis, fructu majori. *Tournef.*
β Myagrum sylvestre. *Bauh. pin.* 109.
Crescit præsertim inter Linum in agris frequens per maximam Europæ *partem, præsertim septentrionalem.*

3. MYAGRUM siliculis globosis compressis scabris.
Myagro similis siliqua rotunda. *Bauh. pin.* 109. *prod* 52. *t.* 52.
Myagro affinis herba, capitulis rotundis. *Bauh hist.* 2. *p.* 895.
Rapistrum arvense, folio auriculato acuto. *Tournef. inst.* 211. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 2.
Raphanistrum siliqua minore rotunda rugosa aspera. *Morif. hist.* 2. *p.* 26. *f.* 3. *t.* 21. *f. ult.*
Crescit in agris circumjacentibus Blæsas, Pictavium, Lunellam, Monspelium.
Plantas has tres (1. 2. 3) *ad Tria diversa genera amandatas a systematicis, facie inter se adeo similes, ut vix antequam fructificent distinguantur, locoque natali convenientes genere conjungo, licet natura in fructu differentes has reddiderit; puto satius esse nostrum judicium, nostras leges secundum naturam obsequiose flectere, quam illi illicitas manus, quæ tamen valent minus nihilo, inferre.*

VELLA.

VELLA.

1. VELLA.
Sinapi hiſpanicum, folio glaucii violacei. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 13.
Naſturtium ſilveſtre valentinum. *Cluſ hiſt.* 2. *p.* 130. *Bauh. hiſt.* 2. *p* 920.
Naſturtium ſylveſtre, erucæ affine. *Bauh. pin.* 105. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 301. *ſ.* 3. *t.* 19. *f.* 8.
Eruca naſturtio cognata tenuifolia. *Lob. hiſt.* 102.
Creſcit in Hiſpania ad pagum Elda *ſeptem ſub Horivela leucis hiſpanicis.*
Vella eſt nomen Galeni, quod hujus loci ut fixum inſerui.

CLYPEOLA. *g. pl.* 532.

1. CLYPEOLA ſiliculis unilocularibus & monoſpermis.
Jon-Thlaſpi minimum ſpicatum lunatum. *Col. ecbpr.* 1. *p.* 284. *Tournef. inſt.* 210. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 3.
Thlaſpi clypeatum, ſerpilli folio. *Bauh. pin.* 107.
Thlaſpi minus clypeatum penæ. *Dalech. hiſt.* 1182.
Thlaſpi alterum minus clypeatum, ſerpilli folio, etiam narbonenſe. *Lob. adv.* 74.
Leucojum clypeatum, ſerpilli folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 248. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 9.
Lunaria peltata minima quibusdam ad thlaſpi referenda. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 935.
Lunaria græca quarta. *Cæſalp. ſyſt.* 369.
Creſcit in nudis, ſaxoſis, ſabuloſis, ſquallidis, ad montium radices & in collibus ſterilibus ſoli orienti expoſitis Anverſæ *Valuenſium*, Monſpeliis, *in agro* Narbonenſi & Nemauſenſi.

2. CLYPEOLA ſiliculis bilocularibus tetraſpermis.
Alyſſon incanum luteum, ſerpilli folio, majus. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 3.
Alyſſon minimum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 133. *deſcr.* & *fig. bona.*
Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre majus. *Bauh. pin.* 107. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 291. *ſ.* 3. *t.* 16. *f.* 2. *deſcr.* & *fig. mala*
Thlaſpi minus quibusdam, aliis Alyſſon minus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 928.
α Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus. *Bauh. pin.* 107.
Creſcit circa Genevam, Moguntiam *in Germania*, Monſpelium *in Gallia Narbonenſi*, Viennam *ad arvorum margines & vinetorum, in glareoſis & gramineis ſiccis.*
Hæ duæ plantæ (1. 2.) *ob fructum interne diverſum ſeparatæ fuere in diverſa genera, at quantum fructus interne differat, tantum externe convenit; conveniunt inſuper calyce perſiſtente, quod rarum eſt in iſta gente, adeoque, cum & facie conveniant, dico æque multum valere externam ac internam faciem. Jon-Thlaſpi nomen eſt conſarcinatum a viola græce Jon & Thlaſpi, hinc omittitur, cumque fructus perbelle clypeum veterum repræſentat & veteribus Thlaſpi clypeatum dictum fuit, nos Clypeolam pro Clypeolata diximus hanc plantam.*

BISCUTELLA. *g. pl.* 531.

1. BISCUTELLA calycibus nectario utrinque gibbis, ſiliculis verſus ſtylum coëuntibus.
Thlaſpidium hirſutum, calyce floris auriculato. *Tournef. inſt.* 214. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 6.
Thlaſpi biſcutatum villoſum, flore calcari donato. *Bauh. pin.* 107. *prod.* 49.
Leucojum montanum, flore pedato. *Colum. ecphr.* 2. *p.* 61.
Jon-Draba alyſſoides lutea anguſtifolia. *Barr. rar. t.* 230.
Creſcit in ſaxoſis Gallo-provinciæ, Bormii *non procul ab inſulis Stœchadibus, circa oppidum* Filettino *in montibus ditionis Romæ.*
Mirum eſt quod Botanici adhucdum vix viderint nectaria in floribus hujus claſſis, licet hæc planta omnium oculos in ſe verteret, quæ tam gibbo gaudet vaſe mellifero & tam vaſta glandula nectarea, ut nulli non pateſceret.

2. BISCUTELLA ſiliculis orbiculato didymis a ſtylo dehiſcentibus.
Thlaſpi biſcutellatum, hieracii folio, pallido flore. *Barr. rar. t.* 900.
Thlaſpidium monſpelienſe, hieracii folio hirſuto. *Tournef. inſt.* 214. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 6.
Thlaſpi biſcutatum aſperum hieracifolium & majus. *Bauh. pin.* 107.
Thlaſpi parvum hieracifolium, ſive Lunaria lutea. *Lob. adv.* 74.
Thlaſpi clypeatum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 133.
Lunaria biſcutata. *Bauh. pin.* 935.
Leucojum biſcutatum aſperum hieracifolium majus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 248. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 10.
Creſcit in Germania, Italia, Sicilia, Gallia, *uti ſupra thermas badenſes in vicinis collibus collium-que catena, quæ ad Danubium usque excurrit.*

IBERIS. *g. pl.* 529.

1. IBERIS foliis ſinuatis, caule nudo ſimplici.
Iberis petræa, foliis burſæ paſtoris. *Dill. gen.* 123. *giſſ.* 80.
Thlaſpidium arvenſe minimum, folio glabro ſpiſſo. *Rupp. jen.* 218.
Naſturtium petræum, foliis burſæ paſtoris. *Bauh. pin.* 104. *Tournef. inſt.* 214.
Burſa paſtoris foliis inciſis. *Bauh. pin.* 108. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 9.

Burſa paſtoris minor, foliis alatis coſtæ mediæ adhærentibus uno impare extremum claudente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 305. *ſ.* 3. *t.* 19. *f.* 5.
Burſa paſtoris, parvo folio glabro ſpiſſo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 937.
Burſa paſtoria minor. *Dod. pempt.* 103.
Creſcit in ſolo arenoſo per Scaniam, Daniam, Germaniam, Belgium, Angliam *&c.*

2 IBERIS foliis cuneiformibus integerrimis obtuſis.
Thlaſpidium fruticoſum, leucoji folio, ſemperflorens. *Tournef. inſt.* 214. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 6.
Thlaſpi fruticoſum umbellatum perſicum, foliis leucoji inſtar ſempervirentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 296.
Thlaſpi latifolium polycarpon, leucoji foliis. *Bocc. ſic.* 55. *t.* 29. *f. a—i.*
α Thlaſpidium fruticoſum, leucoji folio, variegato, ſemperflorens. *Tournef.*
Creſcit in Sicilia *in loco Mariduci dicto, prope* Panormum. Bocc. *in* Perſia *autem referente* Moriſ.

3. IBERIS foliis linearibus acutis integerrimis.
Thlaſpi montanum ſempervirens. *Bauh. pin.* 106. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 297. *ſ.* 3. *t.* 18. *f.* 26. *Tournef. inſt.* 213. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 7.
Thlaſpi montanum candidum. *Dalech. hiſt.* 1180.
Thlaſpi fruticoſum ſempervirens, albo cretici flore. *Barr. rar.* 38. *t.* 734.
Thlaſpi creticum perenne, flore albo. *Barr. rar. t.* 214.
Creſcit in præruptis ſaxis ad vicum D. Gulielmi Deſerti *haud procul Agnania cœnobio.*

4. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis, ſuperioribus integerrimis.
Thlaſpi creticum quibusdam, flore rubente & albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 924. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 7. *Tournef. inſt.* 213.
Thlaſpi umbellatum creticum, iberidis folio. *Bauh. pin.* 106. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 295. *ſ.* 3. *t.* 17. *f.* 21.
Thlaſpi creticum, iberidis folio, flore albo. *Barr. rar.* 38. *t.* 893.
Thlaſpi creticum. *Cæſalp. ſyſt.* 367.
Thlaſpi candiæ umbellatum, iberidis folio. *Lob. hiſt.* 108.
Draba ſive Arabis aut Thlaſpi candiæ. *Dod. pempt.* 713.
Creſcit in ſylvis montoſis prope Salenum *in regno Neapolitano & in Etruria prope* Viterbum *in-que monte* S. Juliani; *& in* Creta.

5. IBERIS *foliis* linearibus verſus apicem dilatatis ſerratis.
Thlaſpi umbellatum creticum, flore albo odoro, minus. *Bauh. pin.* 106. *Tournef. inſt.* 213.
Thlaſpi parvum, umbellato flore niveo odorato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 925.
Thlaſpi parvum 4, odorato flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 132.
Creſcit in Allobrogicis.

THLASPI. *g. pl.* 530.

1. THLASPI ſiliculis ſuborbiculatis, foliis lanceolatis integerrimis.
Thlaſpi, capſula cordata, peregrinum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 927. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 297. *ſ.* 3. *t.* 18. *f.* 30. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 7.
Creſcendi locus nobis latet.
Differt a ſequenti foliis minime dentatis, nec baſi bifidis; ſiliquis ſimile eſt, ſed margo adhuc major.

2. THLASPI ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Fl. lapp.* 251.
Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. *Bauh. pin.* 105. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 293. *ſ.* 3. *t.* 17. *f.* 12. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 7.
Thlaſpi cum ſiliquis latis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 923.
Thlaſpi drabæ folio. *Lob. hiſt.* 108.
Thlaſpi latius. *Dod. pempt.* 712.
Creſcit in agris frequentiſſima per Europam.

3. THLASPI ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis.
Thlaſpi arvenſe, vaccariæ incano folio, majus. *Bauh. pin.* 106. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 294. *ſ.* 3. *t.* 17. *f.* 14.
Thlaſpi vulgatius. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 921. *Tournef. inſt.* 212.
Thlaſpi vulgatiſſimum, vaccariæ folio. *Lob. hiſt.* 108.
Thlaſpi alterum. *Dod. pempt.* 712.
α Thlaſpi, vaccariæ incano folio, minus. *Bauh. pin.* 106. *prod.* 47.
Creſcit in arvis, ad margines viarum & agrorum in locis argilloſis frequens per Europam.

4. THLASPI ſiliquis verticaliter cordatis. *Fl. lapp.* 252.
Thlaſpi fatuum Burſa paſtoris dictum. *Raj. hiſt.* 838. *Pluk. alm.* 365.
Burſa paſtoris major, folio ſinuato. *Bauh. pin.* 108. *Tournef. inſt.* 216. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 9.
Burſa paſtoris major, capſula cordata, foliis ſinuatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 304. *ſ.* 3. *t.* 20. *f.* 2.
Burſa paſtoris. *Lob. hiſt.* 110.
Burſa paſtoria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 936. *Dod. pempt.* 103.
α Burſa paſtoris major, folio non ſinuato. *Bauh. pin.* 108.
β Burſa paſtoris media. *Bauh. pin.* 108.
γ Burſa paſtoris minor, foliis inciſis (C. B. male). *Lind. wiksb.* 6.
δ Burſa paſtoris minor, foliis integris. *Celſ. upſ.* 13.
Creſcit in agris & locis cultis, in ruderatis, juxta agros & vias paſſim vulgatiſſima ubique per Europam.

LEPIDIUM. *g. pl.* 527.

1. LEPIDIUM foliis ovato-lanceolatis integris ferratis.
Lepidium latifolium ferratum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 312. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 1. *Boerh. lugd.* 2. *p.* 9.
Lepidium latifolium. *Bauh. pin.* 97. *Tournef. inſt.* 216.
Lepidium plinii. *Dod. pempt.* 716.
Lepidium pauli. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 940.
Lepidium pauli & plinii. *Dalech. hiſt.* 666.
Lepidium, vulgo Herba piperis. *Cæſalp. ſyſt.* 364.
Creſcit in umbroſis ſuccolentis, præſertim juxta fluvios Monſpelii; *inque quibusdam* Angliæ *locis &c.*

2. LEPIDIUM foliis lanceolatis amplexicaulibus dentatis.
Lepidium humile minus incanum alepicum. *Tournef. inſt.* 216. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 9.
Draba chalepenſis repens humilior, foliis minus cinereis & quaſi viridibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 314.
α Lepidium humile incanum arvenſe. *Tournef. inſt.* 216.
Draba umbellata; vel Draba major, capitulis donata. *Bauh. pin.* 109. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 313. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 1.
Draba multis, flore albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 939.
Draba 1 vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 123.
Draba. *Cæſalp. ſyſt.* 365.
Arabis ſeu Draba. *Dalech. hiſt.* 664.
Creſcit in agrorum marginibus in Germania, Italia, Gallia *non infrequens; copioſiſſima autem in* Auſtria *inferiore & circa* Viennam.

3. LEPIDIUM foliis caulinis pinnato-multidis, ramiferis cordatis amplexicaulibus integerrimis.
Naſturtium orientale, foliis inferioribus millefolium, ſuperioribus perfoliatam referentibus. *Tournef. inſt.* 214.
Thlaſpi ſpicatum perſicum perfoliatum maximum, foliis inferioribus tenuiter inciſis hypecoi modo, ſuperioribus a caule perfoliatæ modo penetratis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 294. *ſ.* 3. *t.* 25. *f.* 17. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 7.
Thlaſpi verum dioſcoridis 1. *Zan. hiſt.* 193.
Creſcit in Perſia *&* Soria.

4. LEPIDIUM foliis oblongis varie diviſis vel inciſis.
Naſturtium vulgare. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 912.
Naſturtium hortenſe vulgatum. *Bauh. pin.* 103. *Tournef. inſt.* 212. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 8.
Naſturtium hortenſe. *Dod. pempt.* 711. *Dalech. hiſt.* 655.
Naſturtium hortenſe ſive vulgare tenuiter diviſum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 300. *ſ.* 3. *t.* 19. *f.* 1.
Naſturtium, vulgo Maſtorſium. *Cæſalp. ſyſt.* 363.
Naſturtium. *Lob. hiſt.* 107.
α Naſturtium hortenſe latifolium. *Bauh. pin.* 103. *prod.* 44. *t.* 43.
β Naſturtium hortenſe criſpum. *Bauh. pin.* 104. latifolium. *Bauh. prod.* 44. *t.* 44.
γ Naſturtium hortenſe criſpum tenuifolium. *Bauh. prod.* 44. *t.* 43.
Creſcendi locus nobis latet, niſi per culturam a ſequenti ſit productum.
Licet folia in planta vulgatiſſima multifida ſint, in varietate α *lanceolata integra inciſo-ſerrata; in* β. γ. *vero pinnata criſpa, ejusdem tamen ſpeciei eſſe plantas negat nullus, qui viderit fructificandi modum, fructificationis partes, ſtructuram plantæ, ſaporem, faciem.*

5. LEPIDIUM foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis.
Naſturtium ſylveſtre, oſyridis folio. *Bauh. pin.* 105. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 8. capſulis minimis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 301. *ſ.* 3. *t.* 19. *f.* 7.
Thlaſpi anguſtifolium fuchſii. *Dalech. hiſt.* 1181. Naſturtium ſylveſtre io. bauhini. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 914.
α Iberis naſturtii folio. *Bauh. pin.* 97. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 311. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 827.
Creſcit in collibus glareoſis ſterilibus, locis ruderatis, juxta vias &c. paſſim per Belgium & Germaniam; *rarius in* Anglia & Svecia, *Holmiæ & Upſaliæ vidimus; in* Dania *frequens.*

6. LEPIDIUM foliis lanceolato-linearibus ſerratis.
Lepidium gramineo folio, ſive Iberis. *Tournef. inſt.* 216. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 9.
Iberis latiore folio. *Bauh. pin.* 97. ſerrato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 311. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 1.
Iberis cardamantica. *Lob. hiſt.* 111.
Iberis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 918. *Dod. pempt.* 714.
α Iberis humilior annua virginiana ramoſior. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 311. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 2. *Sloan. flor.* 80.
Creſcit in incultis ruderatis, ſecus vias in Germania, Narbona, Italia, Sicilia, *at* α *in* Virginia.
Varietas α, *licet ſpicis & ſiliculis gaudeat majoribus, vix diſtingui debere probat ſtructura totius plantæ.*
Conjunctis genere Lepidio & Naſturtio, quibus limites interpoſitæ a natura ſunt nullæ, & nominum fiat conjunctio; Lepidium ut nomen probatum ab antiquiſſimis perſiſtat, Naſturtium uti a recentioribus conflatum removeatur.

COCHLEARIA. *g. pl.* 528.

1. COCHLEARIA foliis pinnatifidis.
Carara. *Cæſalp. ſyſt.* 370.
Cornu cervi alterum repens. *Dod. pempt.* 110.
Coronopus ruelli, ſive Naſturtium verrucoſum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 919. *Rupp. jen.* 67.
Ambroſia campeſtris repens. *Bauh. pin.* 138.

Naſturtium verrucoſum, capſula bivalvi aſpera ſeu hirſuta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 302. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 9.
Naſturtium ſylveſtre capſulis criſtatis. *Tournef. inſt.* 214. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 8.
Naſturtium ſupinum, capſulis verrucoſis. *Raj. ſyn.* 304.
Naſturtio affinis monoſpermos, capſula verruçoſa. *Pluk. alm.* 254.
Creſcit in maritimis, vel uliginoſis, ad vias, in compitis, juxta ſcrobes, ſolo ſemper ruderato vel nudo, ſucculento ac pingui per maximam partem Europæ, *ubi campeſtris regio.*
Paradoxon forte multis proponam circa genus hujus plantæ; paradoxa certe omnibus diu planta, ut de ea tot ſententiæ, quot capita recentiorum ſyſtematicorum. Certum eſt quod hæc uti Naſturtium in ſingulo loculo unico communiter perfecte gaudeat ſemine, at cochleariæ ſæpius pluribus; eſto quod numero ſeminum a Cochleariis parum diſcedat, eo tamen propius accedit figura fructus. Cochlearia enim gaudet ſilicula margine obtuſo, uti hæc; ſuperficie ſcabra, uti hæc; apice non emarginato, uti hæc; utrinque gibbo, uti hæc; quibus notis omnibus manifeſte a Naſturtiis recedit; inſuper conſiderata facie, loco natali, ramis dejectis, & modo creſcendi propius ad Cochleariam, quam Naſturtium accedit.

2. COCHLEARIA foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis.
Cochlearia folio cubitali. *Tournef. inſt.* 215. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 10.
Armoracia rivini. *Rupp. jen.* 67.
Thlaſpi magnum, Rafanus montanus vulgo. *Cæſalp. ſyſt.* 367.
Raphanis magna. *Dod. pempt.* 678.
Raphanus ruſticanus. *Bauh. pin.* 96. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 237. *ſ.* 3. *t.* 7. *f.* 2.
Raphanus ſylveſtris, ſive Armoracia multis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 851.
Raphanus ruſticanus, craſſa radice, lapathi folio. *Lob. hiſt.* 173.
Creſcit in foſſis & ad rivulos in Angliæ Northumbria *circa* Alnevicum & Eboracenſi *comitatu ad rivos rivuli Skiptonenſis; prope* Batileam *in ſylvis.*

3. COCHLEARIA foliis caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus.
Cochlearia altiſſima, glaſti folio. *Tournef. inſt.* 215.
Lepidium glaſtifolium. *Bauh. pin.* 97. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 9.
Lepidium glaſtifolium perenne. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 312. *ſ.* 3. *t.* 21. *f.* 3.
Lepidium annuum. *Dalech. hiſt.* 1297.
Creſcendi locus a nobis ignoratur. Rajus *in hiſtoria p.* 828 & 480 *ſimillimam Ratisponæ in agris copioſam obſervavit, ſed unilocularem, noſtra vero bilocularis eſt.*

4. COCHLEARIA foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſinuatis. *Fl. lapp.* 256.
Cochlearia folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 110. *Tournef. inſt.* 215. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 10.
Cochlearia batavica, ſubrotundo folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 308.
Cochlearia batava. *Lob. hiſt.* 156.
Cochlearia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 942. *Dod. pempt.* 594. *Dalech. hiſt.* 1320.
α Cochlearia major batavica erecta, folio oblongo. *Herm. lugdb.* 165.
β Cochlearia folio ſinuato. *Bauh. pin.* 110.
Cochlearia britannica, folio ſinuato. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 308.
Cochlearia britannica. *Lob. hiſt.* 157. *Dod. pempt.* 594.
Creſcit in ſalſis maritimis per Angliam, Belgium, Daniam, Norvegiam.

ALYSSUM. *g. pl.* 533.

1. ALYSSUM ramis ſenelibus ſpiniformibus nudis.
Alyſſon fruticoſum aculeatum. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4 & 5.
Leucojum ſpinoſum ſive Thlaſpi ſpinoſum aliis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 931.
Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum. *Bauh. pin.* 108. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 292. *ſ.* 3. *t.* 16. *f.* 4. *Lob. hiſt.* 109. narbonenſe. *Dalech. hiſt.* 1182.
Thlaſpi ſpinoſum hiſpanicum. *Barr. rar. t.* 808.
Creſcit in ſummis rupibus montis Lupi *non longe a* Monſpelio, *nec non in ſteriliſſimis cautibus prope* Nemauſium.

2. ALYSSUM caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymboſis.
Alyſſon fruticoſum incanum. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4.
Thlaſpi fruticoſum incanum. *Bauh. pin.* 108.
Thlaſpi, capſulis oblongis, incanum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 929.
Thlaſpi incanum machlinienſe. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 132. *Lob. hiſt.* 108.
Thlaſpi incanum, flore albo, capſulis oblongis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 292. *ſ.* 3. *t.* 16. *f.* 7.
Draba fruticoſa incana. *Dill. app.* 17.
α Alyſſon fruticoſum incanum, flore pleno. *Boerh.*
Creſcit locis campeſtribus ad vias, in arvis & locis ruderatis circa Machliniam *Belgii urbem; circa* Jenam, Noribergam *&c. Circa* Helſingoram *Daniæ;* Lundinum & Malmogiam *Sueciæ.*

3. ALYSSUM foliis lanceolatis obtuſis incanis, caulibus procumbentibus, radice perenni.
Alyſſon perenne montanum incanum. *Tournef. inſt.* 217.
Thlaſpi montanum luteum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 928.
Creſcit circa Baſileam *circa* Byrſecken *ſuper rudera in monte.*

4. Alysson foliis lanceolato-linearibus acutis integerrimis, caulibus procumbentibus perennantibus.
Alyſſon, halimi folio, ſempervirens. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4.
Thlaſpi, halimi folio, ſempervirens. *Herm. lugdb.* 594. *t.* 595.
α Alyſſon minus, halimi argenteo anguſto folio. *Tournef. inſt.* 217.
Thlaſpi parvum, halimi anguſto incano folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 45 *t.* 39.
β Alyſſon ſiculum ſupinum, leucoji folio anguſto, flore albo odore mellis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4.
Creſcit in maritimis Europæ Auſtralis, *in ſiccis & aridis*, Siciliæ *præſertim copioſe.*

5. Alyssum foliis lanceolatis repando-dentatis.
Alyſſoides incanum, foliis ſinuatis. *Tournef. inſt.* 213. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 5.
Leucojum incanum, ſiliquis tumidis ſubrotundis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 247. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 6.
Leucojum incanum, ſiliquis rotundis. *Bauh. pin.* 201.
Leucojum cum ſiliquis rotundis, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 931.
Leucojum marinum patavinum. *Lob. hiſt.* 180.
Eruca peregrina. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 134.
Creſcit juxta vias & locis incultis Caſtellæ.

Lunaria. *g. pl.* 534.

1. Lunaria foliis cordatis.
Lunaria græca. *Cæſalp. ſyſt.* 369. *Lob. hiſt.* 174.
Lunaria major, ſiliqua rotundiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 881. *Tournef. inſt.* 213. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 5.
Bulbonac annuum, ſiliqua rotundiore, flore purpureo. *Rupp. jen.* 70.
Leucojum lunatum ſeu lunarium latifolium majus annuum, ſiliqua rotunda, flore violaceo ſeu ſubcœruleo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 245. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 1.
Viola latifolia. *Dod. pempt.* 161. *Dalech. hiſt.* 805.
α Lunaria major perennis, ſiliqua rotundiore, flore albo. *Tournef.*
Bulbonac annuum, ſiliqua rotundiore, flore albo. *Rupp. jen.* 70.
Leucojum lunatum ſeu lunarium latifolium majus alterum, ſiliqua rotunda, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 246.
β Lunaria major ſiliqua longiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 882.
Lunaria græca altera. *Cæſalp. ſyſt.* 369.
Bulbonac radice rediviva, flore cinereo. *Rupp. jen.* 70.
Leucojum majus perenne, ſiliqua lunata longa mucronata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 246. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 3.
Viola lunaria major, ſiliqua oblonga. *Bauh. pin.* 203.
γ Lunaria major, ſiliqua longiore, flore purpureo. *Tournef.*
Creſcit in ſaltibus Thuringiæ *ſylvæ; in montanis ſylvis* Auſtriæ, Stiriæ, Pannoniæ *interamnis; at α in ſylvis* Harciniæ; *β vero in montibus* Jura & Saleva *prope Genevam; Creſcunt & in* Scania *inter Chriſtianopolim & Lundinum, & quidem inter diverſoria publica* Horva & Horre *juxta viam in colle.*
Huic ſpeciei fructus compreſſo-planus, pedicello intra receptaculum enato, inſidens.

2. Lunaria foliis lanceolato-linearibus integerrimis, ſiliculis globoſis.
Alyſſoides fruticoſum, leucoji folio viridi. *Tournef. inſt.* 218. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 5.
Creſcendi natale nos fugit, niſi ſit e proſapie Alyſſoidis iſtius ſpeciei; quæ depingitur a Barreliero. tab. 850. *& e monte Gualdo in umbra lecta fuit.*
Siliculæ propriis pedunculis alternis, ſupra folia in caule, prodeunt inflatæ globoſæ glabræ, ſemina e ſuperiore parte ſilicularum propendent; folia alterna glabra.

Draba. *g. pl.* 535.

1. Draba caulibus nudis, foliis inciſis.
Draba vulgaris, caule nudo, polygoni folio hirſuto. *Dill. gen.* 122. *giſſ.* 40.
Alyſſon vulgare, polygoni folio, caule nudo. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4.
Burſa paſtoris minor, loculo oblongo. *Bauh. pin.* 108. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 305. *ſ.* 3. *t.* 20. *f.* 6.
Burſa paſtoris minima, oblongis ſiliquis, verna, loculo oblongo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 937.
Burſæ paſtoris affinis herbula humilis. *Cæſalp. ſyſt.* 366.
Paronychia vulgaris. *Dod. pempt.* 112.
Paronychia alſinefolia. *Lob. hiſt.* 249. *Dalech. hiſt.* 1214.
α Alyſſon vulgare, polygoni folio trifido. *Boerh.*
Burſa paſtoris minor, foliis trifidis aliquando multifidis, florum petalis bifidis, loculo oblongo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 306. *ſ.* 3. *t.* 20. *f.* 7.
β Alyſſon vulgare, polygoni folio, loculo rotundo. *Boerh.*
Creſcit vulgaris per Europam *in muris, glareoſis arvis, locis ſterilibus, viget ante ſolſtitium æſtivale, floret tempore primo veris: in* Svecia *menſe aprili;* Germania *martio;* Anglia, Hollandia, Gallia *februario; in* Sicilia *per hyemen.*
Flores omni nocte deorſum nutant, quaſi ſomno corriperetur planta, ne imber & aer humidus noctis lædat farinam genitalem.

2. Draba ſcapo nudo ſimplici, foliis lanceolatis inciſis. *Fl. lapp.* 255.
Alyſſum alpinum hirſutum luteum. *Tournef. inſt.* 217. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 4. *Scheuch. alp.* 509. *t.* 12. *f.* 8.
Leucojum luteum aizoides montanum. *Col. echpr.* 2. *p.* 64.

Paronychia ſediformis, flore luteo. *Raj. hiſt.* 789.
Sedum alpinum hirſutum luteum. *Bauh. pin.* 284.
Sedum minus 12, alpinum 6. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 62.
Phyllum arrhegonum. *Dalech. hiſt.* 1196.
Burſa paſtoris alpina roſea lutea, folio craſſiuſculo ſedi vermiculati more ſed hirſuto, loculo oblongo itidem hirſuto. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 306. *ſ.* 3. *t.* 20. *f.* 9.
Creſcit in alpibus Helveticis: *montibus* Solio *vicinis &* Gemmio *monte* Scheuch. *Genevenſibus: monte* Saleva, Raj. *Apenninis: montibus* Villæ *lacus &* Cuculli *ultra lacum Fuccinum.* Colum. Auſtriacis *&* Stiriacis, *&* Allobrogis *Cluſ.* Lapponicis Fl. lapp.
In Alpibus nullibi cauleſcentem obſervavi; ſed ſcapus ſemper radicatus, at in hortis excreſcit caulis digiti longitudinis, ad cujus latus ex alis exit ſcapus; dein folia in hortis modo margine ciliata ſunt, vix umquam ſuperficie hiſpida.

3. DRABA caule ramoſa folioſo, foliis dentatis. *Fl. lapp.* 254.
Draba alpina hirſuta. *Celſ. upſ.* 19.
Alyſſon alpinum, polygoni folio incano. *Tournef. inſt.* 217.
Burſa paſtoris alpina hirſuta. *Bauh. pin.* 108. *prod.* 51. *t.* 51.
α Paronychiæ ſimilis ſed major perennis alpina repens. *Raj. ſyn.* 292.
β Lunaria contorta major. *Raj. ſyn.* 291.
Lunaria ſiliqua oblonga intorta. *Tournef. inſt.* 219. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 6.
Leucojum ſive Lunaria vaſculo ſublongo intorto. *Pluk. alm.* 215. *t.* 42. *f.* 1.
Creſcit in montoſis regionibus Angliæ; *in montibus* Valliæ; *in Alpibus* Helveticis *&* Lapponicis; *in Svecia circa* Upſaliam.
Mire variat hæc planta ſtatura & magnitudine; notiſſima tamen ob ſiliquas obliquas, & petalis modo emarginatis. In Alpibus lapponicis *communiter exacte reſpondet figuræ Bauhini in prodromo; & ibi ſæpius* perennat; *Upſaliæ major evadit &* annua *communiter eſt, ut in tectis* Upſaliæ antiquæ, *collibusque ſepulchralibus ad Upſaliam antiquam, & in collibus Luthagen ad latus urbis upſalienſis.*
Quæro an Burſa paſtoris major loculo oblongo C. B. prod. gerat ſiliquam obliquam? & an hujus ſpecies? ut certe videtur.

SILIQUOSA.

CHEIRANTHUS. *g. pl.* 537.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris.
Keiri luteum vulgare. *Rupp. jen.* 60.
Leucojum luteum vulgare. *Bauh. pin.* 202. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 243. *ſ.* 3. *t.* 8. *f.* 15. *Tournef. inſt.* 221. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 18.
Leucojum luteum, vulgo Cheiri flore ſimplici. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 872.
Leucojum floribus luteis, Keiri arabum. *Lob. hiſt.* 179.
Leucojum luteum. *Dod. pempt.* 160.
Flos Cheyri ſimplex minor. *Beſl. eyſt. æſt.* 35. *f.* 3.
α Leucojum luteum, magno flore. *Bauh. pin.* 202.
β Leucojum luteum, ſerrato folio, flore grandiore. *Bauh. pin.* 202.
γ Leucojum luteum, pleno flore majus. *C. B.*
δ Leucojum pleno flore minus. *C. B.*
Creſcit in tectis & muris antiquis Angliæ; Baſileæ, Montbelgardi.

2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis.
Keiri incanum majus. *Rupp. jen.* 60.
Leucojum, incano folio, hortenſe. (1—7) *Bauh. pin.* 200.
Leucojum incanum majus. *C. B. Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 240. *ſ.* 3. *t.* 8. *f.* 1.
Leucojum hyemale & diu durans album. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 874.
Leucojum candidum majus. *Dod. pempt.* 159.
Leucojum album & purpureum. *Dalech. hiſt.* 802. *Lob. hiſt.* 178.
α Leucoji ſpecies 1—19. *Tournef. inſt.* 220.
Leucoji ſpecies 1—18. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 17.
Creſcendi locus vix certus, niſi ſit maritima, ut facies indicat, & tum per culturam e maritima producta & in maritimis mediterranei maris frequentiſſima.

3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis rarius dentaliculatis obtuſis incanis.
Leucojum maritimum anguſtifolium. *Bauh. pin.* 201. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 876.
Leucojum marinum minus. *Cluſ. hiſt.* 298.
Leucojum marinum minus, flore purpurante. *Lob. hiſt.* 179.
Leucojum ſilveſtre anguſtifolium. *Dod. pempt.* 160.
Heſperis maritima anguſtifolia incana. *Tournef. inſt.* 223. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 20.
Creſcit copioſe in arenoſis maris Mediterranei, litoribus per Galliam Narbonenſem *&* Hiſpaniam.
Tantum abeſt quod dubitem cum antecedenti ſpecie hanc genere jungere, ut potius dubitem an ſpecie diſtinguam.

4. CHEI-

4. CHEIRANTHUS foliis lanceolato-linearibus acutis glabris utrinque dentatis.
Leucojum ſaxatile, folio coronopi, flore obſoleto odorato, petalis undulatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 18.
Leucojum minus, lavendulæ folio, obſoleto flore, anguſtifolium. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 148. *t.* 111. *Barr. rar. t.* 803.
Creſcit in montibus Gallo-provinciæ *ſupra* Orgon.

5. CHEIRANTHUS foliis obverſe ovato-lanceolatis obtuſis ſcabris vix ſerratis.
Heſperis hirſuta, flore purpureo vario, folio aſpero parvo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 20.
Leucojum annuum elegans. *Pluk. alm.* 213.
Leucojum marinum parvum, folio vireſcente craſſiuſculo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 377.
Leucojum annuum, ſinuato anguſto folio, flore dilute violaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 3. *t.* 8. *f.* 2. *ſecundæ lineæ.*
Draba cœrulea annua, folio vireſcente craſſiuſculo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 235.
Creſcit in maritimis at nobis ignotis.

6. CHEIRANTHUS ſiliquarum apicibus tridentatis.
Leucojum marinum. *Cam. hort.* 87. *t.* 24.
Leucojum marinum, foliis & ſiliqua hirſutis eaque tribus in ſummo apicibus donata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 242. *ſ.* 3. *t.* 8. *f.* 13.
Leucojo affine, Tripolium anguillaræ & Leucojum maritimum camerarii. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 876.
Heſperis maritima latifolia, ſiliqua tricuſpide. *Tournef. inſt.* 223. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 20.
Creſcit in maritimis Europæ *auſtralis.*

HESPERIS. *g. pl.* 538.

1. HESPERIS caule hiſpido, caule procumbente.
Heſperis montana pallida odoratiſſima. *Bauh. pin.* 201. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 252. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 19.
Heſperis montana pallida noctu olens. *Volk. norib.* 209.
Heſperis colore ineleganti. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 879.
Heſperis 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 296.
α Heſperis ſyriaca 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 297. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 879.
Heſperis peregrina, ſiliquis articulatis. *Bauh. pin.* 202. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 252. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 4.
Creſcit in Prellenberg *Hamburgenſi monti vicino, Ungariæ extremo quà Auſtriam ſpectat, &* α *in maritimis* Syriæ.

2. HESPERIS caule ſimplici, foliis ovato-lanceolatis denticulatis.
Heſperis flore purpureo albo & vario. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 877.
Heſperis hortenſis. *Bauh. pin.* 202. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 251. *ſ.* 11. *t.* 2. *f.* 1. flore purpureo. *Tournef. inſt.* 222. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 19.
Viola matronalis. *Dod. pempt.* 161.
α Heſperis hortenſis, flore candido. *Tournef.*
β Heſperis flore purpureo pleno. *Tournef.*
γ Heſperis flore pleno albo. *Tournef.*
δ Heſperis hortenſis flore vario pleno. *Tournef.*
Creſcit in Sequanorum vallibus qua Rhenus fluit ſub ſepibus; *in agro* Neapolitano *in pratis.*

3. HESPERIS caule ramoſiſſimo, foliis lanceolatis ſæpius dentatis.
Heſperis ſylveſtris, parvo flore. *Bauh. pin.* 102. *prod.* 103. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 20.
α Heſperis chia ſaxatalis, leucoji folio ſerrato, flore parvo. *Tournef. cor.* 16.
Heſperis ſiliquis hirſutis, flore parvo rubello. *Boerh. ind.* 147. *Dill. elth.* 180. *t.* 148. *f.* 178.
Creſcit in incultis circa Monſpelium; *at* α *in* Chio *inſula.*

ARABIS. *g. pl.* 544.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus.
Arabis caule ſimplici, foliis ovatis utrinque denticulatis. *Fl. lapp.* 257.
Leucojum montanum minus, parvo flore. *Raj. hiſt.* 786.
Leucojum vernum perenne album majus. *Tournef. inſt.* 221.
Heſperis alpina ſive muralis minor repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 880.
Draba alba ſiliquoſa. *Bauh. pin.* 109.
Draba 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 125.
α Leucojum vernum perenne album majus, folio glabro ſucculento. *Scheuch. alp.* 513.
Creſcit in alpibus Lapponicis, Helveticis; *in* Jura *monte &* Saleva *prope* Genevam.

DENTARIA. *g. pl.* 540.

1. DENTARIA foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus.
Dentaria heptaphyllos baccifera. *Bauh. pin.* 322. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 21.
Dentaria heptaphyllos ſobolifera. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 255. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 4.
Dentaria 3 baccifera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 121.
Dentaria minor. *Cæſalp. ſyſt.* 586.
Coralloides minor bulbifera. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 902. *fig. tranſpoſ.*
Creſcit in ſylvis montanis Sveciæ, *præſertim Roſlagiæ; & totius ferme* Germaniæ *e. gr. in ſylvis* Haſſiæ, Misniæ, Auſtriæ, Stiriæ, Pannoniæ *&c.*
Baccifera male dicitur, quæ bulbifera ſolum eſt; ex alis enim foliorum floralium bulbi ſolitarii excreſcunt ut in Lilii ſpecie 2^da^, *hinc abortit communiter (in hac ut in illa) fructus, cujus vices ſupplent bulbi.*

CARDAMINE. *g. pl.* 541.

1. CARDAMINE foliis pinnatis, caule erecto. *Fl. lapp.* 258.
Cardamine pratenſis, magno flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 16.
Cardamine altera, ſimplici flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 128.
Naſturtium pratenſe, magno flore ſimplici. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 223. *ſ.* 3. *t.* 4. *f.* 7.
Naſturtium pratenſe, magno flore. *Bauh. pin.* 104.
Iberis fuchſii ſive Naſturtium pratenſe ſilveſtre & flore pleno. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 889.
Flos cuculi. *Dod. pempt.* 592.
α Cardamine pratenſis, magno flore albo. *Tournef.*
β Cardamine pratenſis, magno flore pleno. *Tournef.*
Creſcit in paſcuis aquoſis vulgaris in Europa.

2. CARDAMINE foliis pinnatis, floribus Tetrandris.
Cardamine ſubhirſuta, minore flore. *Dill. giſſ.* 76.
Cardamine ſylveſtris minor Italica. *Barr. rar.* 44. *t.* 455.
Cardamine impatiens altera hirſutior. *Raj. hiſt.* 815.
Cardamine 4. *Dalech. hiſt.* 659. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 17.
Siſymbrium cardamine hirſutum minus, flore albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 888.
Naſturtium aquaticum minus. *Bauh. pin.* 104.
Creſcit in arvis ſucculentis, areis & hortis Scaniæ, Daniæ, Germaniæ, Italiæ, Angliæ, *omnium autem in* Hollandia *copioſiſſime.*
Differt hæc planta non modo a congeneribus ſed & ab omnibus quas novi in tota claſſe, quod hæc ſtamina quatuor communiter producat, raro minora iſta duo exſerens.

3. CARDAMINE foliis pinnatis, pinnis laciniatis.
Cardamine annua, exiguo flore. *Tournef. inſt.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 17.
Cardamine impatiens, vulgo Sium minus impatiens. *Raj. hiſt.* 815.
Cardamine alpina erecta, foliis copioſis imis latioribus, ſupernis anguſtioribus profunde & eleganter diſſectis, floribus parvis albis. *Scheuch. alp.* 510.
Siſymbrium montanum tenuifolium, flore muſcoſo purpuraſcente. *Barr. rar. t.* 155.
Siſymbrii Cardamines ſpecies quædam inſipida. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 886.
Naſturtium minimum annuum, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 221. *ſ.* 3. *t.* 4. *f.* 1.
Creſcit in locis humidis umbroſis inter lapides in montibus Apenninis, *monte* Triſulti *in Umbria, in comitata* Eboracenſi *prope vicum Wherf. in Svecia circa* Carlberg *prope Holmiam.*

4. CARDAMINE foliis ternatis crenatis, caule ſimplici. *Fl. lapp.* 259.
Cardamine alpina 1 trifolia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 127. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 17.
Cardamine trifolia. *Lob. hiſt.* 107. *Dalech. hiſt.* 660.
Naſturtium alpinum trifolium. *Bauh. pin.* 304.
Naſturtium alpinum trifoliatum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 224. *ſ.* 3. *t.* 14. *f.* 13.
Iberidi fuchſii affinis trifolia Cardamine. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 890.
Creſcit in ſylvoſis montibus, nudo ſolo potius quam herbido, ad Arborum acifoliarum radices in & juxta Alpes; *in* Lapponia *a Rudbeckio lecta.*

5. CARDAMINE foliis ſimplicibus reniformibus.
Cardamine montana, aſari folio. *Tournef. inſt.* 225.
Cardamine aquatica, cotyledones flore albo. *Barr. rar.* 44. *t.* 1163.
Naſturtium montanum, aſari folio. *Bocc. ſic.* 5. *t.* 3. *f. c. d. Herm. parad.* 203. *t.* 203.
Creſcit circa fontes & rivulorum margines montis Bargæ *in Hetruria; in* Pomptinis *paludibus Latii non longe a Sarmonetta ad radices collis in aquis limpidis & juxta pontem Terracinæ; in* alpibus & *valle* Barſilionenſi.
Operæ pretium ſolveret hæc, ſi in omnibus hortis oleraceis & pharmacopæorum proſtaret.

SISYMBRIUM. *g. pl.* 547.

1. SISYMBRIUM foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis.
Siſymbrium aquaticum. *Tournef. inſt.* 226. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Siſymbrium aquaticum, vulgo Creſcione. *Cæſalp. ſyſt.* 362.
Siſymbrium Cardamine ſive Naſturtium aquaticum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 884.
Naſturtium aquaticum ſupinum. *Bauh. pin.* 104. flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 223. *ſ.* 3. *t.* 4. *f.* 8.
Naſturtium aquaticum. *Dod. pempt.* 592.
Sion. *Lob. hiſt.* 106.
Creſcit in rivulis & ad fontes paſſim in Svecia, Germania, Belgio, Anglia, Gallia, Jamaica.

2. SISYMBRIUM foliis pinnatis, foliolis lanceolatis ſerratis.
Siſymbrium paluſtre repens, folio naſturtii. *Tournef. inſt.* 226. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 16.
Eruca paluſtris, & naſturtii folio, ſiliqua oblonga. *Bauh. pin.* 98.
Eruca quibusdam ſylveſtris repens, floſculo luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 866.
Creſcit copioſe circa Genevam; Montbelgardum; *Porentruum ad fontem mirabilem loco arenoſo.* Baſileam, Stultgardiam *&c. in* Belgio *paſſim.*

3. SISYM-

3. SISYMBRIUM foliis ſimplicibus dentatis ſerratis.
Siſymbrium raphani folio, ſiliqua breviore. *Tournef. inſt.* 226. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 16.
Radicula paluſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 866. *Dill. giſſ.* 80. *gen.* 122.
Raphanus aquaticus, rapiſtri folio. *Bauh. pin.* 97.
Raphanus aquaticus alter. *Bauh. prod.* 38.
Creſcit in locis graminoſis ſubhumidis frequens per Sveciam, Germaniam, Belgium, Angliam, *juxta aquas ſæpius fluentes.*

4. SISYMBRIUM foliis infimis capillaceis, ſummis pinnatifidis.
Siſymbrium aquaticum, foliis in profundas lacinias diviſis, ſiliqua breviore. *Tournef. inſt.* 236. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 16.
Radicula aquatica, foliis in profundas lacinias diviſis. *Dill. gen.* 122. *app.* 9.
Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis. *Bauh. pin.* 97. *prod.* 38.
Creſcit in aquis ſtagnantibus & paludibus profundis ſat frequens per Europam.

5. SISYMBRIUM foliis lanceolatis dentato-ſerratis.
Heſperis lutea, ſiliquis ſtrictiſſimis. *Tournef. inſt.* 222. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 19.
Draba lutea, ſiliquis ſtrictiſſimis. *Bauh. pin.* 110. *Moriſ. hiſt. p.* 234. *ſ.* 3. *t.* 7. *f.* 1.
Draba lutea quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 870.
Arabis a quibusdam dicta planta. *Cam. epit.* 342.
Creſcit in montibus Rhœticis; *nec hic nec in horto Celſiano Upſaliæ, ubi eandem per plures vidi annos, fructum protulit.*

6. SISYMBRIUM foliis linearibus pinnato-dentatis.
Eruca ſylveſtris major lutea, caule aſpero. *Bauh. pin.* 98. *Tournef. inſt.* 227. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Eruca ſylveſtris major vulgatior fœtens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 230. *ſ.* 3. *t.* 6. *f.* 16.
Eruca ſilveſtris. *Dod. pempt.* 708. *Lob. hiſt.* 102.
Creſcit in & circa muros, & in ruderatis ſat frequens per Europam.

7. SISYMBRIUM foliis lanceolatis integris ſerratis.
Eruca, minimo flore, monſpelienſis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 862. *Vaill. pariſ.* 56.
Eruca viminea, iberidis folio, luteo flore. *Barr. rar.* 44. *t.* 131. *opt.*
Eruca folio bellidis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 231.
Eruca virginiana, bellidis majoris folio. *Pluk. alm.* 136. *t.* 86. *f.* 8.
Creſcit in Virginia; *ſupra muros circa* Pariſias; *juxta* Tyberis *margines.*

8. SISYMBRIUM foliis pinnatifidis, laciniis exterioribus majoribus, caule hirſuto.
Eruca latifolia alba. *Bauh. pin.* 98. ſativa dioſcoridis. *Tournef. inſt.* 227.
Eruca major ſativa annua, flore albo ſtriato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 859. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 228. *ſ.* 3. *t.* 5. *f. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Eruca ſativa. *Dod. pempt.* 708. *Lob. hiſt.* 109. *Dalech. hiſt.* 649.
Creſcendi locum natalem me obſervaſſe non memini.

9. SISYMBRIUM corollâ calice minore, foliis multifidis linearibus. *Fl. lapp.* 261.
Siſymbrium annuum, abſinthii minoris folio. *Tournef. inſt.* 228. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 16.
Eryſimum Sophia dictum. *Raj. ſyn.* 298.
Sophia chirurgorum. *Lob. hiſt.* 426.
Accipitrina. *Cæſalp. ſyſt.* 361. *Rupp. jen.* 64.
Seriphium germanicum, Sophia quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 886.
Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum. *Bauh. pin.* 105. ſeu Naſturtium myriophyllon, flore luteo minimo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 223. *ſ.* 3. *t.* 4. *f.* 6.
Thalietrum. *Dalech. hiſt.* 1146.
α Siſymbrium annuum, folio abſinthii minoris latiore. *Boerh.*
Creſcit in veteribus maceriis, locis ruderatis, frequens per Europam.

ERYSIMUM. *g. pl.* 545.

1. ERYSIMUM foliis integris lanceolatis. *Fl. lapp.* 263.
Eruca ſylveſtris latifolia, folio integro, flore luteo minore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 229. *ſ.* 3. *t.* 5. *f.* 7.
Myagrum ſiliqua longa. *Bauh. pin.* 109.
Myagrum aliud, thlaſpi effigie. *Dalech. hiſt.* 1137.
Myagro affinis planta, ſiliquis oblongis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 894.
Turritis leucoji folio. *Tournef. inſt.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Creſcit in agris requietis frequentiſſimum per Sveciam.

2. ERYSIMUM ſiliquis in alis foliorum ſeſſilibus.
Eryſimum polyceration vel corniculatum. *Bauh. pin.* 101. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 218. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 14.
Eryſimon alterum matthioli, ſiliquis parvis, quibusdam Dentaria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 864.
Eruca floſculis pediculis carentibus. *Raj. hiſt.* 810.
Irio ſpeciei tertiæ. *Cæſalp. ſyſt.* 361.
Irio altera. *Dalech. hiſt.* 653.

3. ERYSIMUM ſiliquis ſcapo appreſſis.
Eryſimum vulgare. *Bauh. pin.* 100. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 218. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 14.
Eryſimum tragi, floſculis luteis, juxta muros proveniens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 863.

Eruca ſiliqua cauli appreſſa. *Raj. hiſt.* 810.
Irio ſive Eryſimum. *Dod. pempt.* 714.
Verbenaca recta ſive mas fuchſii. *Dalech. hiſt.* 1335.
Creſcit in locis ruderatis, juxta muros & plateas frequens per Europam.

4. ERYSIMUM ſiliquis laxis, foliis haſtato-pinnatis.
Eryſimum monſpeſſulanum, ſinapios folio. *Walth. hort.* 135. *t.* 22.
Eryſimum montanum, irionis vulgaris folio leptomacroceraton. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 219. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 4.
Eryſimum anguſtifolium majus. *Bauh. pin.* 101. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 14.
Rapiſtrum italicum, ſiliquis longiſſimis. *Bauh. pin.* 95.
Creſcit in locis cultis per Sveciam, *at per* Italiam *in ruderatis.*

5. ERYSIMUM foliis baſi pinnato-dentatis, apice ſubrotundis. *Fl. lapp.* 264.
Siſymbrium erucæ folio glabro, flore luteo. *Tournef. inſt.* 226. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Eruca lutea latifolia ſive Barbarea. *Bauh. pin.* 98. major. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 230. *ſ.* 3. *t.* 5. *f.* 11, 12.
Barbarea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 868. *Dod. pempt.* 712.
Barbarea ſive Pſeudo-Bunias. *Lob. hiſt.* 112.
α Siſymbrium, erucæ folio glabro, minus & procerius. *Tournef.*
β Siſymbrium erucæ folio glabro, minus, folio eleganter variegato. *Boerh.*
γ Siſymbrium erucæ folio glabro, flore pleno. *Tournef.*
Creſcit in Lapponia, Scania, Germania, Anglia *&c. juxta aquas fluentes.*

6. ERYSIMUM foliis cordatis.
Alliaria. *Cæſalp. ſyſt.* 370. *Bauh. pin* 110. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 883. *Dalech. hiſt.* 911. *Lob. hiſt.* 285. *Rupp. jen.* 61.
Heſperis allium redolens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 252. *ſ.* 3. *t.* 10. *f.* 6. *Tournef. inſt.* 222. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 19.
Creſcit ad ſepes in Anglia, Gallia, Hollandia, Germania *&c.*

SINAPIS. *g. pl.* 543.

1. SINAPIS ſiliquis hiſpidis roſtro obliquo longiſſimo.
Sinapi apii folio, ſiliqua hirſuta, ſemine albo aut rubro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 216. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 13.
Sinapi apii folio. *Bauh. pin.* 99.
Sinapi album, ſiliqua hirſuta ſemine albo & ruffo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 856.
Sinapi ſativum alterum. *Dod. pempt.* 707.
Sinapi 3. *Cæſalp. ſyſt.* 359.
Creſcit in agris Belgii, Angliæ *&c.*

2. SINAPIS ſiliquis glabris tetragonis.
Sinapi ſativum prius. *Dod. pempt.* 706.
Sinapi ſiliqua latiuſcula glabra, ſemine ruffo, ſive vulgare. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 855.
Sinapi rapi folio. *Bauh. pin.* 99. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 215. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 13.
Sinapi hortenſe. *Dalech. hiſt.* 646.
Sinapi ſativum prius. *Dod. pempt.* 706.
Sinapi quæ ſinapis. *Cæſalp. ſyſt.* 359.
Creſcit in areis, hortis, aggeribus, viarum marginibus per Scaniam, Germaniam, Belgium, Angliam *&c.*

3. SINAPIS ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro proprio longioribus.
Sinapi arvenſe præcox, ſemine nigro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 216. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 7. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 13.
Rapiſtrum flore luteo. *Bauh. pin.* 95. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 844.
Rapiſtrum arvorum. *Lob. hiſt.* 99. *f.* 1.
Rapiſtrum. *Dod. pempt.* 675.
Creſcit inter ſegetes ubique nimis copioſe.

4. SINAPIS foliis duplicato-pinnatis, laciniis linearibus.
Sinapi hiſpanicum, naſturtii folio. *Tournef. inſt.* 227.
Creſcit in Hiſpania, *ſi faciei hiſpanicæ fides adhibenda ſit.*
Color corollæ glaucus vel cæruleſcens.

BRASSICA. *g. pl.* 542.

1. BRASSICA radice cauleſcente tereti carnoſo.
Braſſica maritima arborea ſeu procerior ramoſa. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 208. *Raj. hiſt.* 796.
α Braſſica vulgaris ſativa. *Dod. pempt.* 621.
Braſſica alba vel viridis. *Bauh. pin.* 111.
β Braſſica capitata alba. *Bauh. pin.* 111.
γ Braſſica undulata. *Reneal. ſpec.* 131.
Braſſica alba criſpa. *Bauh. pin.* 111.
Braſſica ſabauda. *Dod. pempt.* 624.
δ Braſſica capitata rubra. *Bauh. pin.* 111.
ε Braſſica fimbriata. *Bauh. pin.* 112.
ζ Braſſica criſpa. *Reneal. ſpec.* 131.
Braſſica tenuiſſime laciniata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 832.

η Braſſica

γ Braſſica cauliflora. *Bauh. pin.* 111.
Braſſica florida botrytis. *Lob. hiſt.* 123.
Braſſica cauliflora. *Dod. pempt.* 624.
Creſcit in maritimis quibusdam Angliæ. *An α—γ ab hac originem ſumſere omnes, an plures ſpecie diverſæ exiſtant, temere non aſſero; interim confirmat quotidiana experientia quæ Morijonus hiſt. 2. p. 208, 209. de varietate harum tradit, nec abſimiles videntur quas Blair de Braſſicis habet obſervationes, aſſerit enim quod ſi Braſſica alba & rubra vel diverſæ ſimul poſitæ floreant fructumque ſerant, tum ex rubræ ſeminibus excreſcit alba & vice verſa, hocque oriri ſtatuit a miſcela generationis, qua unius piſtillum ab alterius adſpergatur polline.*

2. Brassica radice cauleſcente orbiculari depreſſo carnoſo.
Rapa ſylveſtris. *Raj. hiſt.* 800.
α Rapa ſativa rotunda. *Bauh. pin.* 89.
Rapum vulgare. *Dod. pempt.* 673.
β Rapa ſativa oblonga ſeu fœmina. *Bauh. pin.* 90.
Rapum oblongius. *Dod. pempt.* 673.
Creſcit in arvis paſſim per Belgium, Angliam *&c. e deciduis ſeminibus & rejectis enata.*

3. Brassica radice cauleſcente fuſiformi.
Napus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 95. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 843. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 13.
Napus. *Dod. pempt.* 674.
α Napus ſativa. *Bauh. pin.* 95.
Creſcit inter ſegetes & in aggeribus foſſarum per Angliam, Belgium; *præſertim inter* Amſtelædamum & Harlemum *juxta viam florens menſe aprili.*
Folia radicalia pinnatifida, membranula intercurrente utrinque undulata, lobis exterioribus majoribus, impari maximo, omnibus glabris, hinc inde punctis cartilagineis, e quibus ſetula, aſperſis; caulis vero folia, ubi rami exeunt, ſeſſeſſilia, amplexicaulia; calyx *ſemipatens, coloratus;* Petala *ſubrotunda, unguibus calyce brevioribus. Stamina ſex, quorum duo breviora, longitudine calycis patula, quatuor vero erecta duplo longiora ſtylo approximata. Glandulæ nectariferæ quatuor, quorum duæ oppoſitæ intra ſtamina breviora & piſtillum, reliquæ vero duæ intra petala & ſtamina longiora, ſeu extra ſtamina longiora.* Stylus *germini inſidet, ipſo germine dimidio brevior.*

4. Brassica radice & caule tenui, foliis omnibus uniformibus cordatis ſeſſilibus.
Braſſica campeſtris perfoliata, flore luteo. *Loeſ. pruſſ.* 29. *Fl. lapp.* 265.
α Braſſica campeſtris perfoliata, flore albo. *Bauh. pin.* 112. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 210. *ſ.* 3. *t.* 2. *f.* 19, 20. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 12.
Braſſica ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 835.
Braſſica ſilveſtris perfoliata. *Dod. pempt.* 626.
Braſſica campeſtris 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 127.
β Braſſica campeſtris perfoliata, flore purpureo. *Bauh. pin.* 112.
Creſcit inter ſegetes, præſertim in Svecia ſeptentrionali *ſeu Norlandia*, Smolandia & Norvegia, *adeo ſæpe copioſe ut integros agros florens flavo obducat colore.*

TURRITIS. *g. pl.* 546.

1. Turritis foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris.
Turritis foliis inferioribus cichoraceis, cæteris perfoliatæ. *Tournef. inſt.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 14.
Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis aſperis, caulibus autem adhærentibus planis ſeu glabris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 210. *ſ.* 3. *t.* 2. *f.* 22.
Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis. *Bauh. pin.* 112.
Sinapi album. *Dalech. hiſt.* 1168.
α Leucojum heſperidis folio. *Tournef. inſt.* 221.
Glaſtifolia cichoroides *J. B.* Turritis 2 cluſio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 836.
Creſcit ad radices montium & in montibus herbidis per Sveciam *copioſe; ſæpe in* Germania, Gallia *&c.*

2. Turritis foliis omnibus dentatis hiſpidis alternis amplexicaulibus.
Turritis hirſuta montana, flore albo. *Rupp. jen.* 62.
Turritis vulgaris minor. *Raj. ſyn.* 294.
Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata. *Bauh. pin.* 101. *prod.* 42.
Barbarea muralis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 869.
Turritis pulchra nova. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 837.
Creſcit in pratis ſylveſtribus Sveciæ, *rarius in rupibus* Angliæ, Jenæ.

3. Turritis foliis lanceolatis integris petiolatis, ad exortum ramorum ſolitariis.
Turritis vulgaris ramoſa. *Tournef. inſt.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 15.
Burſa paſtoris, ſive Piloſella ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 870.
Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major ſeu majoribus foliis. *Bauh. pin.* 108.
Piloſella ſiliquoſa. *Thal. harc. t.* 7.
Aizoon telephium. *Dalech. hiſt.* 1131.
Creſcit in locis arenoſis exaridis vulgaris in Europa.

RAPHANUS. *g. pl.* 539.

1. RAPHANUS ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus.
Raphanus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 846.
α Raphanus minor oblongus. *Bauh. pin.* 96. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 265. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 11.
Raphanus minor purpureus. *Lob. hiſt.* 99.
Radicula ſativa minor. *Dod. pempt.* 676.
β Raphanus major oblongus. *Boerh.*
γ Raphanus major orbicularis vel rotundus. *Bauh. pin.* 96.
Raphanus ſive Radicula ſativa. *Dod. pempt.* 76.
δ Raphanus major orbicularis vel rotundus, floribus candidis. *Tournef. inſt.* 229.
ε Raphanus niger. *Bauh. pin.* 96.
Creſcendi locum ſpontaneum non reperio, licet e ſeminibus rejectis ſæpius hac tempeſtate ubique occurrat. Harum α. β. gaudet radice cauleſcente tereti; γ. δ. radice turbinata glabra; ε. radice turbinata rimis ſulcata vel ſtriata.

2. RAPHANUS ſiliquis teretibus orbiculatis unilocularibus.
Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra majore & minore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 265. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 12. *Tournef. inſt.* 230.
Rapiſtrum flore albo, ſiliqua articulata. *Bauh. pin.* 95.
Rapiſtrum flore albo ſtriato; Sinapi album agreſte trago. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 851.
α Raphaniſtrum ſegetum, flore luteo vel pallido. *Tournef. inſt.* 230. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 21.
β Raphaniſtrum arvenſe, flore albo. *Tournef.*
Lapſana. *Cæſalp. ſyſt.* 355.
γ Raphaniſtrum flore albo ſtriato, ſiliqua articulata ſtriata minore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 266. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 4.
Creſcit inter ſegetes in Gallia Narbonenſi, Anglia, Germania, Smolandia *Sveciæ.*

3. RAPHANUS ſiliquis ovatis angulatis monoſpermis.
Raphaniſtrum ſiliquoſum monoſpermum maritimum anglicum, foliis craſſioribus latioribus. *Herm. lugdb.* 520.
Crambe maritima, foliis erucæ latioribus, fructu haſtiformi. *Tournef. inſt.* 212.
Cakile maritima ampliore folio. *Tournef. cor.* 49.
Cakile ſive Eruca maritima latifolia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 868. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 21.
Cakile ſerapionis. *Lob. hiſt.* 110.
Eruca maritima. *Cæſalp. ſyſt.* 360.
Eruca maritima latifolia italica, ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili. *Bauh. pin.* 99.
Eruca maritima anglica, ſiliqua toroſa fungoſa rotunda, foliis craſſioribus latioribus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 231. *ſ.* 3. *t.* 6. *f.* 20.
α Cakile maritima anguſtiore folio. *Tournef.*
Eruca maritima italica &c. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 231. *ſ.* 3. *t.* 6. *f.* 21.
Creſcit in maritimis Italiæ, Angliæ, Belgii, Daniæ, Sveciæ, Jamaicæ.

BUNIAS. *g. pl.* 536.

1. BUNIAS.
Raphaniſtrum diſpermum monſpeliacum, ſiliqua quadrangula echinata. *Herm. lugdb.* 520.
Erucago ſegetum. *Tournef. inſt.* 232. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 10.
Eruca monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata. *Bauh. pin.* 99. *prod.* 41. *t.* 41. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 232. *ſ.* 3. *t.* 6. *f.* 24.
Sinapi echinatum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 858. *Dalech. hiſt.* 647.
Creſcit circa Monſpelium, *ſcilicet inter Monſpelium & Eſperon; inter monſpelium & thermas Bellerucanas; inter Lateram & Perauls in humidis & udis foſſis.*
Bunias nomen antiquum, in hac claſſe receptum, ſed ſuperfluum, cum reliqua ſynonyma perſiſtere nequeant, hujus loci volui, usque dum hanc plantam ad aliud genus reduxerint Botanici.

CRAMBE. *g. pl.* 548.

1. CRAMBE foliis cordatis criſpis carnoſis.
Crambe maritima, folio braſſicæ. *Tournef. inſt.* 211. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 1.
Braſſica maritima monoſpermos. *Bauh. pin.* 112.
Braſſica maritima major repens multiflora alba monoſpermos. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 209.
Braſſica monoſpermos anglica. *Bauh. hiſt.* 2. *p* 830.
Braſſica marina ſylveſtris multiflora monoſpermos. *Lob. adv.* 92. *Dalech. hiſt.* 527.
Creſcit in arenoſis maris littoribus circa Angliam *ubique fere.*

2. CRAMBE foliis ſubcordatis crenatis ſcabris.
Rapiſtrum maximum rotundifolium monoſpermum. *Corn. canad.* 147. *t.* 148. *Tournef. inſt.* 211. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 2. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 266. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 1.
Rapiſtrum maximum monoſpermon, gemma lutea, flore niveo. *Barr. rar.* 38. *t.* 387.
Creſcit in Hiſpania.

3. CRAMBE foliis lanceolatis dentato ſinuatis.
Rapiſtrum monoſpermum. *Bauh. pin.* 95. *prod.* 37. *t.* 37. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 845. *Tournef. inſt.* 210. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 2.
Raphaniſtrum monoſpermum, capſulis ſtriatis tenuibus oblongiuſculis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 267. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 3.
Creſcit in Italia *procul a* Liburno *portu; circa* Genevam, Monſpelium; *nec non in* Geldriæ *maritimis.*

ISA-

ISATIS. *g. pl.* 549.

ISATIS.
Iſatis ſylveſtris vel anguſtifolia. *Bauh. pin.* 113. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 3.
Iſatis ſilveſtris. *Dod. pempt.* 79. *Dalech. hiſt.* 499.
Iſatis, ſive Glaſtum, ſativa & ſpontanea. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 909.
Glaſtum, vulgo Guadum. *Cæſalp. ſyſt.* 358.
α Iſatis ſativa vel latifolia. *Bauh. pin.* 113. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 286. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 10, 11.
Iſatis ſativa. *Dod. pempt.* 79. *Dalech. hiſt.* 499.
Creſcit rarius in Italiæ, Hiſpaniæque *campeſtribus & incultis; in inſula prope* Aboam *hanc obſervat Tillandſius.*

CLEOME. *g. pl.* 550.

1. CLEOME floribus gynandris.
Sinapiſtrum indicum pentaphyllum, flore carneo, minus non ſpinoſum. *Herm. lugdb.* 564. *Tournef. inſt.* 231. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 306. *Burm. zeyl.* 216.
Papaver corniculatum acre quinquefolium ægyptiacum minus, flore carneo, non ſpinoſum. *Pluk. alm.* 280.
Lupinus arabibus ponæ; Mozambez di angola herbariorum. *Barr. rar. t.* 1235.
Lupinus ægyptius ſylveſtris. *Veſl. alp.* 209. *t.* 209.
Pentaphyllum peregrinum ſiliquoſum bivalve minus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 289.
Quinquefolium lupini folio. *Bauh. pin.* 326.
Cara-Veela. *Rhed. mal.* 9. *p.* 43. *t.* 24.
α Sinapiſtrum ægyptiacum heptaphyllum, flore carneo, majus ſpinoſum. *Herm. lugdb.* 564. *Sloan. flor.* 80.
Sinapiſtrum indicum ſpinoſum, foliis quinque ſex ſeptemve numero incertis. *Burm. zeyl.* 215.
Papaver corniculatum acre quinquefolium americanum, flore carneo, majus ſpinoſum. *Pluk. alm.* 280.
Taceriaya. *Marcgr. braſ.* 33. *t.* 34.
β Sinapiſtrum indicum triphyllum, flore carneo, non ſpinoſum. *Herm. lugdb.* 564. *t.* 565.
Creſcit in arenoſis & ruderatis utriusque Indiæ: in Malabaria, Zeylona, *Amboina*, *Ægypto*, *Jamaica*, *Caribæis*, *Braſilia.*
Huic naturaliter folia caulina quinata petiolata, floralia ternata ſeſſilia. Flos dein germen pedicello ſetaceo longiſſimo inſidens profert, & ſtamina ad baſin germinis pedicello inſerta, remota longiſſimo ſpatio a corolla, quæ receptaculo inſidet.

2. CLEOME floribus dodecandris.
Sinapiſtrum indicum triphyllum, ſiliqua maxima, flore albo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 307.
Sinapiſtrum zeylanicum triphyllum & pentaphyllum viſcoſum, flore flavo. *Mart. cent.* 25. *t.* 25. *Burm. zeyl.* 215.
Sinapiſtrum indicum triphyllum, flore carneo, non ſpinoſum. *Sloan. flor.* 80. *hiſt.* 1. *p.* 194. *t.* 124. *f.* 1.
Sinapiſtrum canadenſe triphyllum, ſiliqua craſſiore. *Barr. rar.* 45. *t.* 914.
Papaver corniculatum acre triphyllon indicum, floribus luteis, viſcoſum Ranmaniſſa cochinenſibus dictum. *Pluk. alm.* 280.
Trifolium aſphaltion canadenſe. *Corn. canad.* 130. *t.* 131.
Ana-veela. *Rheed. mal.* 9. *p.* 41. *t.* 23.
α Sinapiſtrum zeylanicum pentaphyllum viſcoſum, flore flavo. *Burm. zeyl.* 215. *t.* 99.
Creſcit in Zeylona & Malabaria, Canada.
Huic folia caulina & floralia triphylla petiolata.

3. CLEOME floribus hexandris, genitalibus declinatis, ſiliquis ſubulatis.
Sinapiſtrum luſitanicum triphyllum, flore rubro, ſiliquis corniculatis. *Herm. lugdb.* 566. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 306.
Papaver corniculatum acre triphyllon luſitanicum, anguſtiſſimis foliis, flore rubro. *Pluk. alm.* 280.
Trifolium luſitanicum bivalve, flore rubro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 289.
Trifolium ſiliquoſum, flore violaceo, luſitanicum. *Barr. rar. t.* 866.
Creſcit in Luſitania.
Huic folia linearia petiolata, caulina ternata, floralia ſimplicia.

4. CLEOME floribus hexandris, genitalibus declinatis, ſiliquis teretibus toroſis.
Sinapiſtrum orientale triphyllum, ornithopodii ſiliquis. *Tournef. cor.* 17. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 306. *Dill. elth.* 359. *t.* 266. *f.* 345.
Sinapiſtrum peregrinum triphyllum, flore luteo. *Juſſ. barr.* 45.
Trifolium peregrinum alterum, flore luteo. *Barr. rar.* 865.
Creſcit in agris circa Peram.
Huic folia lanceolata petiolata, caulina ternata, floralia ſæpius ſolitaria, ſiliquæ in hac (ut præcedente) pendulæ; flos flavus.
Cleome ſeu Cleoma occurrit apud octavum Horatium, quam herbam dicit ſinapi ſimilem; vocabulo itaque iſto, pro ſinapiſtro conſarcinato, utor.

Classis XVI.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

WALTHERIA. *g. pl.* 552.

1. WALTHERIA foliis cordato-ovatis ſerratis.
Monoſperm-althæa arboreſcens villoſa, folio majore. *Isnard. act.* 1721. *p.* 362. *t.* 14.
Althææ ſimilis americana, flore luteo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267. *deſcr.*
Betonica arboreſcens, foliis amplioribus ex inſula barbadenſi, flore luteo minimo. *Pluk. alm.* 67. *t.* 150. *f.* 6.
Creſcit in Bahama, Barbiches, Surinama.

HERMANNIA. *g. pl.* 551.

1. HERMANNIA foliis ternatis ſeſſilibus.
Creſcit in Braſilia & Peru.
Quamprimum pedunculus floruerit, reflectitur ille verſus terram, elongatur usquedum terram intraverit, eamque perforaverit ſat profunde, ibique excreſcere ſinit fructum & maturari, ne ab avibus & beſtiis excerpatur. Mira naturæ providentia.

ERYTHRINA. *g. pl.* 571.

1. ERYTHRINA foliis ternatis, caule ſimpliciſſimo inermi.
Coral carolinenſis, haſtato folio. *Pet. hort.* 106. *Dill. elth.* 107. *t.* 90. *f.* 106.
Corallodendron carolinianum, floribus ſpicatis coccineis, radice craſſiſſima. *Mill. dict.*
Creſcit in Carolina *Americæ &* Miſſipica *regione.*

2. ERYTHRINA foliis ternatis, caule ſpinoſo.
Coral arbor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 253. *Sloan. flor.* 142.
Coral arbor americana. *Comm. hort.* 1. *p.* 211. *t.* 108.
Coral arbor ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 426.
Corallodendron triphyllum americanum ſpinoſum, flore ruberrimo. *Tournef. inſt.* 661. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 49.
Ceratia ſive ſiliqua ſylveſtris ſpinoſa arbor indica. *Bauh. pin.* 402.
Phaſeolis accedens, Coral arbor ſpinoſa orientalis, fructu obſcure rubente. *Pluk. alm.* 293.
Arbor fabifera 1, Boa-tſinkring dicta. *Bont. jav.* 135.
Mouricou. *Rheed. mal.* 6. *p.* 13. *t.* 7.
Creſcit in Malabariæ, Javæ, Zeylonæ, Jamaicæ *ſepibus vulgatiſſima.*
Tuberculorum duo paria, ad inſertionem foliorum, in petiolo communi nectarifera ſunt.

ROBINIA. *g. pl.* 585.

1. ROBINIA aculeis geminatis.
Pſeudo-Acaſia ſiliquis glabris. *Boerh. lugdb.* 39.
Acaſia americana, ſiliquis glabris. *Raj. hiſt.* 1719.
Acaſiæ affinis virginiana ſpinoſa, ſiliqua membranacea plana, floribus albis papilionaceis anagyridis modo in uvam propendentibus. *Pluk. alm.* 6. *t.* 37. *f.* 4.
Creſcit in Virginia.
Noſtræ arbores fructum etiamnum non produxere, germen tamen glabrum polyſpermum eſſe vidi. Confunditur hæc cum Acaſia americana Robini (Corn. canad. 171. *t.* 172.*); extricatur vero confuſio a Plukenetio loco allegato. Differentiam ponunt botanici in ſiliquis hujus glabris, Cornuti vero echinatis. Tournefortius legumina glabra pingit; Juſſieus in barrel.* §. 1384, *ubi legumen echinatum pingitur (deſumta ex Cornuto figura ſiliculæ), negat echinatum fructum. Hinc ſi falſum quod legumina echinata ſint, forte nec monoſperma in Cornuti planta, novam nobis dent differentiam, qui diverſam ſtatuunt ab ea ſpeciem.*
Robinia a Johanne Robino, *Pariſienſium quondam Botanices Profeſſore, ex indice Horti pariſini* 1601 *claro, cujus ſtudio & hæc planta primum innotuit, dicta fuit arbor quæ vulgo Acaſia Robini audit, cum Pſeudo Acaſiæ nomen erroneum ſit.*

CYTISUS. *g. pl.* 582.

1. CYTISUS foliolis ovato oblongis, racemis ſimplicibus pendulis.
Cytiſus alpinus latifolius, flore racemoſo pendulo. *Tournef. inſt.* 648. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 26.
Laburnum. *Riv. tetr.* .... *Rupp. jen.* 208. *Dalech. hiſt.* 103.
Laburnum vulgo Avornellum. *Cæſalp. ſyſt.* 113.
Laburnum arbor trifolia, anagyridi ſimilis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 361.
Anagyris non fœtida major vel alpina. *Bauh. pin.* 391.
α Cytiſus alpinus latifolius, flore racemoſo pendulo, foliis variegatis. *Tournef. inſt.* 648.
β Cytiſus alpinus anguſtifolius, flore racemoſo pendulo longiori. *Tournef. inſt.* 648.
Anagyris non fœtens minor. *Bauh. pin.* 391.
Creſcit in Alpibus Sabaudiæ, Genevæ, Juræ.

2. CYTISUS foliolis ovato-oblongis, racemis ſimplicibus erectis.
Cytiſus glaber nigricans. *Bauh. pin.* 309. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 26.
Cytiſus geſneri. *Dalech. hiſt.* 260.
Cytiſus geſneri, cui flores fere ſpicati. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 370.
Cytiſus 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 95.
Pſeudo-Cytiſus prior. *Dod. pempt.* 590.
Creſcit in ſylvis & ſecundum vias in agro Viennenſi *ubique, in* Pannoniæ & Auſtriæ *inferioris variis locis, in* Sylvæ Harciniæ *parte quæ Bohemiam undique cingit, in* Stiria, *copioſe inter Viennam & Venetias præſertim.*

3. CYTISUS foliolis ovato-lanceolatis, intermedio petiolato, pedunculo ex alis multifloro.
Cytiſus folio molli incano, ſiliquis orobi contortis & acutis. *Burm. zeyl.* 86. *t.* 37.
Laburnum humilius, ſiliqua inter grana & grana junctа, ſemine eſculento. *Sloan. flor.* 139. *hiſt.* 1. *p.* 31.
Phaſeolus erectus incanus, ſiliquis toroſis, Kayan dictus. *Pluk. alm.* 293. *t.* 213. *f.* 3.

Pha-

Phaſeolus arbor indica incana, ſiliquis toroſis Kayan dicta. *Raj. hiſt.* 1722.
Thora-paërou. *Rheed. mal. 6. p.* 23. *t.* 13.
Creſcit in Malabaria, Zeylona, *inſulis* Caribeis, *variisque Americæ partibus.*
Flores non vidimus, planta ſericeæ eſt mollitiei, vix ramoſa, caule ſulcato.

4. CYTISUS foliis fere ſeſſilibus, calycibus ſquamula triplici auctis.
Cytiſus glabris foliis ſubrotundis, pediculis breviſſimis. *Bauh. pin.* 390. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 26.
Cytiſus glaber, ſiliqua lata. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 373.
Cytiſus alter minor & vulgatior. *Lob. adv.* 388.
Cytiſus alter penæ. *Dalech. hiſt.* 261.
Creſcit in clivis maritimis prope Salernum *in Italia.*
Rami filiformes, flexiles. Folia ternata, communiter ſeſſilia, ſæpe & petiolo filiformi longo erecto inſidentia, utrinque glabra, lateralia fere ſubcordata, intermedium ſubovatum utrinque acutum. Calyci ad baſin ſquamæ ovatæ tres annectuntur, quarum duæ proximæ oppoſitæ, tertia remota; racemus terminatrix rectus.

5. CYTISUS calycibus hirſutis ſeſſilibus, pedunculis ſimplicibus breviſſimis.
Cytiſus hirſutus. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 372.
Cytiſus foliis ſubruffa lanugine hirſutis. *Bauh. pin.* 390.
Cytiſus 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 94.
Cytiſus 4 hiſpanicus cluſii. *Lob. hiſt.* 504. *Dalech. hiſt.* 263.
Creſcit ad montium radices circa Calpen *&* Bæticæ *maritimis; at frequentior in* Italia *&* Sicilia.
Tota arbuſcula hirſutie griſea ſcatet.

GENISTA. *g. pl.* 580.

1. GENISTA foliis lanceolatis, ramis teretibus ſtriatis.
Geniſta tinctoria germanica. *Bauh. pin.* 395. *Tournef. inſt.* 643. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 25.
Geniſta tinctoria vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 101.
Geniſta tinctoria. *Dod. pempt.* 763.
Geniſtella infectoria vulgi. *Lob. hiſt.* 531.
Tinctorius flos. *Bauh. hiſt.* 391. *Dalech. hiſt.* 175.
Coroneola ſeu Corneola. *Cæſalp. ſyſt.* 251.
α Geniſta tinctoria germanica, foliis anguſtioribus. *Tournef.*
Creſcit copioſiſſime in paſcuis Angliæ, Auſtriæ, Pannoniæ, *in agro* Francofordiano, Jenenſi, *variisque aliis* Germaniæ *locis.*

2. GENISTA ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato-lanceolatis.
Geniſtella herbacea ſive Chamæ-ſpartium. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 393. *Tournef. inſt.* 646. *Boerh. lugdb.* 2. 25.
Chamægeniſta ſagittalis. *Bauh. pin.* 395.
Chamægeniſta 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 104.
Chamæſpartium ſupinum, caule folioſo, hiſpanicum. *Barr. rar. t.* 570.
Creſcit paſſim per Galliam *& frequens per* Germaniam *in paſcuis ſterilibus.*

3. GENISTA foliis lanceolato-obtuſis, caule tuberculato.
Geniſta ramoſa, foliis hyperici. *Bauh. pin.* 395. *Tournef. inſt.* 643. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 23.
Geniſta minima. *Dalech. hiſt.* 173.
Geniſtella piloſa. *Bauh.* 1. *p.* 393.
Creſcit in ſabuloſis & lapidoſis tumulis Olno *fluvio per* Sequanos *labenti propinquis; Monſpelii ad pedem* montis lupi; *in ſiccis, editis, deſertis, agris incultis & ad vias* Pannoniæ.

4. GENISTA caule nudo, ſpinis ſimplicibus caulinis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis.
Geniſta minor aſphalthoides ſive Geniſta ſpinoſa anglica. *Bauh. pin.* 395.
Geniſtella minor aſphaltoides. *Bauh. prod.* 157.
Geniſtella aculeata. *Lob. hiſt.* 535.
Geniſtella. *Dod. pempt.* 760.
Geniſta-ſpartium minus anglicum. *Tournef. inſt.* 645. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 24.
Creſcit in ericetis & humidioribus ſolo ſpongioſo in Anglia *&c.*

5. GENISTA ſpinis alternis, cinctis undique foliis aciformibus.
Geniſtella ſpinoſa africana, laricis folio. *Breyn. cent.* 68. *t.* 26. *Raj. hiſt.* 1731.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei; *paucis differt flore a congeneribus.*

6. GENISTA foliis ternatis.
Cytiſus canarienſis ſempervirens & incanus. *Comm. hort.* 2. *p.* 103. *t.* 52.
Cytiſus canarienſis, flore candido & citrino. *Seb. theſ.* 2. *p.* 6. *t.* 4. *f.* 6, 7.
Cytiſus canarienſis microphyllos anguſtifolius prorſus incanus. *Pluk. alm.* 128. *t.* 277. *f.* 6.
Creſcit in inſulis Fortunatis.
Caulis & rami ſtriati anguloſi, folia reſpectu ipſius plantæ minima incana; flores aſcendentes hiantes, Geniſtæ abſolutæ ſpeciei; ſpica folioſa, laxa, terminatrix.
Flores in toto hocce genere hiant; carina alis annexa, reflexa, dipetala, recta, obtuſa; calyx ſæpius appendiculis utrinque duobus notatis.

SPARTIUM. *g. pl.* 577.

1. SPARTIUM ramis oppoſitis teretibus fiſtuloſis verſus apicem floriferis, foliis lanceolatis.
Spartium arboreſcens, ſeminibus lenti ſimilibus. *Bauh. pin.* 396.
Spartium dioſcoridis, Geniſta plinii. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 102. *Dalech. hiſt.* 168. *f.* 1, 2.
Spartium dioſcoreum narbonenſe & hiſpanicum. *Lob. hiſt* 532.
Geniſta italica. *Dod. pempt.* 761.
Geniſta juncea. *Bauh hiſt.* 1. *pp.* 395. *Tournef. inſt.* 643. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 23.
Geniſta hortenſis major luſitanica. *Griſ luſ....* *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 23.
Creſcit vulgatiſſima in Italia, Sicilia, *Gallia* Narbonenſi.

2. SPARTIUM ramis angulatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis.
Spartium alterum monoſpermum, ſemine reni ſimili. *Bauh. pin.* 396. *Tournef. inſt.* 645. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 23.
Spartium hiſpanicum, lobis rotundiuſculis, ſemine luteo. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 397.
Spartium 2 hiſpanicum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 102. *Dalech. hiſt.* 170.
Spartium hiſpanicum, lobis rotundiuſculis, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 397.
Spartium hiſpanicum alterum, flore luteo. *Lob. hiſt.* 533.
α Spartium tertium, flore albo. *Bauh. pin.* 396.
Spartium 3 hiſpanicum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 103.
Spartium hiſpanicum, flore candido. *Bauh. hiſt.* 3. *pp.* 398.
Creſcit variis utriusque Caſtellæ *locis ſolo arenoſo; at* (α) Gadibus *duntaxat & locis vicinis aura marina perflatis.*

3. SPARTIUM ramis inermibus angulatis, foliis ternatis & ſolitariis.
Cytiſo-Geniſta ſcoparia vulgaris, flore luteo. *Tournef. inſt.* 649. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 27.
Geniſta anguloſa & ſcoparia. *Bauh. pin.* 395.
Geniſta anguloſa trifolia. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 382.
Geniſta. *Dod. pempt.* 761.
Creſcit in arenoſis, glareoſis, ſterilibus per Germaniam, Galliam, Belgium, Angliam *& in* Madera *Americes.*

4. SPARTIUM ramis ſpinoſis anguloſis, foliis ternatis.
Cytiſus ſpinoſus. *Herm. lugdb.* 218. *Tournef. inſt.* 648. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 27.
Aſpalathus ſecunda trifolia, quæ Acacia ſecunda matthiolo trifolia. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 375.
Aſpalathus. *Cæſalp. ſyſt.* 116.
Acacia trifolia. *Bauh. pin.* 392.
Acacia altera matthioli. *Dalech. hiſt.* 162.
Acacia altera dioſcoridis. *Lob. hiſt.* 536.
Creſcit in maritimis, aſperis, ſepibus Hetruriæ, Italiæ, Siciliæ *circa* Meſſanam *& in Gallo-provincia prope* Tolonam *portum, per univerſum* Tyrrhenum, Liguſticum *atque* Mediterraneum *littus.*

ULEX. *g. pl.* 583.

1. ULEX folio ſub ſpina ſingula ſubulato plano acuto.
Scorpius 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 106.
Geniſta Spartium majus, brevioribus aculeis. *Tournef. inſt.* 645. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 24.
Geniſta ſpinoſa major, brevioribus aculeis. *Bauh. pin.* 394.
Geniſtellæ ſpinoſæ affinis, Nepa quibusdam. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 400.
α Geniſta Spartium majus longioribus aculeis. *Tournef. inſt.* 645.
Geniſta ſpinoſa major, longioribus aculeis. *Bauh. pin.* 394.
Geniſta ſpinoſa. *Dod. pempt.* 659.
Creſcit in incultis, arenoſis, ſabuloſis, ſqualidis, ſterilibus, ſepibus Angliæ *copioſiſſime, in* Gallo-provincia, Brabantia, Gallia, Germania.
Ulex eſt nomen Plinii.

CROTALARIA. *g. pl.* 578.

1. CROTALARIA foliis ſolitariis, petiolis decurrentibus membranaceis emarginatis.
Crotalaria hirſuta minor americana herbacea, caule ad ſummum ſagittato. *Herm. lugdb.* 202. *t.* 203. *Pluk. alm.* 122. *t.* 169. *f.* 6.
Crotalaria hirſuta minor americana ſagittata. *Tournef. inſt.* 644.
Crotalaria americana, caule alato, foliis piloſis, floribus in thyrſo luteis. *Mart. cent.* 43. *t.* 43.
Sagittaria cordialis. *Marcgr. braſ.* 55.
α Crotalaria ſagittalis glabra, longioribus foliis. *Pluk. alm.* 122. *t.* 277. *f.* 2.
Creſcit in America, *præſertim in* Braſilia, *ad portum Bellum.*
Variat immenſe foliis, hinc nobis in horto ſunt tres varietates.
α *Foliis glabris, lanceolato, linearibus.*
β *Foliis villoſis, lanceolatis.*
γ *Foliis lanigeris ovatis.*

Folia

Folia inferiora-ovata petiolis ſimplicibus, at ramorum folia, ubi petiolus exoritur, decurrunt membrana caule latiore, adnata cauli, quorum alter margo deſinit ad proxime ſubjectum folium, alter vero ad ſecundi exortum; apex autem hujus membranæ apice acute emarginatur; hinc caulis hiſce membranis extantibus triangularis eſt. Ad apicem caulis vel ramorum, flores in racemum ſimpliciſſimum erectum digeſti, quorum Perianthium monophyllum, bipartitum in duo labia fere æqualia, quorum ſuperius profunde trifidum laciniis anguſtioribus; involucrum diphyllum, foliolis linearibus, perianthio dimidio brevioribus, perianthium excipit. Vexillum ſubrotundum longitudine perianthii, ungue breviſſimo, luteum; Ala ſingula vexillum dimidiatum refert, nec carina adnectitur. Carina pectore gibbo acuminata, dipetala, apice contorto; Filamenta coalita; Germen lanceolatum, recurvum; ſtylus infractus, rectus; Stigma ad apicem ſtyli a latere interiore.

2. CROTALARIA foliis lanceolatis, petiolis ſeſſilibus, caule ſtriato.
Crotalaria benghalenſis, foliis geniſtæ ſubhirſutis. *Pluk. alm.* 122. *t.* 169. *f.* 5.
Crotalaria aſiatica, folio ſingulari, floribus luteis. *Burm. zeyl.* 82.
Crotalaria aſiatica, folio argenteo villoſo, flore luteo, ſiliquis pendulis in ſpica. *Boerh. lugd.* 2. *p.* 25.
Tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p.* 47. *t.* 26.
Creſcit in Aſia, Malabaria, Zeylona, Bengala.
Folia lanceolata, villoſa, petiolo ſimplici breviſſimo; Caulis teres, ſtriatus; racemus erectus ramos terminat. Floris involucrum nullum; Perianthium bipartitum: labio ſuperiori bipartito vexillo deprimente; inferiore tripartito, connivente, carinam excipiente; Vexillum flavum, cordatum, maximum; Alæ ovatæ, dimidio breviores vexillo; carina pectore valde gibbo, apice attenuato contorto, longitudine alarum, dipetala, aſcendens. Filamenta decem, aſcendentia, ſetacea, baſi coalita. Germen lanceolatum, villoſum, breviſſimum, recurvum; Stylus erectus & infractus, ad angulum acutum aſcendens. Stigma villoſum ad apicem a latere interiore ſtyli.

3. CROTALARIA foliis ovatis, petiolis ſimpliciſſimis, ramis teretibus.
Crotalaria aſiatica, ſtyracis folio, flore cœruleo. *Tournef. inſt.* 644. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 24.
Crotalaria arbor africa, ſtyracis folio molli incano, flore cœruleo. *Pluk. alm.* 122.
Geniſta arboreſcens africana, ſtyracis folio. *Herm. lugdb.* 270. *t.* 271. *Pluk. phyt.* 185. *f.* 2.
Arbor ſiliquoſa africana, geniſtæ ſemine. *Bart. act.* 1673. *obſ.* 131.
α Crotalaria afra arboreſcens eadem, minori folio. *Boerh.*
Creſcit in Africa, *ad Caput bonæ ſpei locis irriguis.*
Planta arboreſcens. Folia alterna, obverſe ovata, pubeſcentia, obtuſa cum acumine; petioli ſimpliciſſimi. Flores ſæpius ſolitarii. Calyx absque involucro, Perianthium campanulatum, bilabiatum, labio ſuperiore majore bipartito diſtantibus laciniis, inferiore minore trifido connivente. Vexillum maximum; Carina dipetala, acuminata, apice contorto. Filamenta coalita ad baſin. Germen lanceolatum, recurvum; Stylus infractus, erectus. Stigma obtuſum ad apicem ſtyli a latere interiore.

4. CROTALARIA foliis ovatis, petiolis ſtipula duplici auctis, ramis tetragonis.
Crotalaria aſiatica, folio ſingulari verrucoſo, floribus cœruleis. *Herm. lugdb.* 198. *t.* 199. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 24. *Burm. zeyl.* 87.
Geniſtella major indica, alni folio, flore cœruleo ſpicato. *Breyn. prod.* 2. *p.* 50.
Pee-tandale-cotti. *Rheed. mal.* 9. *p.* 53. *t.* 29. *opt.*
β Crotalaria foliis ſolitariis ovato acutis, caule ſulcato. *Burm. zeyl.* 81. *t.* 34.
Creſcit in Aſia: in Bengala, Malabaria, Zeylona.
Caulis & rami dehiſcunt a ſe invicem, tetragoni, angulis acutis; Folia ſolitaria, ovata, magna, petiolo breviſſimo, ad cujus exortum e ramo ſtipularum par adſtat, ex ipſa ala enatum, ſingula ſtipula cordis longitudinaliter dimidiati figura. Ramus fere ad latus petioli intra ſtipulas enaſcitur; caulis in pedunculum deſinit, ex ultima tamen ala, creſcere pergit ramus. Flores in racemum erectum digeſti, penduli. Calyx absque involucro, niſi duas ſetas pedunculi proprii numeres. Vexillum maximum, ad collum ſubtus duas ſquamas gerens, e cœruleo albicans, carina violacea, pectore gibbo, apice contorto, dipetala; Germen lanceolatum, recurvum, hirſutum; ſtylus refractus, erectus.

5. CROTALARIA foliis ternatis, foliolis ſeſſilibus, petiolis ſtipula duplici auctis.
Creſcit in Africa.
Caulis filiformis, rectus ſecundum genicula alternatim inflexus, ramoſus, lignoſus. Folia in petiolis communibus, ipſis internodiis rami longioribus, ad angulum rectum exſertis, ternata, alis ſingulis inſidet ſtipularum par, quarum ſingula dimidiati cordis figura gaudet, ſed mucrone reſpicente folium in hac, contraria ac in præcedenti methodo: verſus ſummitatem ramorum egreditur hinc inde pedunculus, oppoſitus petiolo, & ejusdem cum petiolo longitudinis, ut ramus inter petiolum & pedunculum excreſcere queat, tumque ſtipulæ magis diſcedunt a petiolo & approximantur pedunculo. Foliola ſingula ovata, acuminata, ſeſſilia in petiolo communi, æqualia, ſupina parte glabra, viridia; prona vero albida, villoſa, nitida. Flos ſolitarius pedunculum terminat, cujus Involucrum triphyllum, ſubulatum, perianthio brevius. Perianthium bilabiatum, labio ſuperiore breviore bipartito dehiſcente, inferiore longiore lineari ſemitrifido, laciniis æqualibus, carinâ corollæ paulo breviore. Vexillum lateribus aſcendens; carinæ pectus gibbum,

gibbum, apex obtuſus; Germen hirſutum, parum reflexum. Fructum non produxit, flore a reliquis parum recedit.

6. CROTALARIA foliis ternatis, petiolis nudis.
Crotalaria trifolia fruticoſa, foliis rotundis incanis, floribus ſpicatis e viridi luteis, fructu pubeſcente. *Sloan. flor.* 141. *hiſt.* 2. *p.* 34. *t.* 179. *f.* 1. *Raj. app.* 466.
Anonis americana, folio latiori ſubrotundo. *Tournef. inſt.* 409. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 34.
Creſcit in agris ſterilioribus Jamaicæ *&* Caribearum *inſularum.*
Planta caule indiviſo, recto, in racemum deſinente. Folia alterna, ternata, petiolis, ipſis foliolis longioribus, inſidentia, foliola ovata cum acumine, petiolis propriis minutiſſimis affixa. Ex alis ſummis foliorum pedunculus exit ſolitarius, multiflorus, terminatrici ſimillimus. Calyx absque involucro; Perianthium bilabiatum: ſuperiori bipartito dehiſcente, inferiore tripartito connivente. Corolla fulva, carina dipetala, ventre gibbo, apice contorto; Germen corniculatum, reflexum, hirſutum; Stylus infractus, erectus.

ONONIS. *g. pl.* 579.

1. ONONIS pedunculis ex alis foliorum trifloris nudis.
Anonis latifolia. *Pluk. alm.* 32.
Anonis purpurea perennis, foliis latioribus rotundioribus profunde ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 170. *ſ.* 2. *t.* 21. *f. penult.*
Cicer ſylveſtre latifolium triphyllon. *Bauh. pin.* 346.
Cicer ſilveſtre tertium. *Dod. pempt.* 525.
Cicer ſylveſtre penæ. *Dalech. hiſt.* 462.
Cicer ſylveſtre verius. *Lob. hiſt.* 520.
Creſcit in monte Salevæ *& alibi in* Alpibus.
Folia ternata; foliola ovata, dentata; petioli ad alas aucti ſtipulis duabus lanceolatis; Pedunculi petiolis longiores, ex alis ſolitarii, verſus apicem communiter tres flores ferentes ſitu alterno.

2. ONONIS floribus paniculatis, pedunculis trifloris, ſtipulis ramos vaginantibus.
Anonis purpurea verna, ſeu præcox perennis fruteſcens, flore rubro amplo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 170. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 33.
Creſcit in montibus Delphinatus.
Caulis fruticoſus; folia alterna, ſingula ternata: foliolis lineari lanceolatis, ſerratis, æqualibus, deſinentibus in petiolum communem, qui ad baſin in membranam cylindraceam ore quadridentatam extenditur nec altera parte dehiſcit, Rami deſinunt in ſcapum nudum, quem alternatim ſquamæ ovatæ, perfoliatæ cingunt, e quorum ſingulorum ſinu oritur petiolus communis verſus apicem tres flores inæquali ſitu ferens. Flores violacei.

3. ONONIS pedunculis unifloris ſeta terminatis.
Ononis luteo flore. *Beſl. eyſt.* 128.
Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea major. *Bauh. pin.* 389. *Boerrh. lugdb.* 2. *p.* 34.
Anonis lutea perennis major, Natrix dicta. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 171.
Anonis lutea non ſpinoſa, dalechampio Natrix. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 393.
α Anonis viſcoſa, ſpinis carens, lutea minor. *Bauh. pin.* 389.
Anonis viſcoſa minor, flore pendulo. *Bauh. prod.* 156.
Anonis lutea annua, ſiliqua glabra longiore & craſſiore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 171.
β Anonis non ſpinoſa, flore luteo variegato, anguſtifolia maritima. *Tournef. inſt.* 409.
γ Anonis non ſpinoſa hirſuta viſcoſa, odore theriacæ. *Boerh.*
δ Anonis lutea anguſtifolia perennis. *Boerh.*
ε Anonis folio craſſo ſerrato villoſo, floris vexillo anterius emaculate aureo poſtice ſtriato, annua. *Boerh.*
ζ Anonis ſiliquis ornithopodii. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 34.
Fœnum-græcum ſiculum, ſiliquis ornithopodii. *Tournef. inſt.* 409.
η Anonis lutea mitis oxytriphylla ad florum petiolos capreolata, foliis leviſſime crenatis. *Pluk. alm.* 33. *t.* 135. *f.* 5.
Creſcit circa Monſpelium *& in Gallia* Narbonenſi, *circa* Genevam, *in inſula exigua a promontorio Siciliæ Pachyno* (Capo paſſaro) *dicta, ad fluvium* Arve *prope Genevam.*
Caulis ſimplex, ramos ſimpliciſſimos, ex ſingula ala ſolitarios emittens. Folia ternata, ovato-oblonga, ſerrata; quorum foliola lateralia in petiolo communi ſeſſilia, intermedium vero proprio petiolo inſidens & majus, baſis petioli communis inſeritur ſtipulæ membranaceæ, ſuperne latiori, emarginatæ, bicorni, ſerratæ, baſi ſemi-amplexicauli; In foliis floralibus ſæpe deſunt foliola lateralia Pedunculus ex ſingula ala ſuperiori exit ſolitarius, filiformis, patens, verſus apicem gerens unicum florem, raro alterum, qui dependet, & ſetula dein terminatur recta extenſa. Legumina figura variant.
Varietas ζ. differt magis manifeſte a reliquis: pedunculis petiolum longitudine non ſuperantibus, bifloris & leguminibus cylindraceis, compreſſis, torulis, nodoſis.

4. ONONIS floribus ſpicatis.
Anonis ſicula alopecuroides. *Tournef. inſt.* 408.
Anonis purpurea ſpicata alopecuroides major. *Boerh. lugdb* 2. *p.* 33.
Anonis purpurea ſpicata erecta annua latifolia, ſiliquis rectis lentiformibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 169.
α Anonis ſpicata ſive alopecuroides luſitanica. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 33.
Creſcit in Hiſpania *&* Sicilia.
Differt a ſequenti quod flores in ſpicam denſam ovatam congeſti ſint.

5. ONONIS

5. ONONIS floribus fere ſeſſilibus ſolitariis lateralibus, ramis inermibus.
Anonis ſpinis carens purpurea. *Bauh. pin.* 389. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 33.
Anonis non ſpinoſa, purpureo flore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 393.
α Anonis ſpinis carens, candidis floribus *Tournef. inſt.* 408.
β Anonis non ſpinoſa, calycibus procumbentibus. *Tournef.*
γ Anonis non ſpinoſa purpurea ſupina minima. *Raj. hiſt.* 957.
Creſcit in Scania, Germania, Belgio, Anglia *in paſcuis ſterilioribus & ad agrorum margines.*
An hæc ſola varietas ſequentis.

6. ONONIS floribus fere ſeſſilibus ſolitariis lateralibus, caule ſpinoſo.
Ononis. *Cæſalp. ſyſt.* 243. *Dalech. hiſt.* 448.
Anonis ſpinoſa, flore purpureo. *Bauh. pin.* 389. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 33.
Anonis purpurea vulgaris ſpinoſa, flore purpureo, ſiliquis erectis lentiformibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 169.
Anonis ſive Reſta bovis vulgaris purpurea.
Anonis. *Dod. pempt.* 743.
α Anonis ſpinoſa, flore albo. *Tournef. inſt.* 408.
Creſcit cum antecedenti.

LUPINUS. *g. pl.* 586.

1. LUPINUS caule compoſito.
Lupinus ſativus, flore albo. *Bauh. pin.* 347. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 49.
Lupinus vulgaris, ſemine & flore albo, ſativus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 288. *fig. mal.*
Lupinus ſativus, flore albo. *Cluſ. hiſt* 2. *p.* 228. *fig. bona.*
Lupinus ſativus. *Dod. pempt.* 529. *Lob. hiſt.* 515. *fig. bonis.*
Creſcit forte in auſtralibus Europæ *regionibus.*
Hæc ſpecies a ſequentibus abunde differt caule, ut alia, quam culturæ differentia diſtinguatur planta. Caulis enim ſimplex primum excreſcit, terminatus racemo florum erecto, hic dum defloruit, infra racemum rami plures excreſcunt, longe altiores & hi demum ſinguli proprio racemo terminantur, nec ultra excreſcere poſſunt, ſed tum ex horum alis, infra racemos hos ſecundi ordinis, alii ramuli, eadem lege, excreſcunt, ſpicas & ramos producunt, hinc quo altius pervenit eo diffuſior evadit planta.

2. LUPINUS caule ſimplici ramoſo.
Lupinus ſylveſtris, flore cœruleo. *Bauh. pin.* 348. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 48.
Lupinus ſylveſtris, purpureo flore, ſemine rotundo vario. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 290.
α Lupinus ſylveſtris, flore ſubrubente. *Tournef. inſt.* 392.
β Lupinus anguſtifolius cœruleus elatior. *Raj. hiſt.* 908.
γ Lupinus ſylveſtris, flore luteo. *Bauh. pin.* 348.
Lupinus flore luteo. *Riv. tetr.*
Creſcit in Sicilia *circa Meſſanam, in variis locis* Italiæ & Narbonæ, *inter ſegetes ſolo arenoſo.*
Hujus caulis continuata ſerie erigitur, ramosque ſuos omnes ſuperat, hos undique ad latera emittit, quorum inferiores paulo longiores, dein gradatim breviores verſus ſummitatem, creſcentes omnes ſimul, ut planta conicam figuram gerat.
Variat hic ſeminum figura non minus quam Piſa & Fabæ, inquirant itaque Botanici num aliæ exſtent differentiæ a ſtructura plantæ deſumtæ, ut in plures diſtingui queat ſpecies.

PHASEOLUS. *g. pl.* 573.

1. PHASEOLUS vulgaris. *Lob. hiſt.* 511. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 28.
Phaſeolus alius generis peregrinum. *Cæſalp. ſyſt.* 238.
Dolichos ſive Phaſeolus. *Dod. pempt.* 519.
Smilax hortenſis ſive Phaſeolus major. *Bauh. pin.* 339.
Smilax hortenſis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 255.
α Phaſeolus hortenſis minor. *Tournef. inſt.* 415.
Smilax hortenſis minor. *Bauh. pin.* 359.
Creſcit in India Orientali, *ut fertur.*
Variit hæc ſpecies immenſe in ſeminum magnitudine & colore.

2. PHASEOLUS florum vexillo revoluto calycibus concolore.
Creſcit e ſeminibus Africanis.
Caulis volubilis altiſſimus annuus. Folia ternata: foliolis triangulari-oblongis angulis tamen lateralibus obliteratis in intermedio foliolo. Foliola lateralia a latere interiore anguſtiora, ab exteriore latiora, juxta angulum præſertim dilatata, longitudine intermedii folioli. Petiolus communis ſulco exaratus, proprii vero teretes. Scapus flores absque ordine plures gerit; corollæ vexillum latum, brevius reliquis, emarginatum, apice reflexo ad dorſum usque, non vero ad latera, colore totum viride & ſimile calyci minimo. Alæ oblongæ niveæ rectæ. Carina alba tenuis ſpiraliter contorta, hinc reprimens vexillum, poſtero die alæ emarcidæ totæ flavæ. Legumen magnum; ſemina lineis rubicundis variegata. Floruit 1736. *Dec.* 10.

DOLICHOS. *g. pl.* 588.

1. DOLICHOS foliolis lateralibus extrorſum gibbis, intermedio haſtato.
Phaſeolus maderaſpatanus, foliis glabris trilobatis, floribus exiguis, longis petiolis ex eodem puncto gemellis. *Pluk. alm.* 292. *t.* 214. *f.* 3.
Creſcit e ſeminibus Americanis *anni præcedentis* (1736), *nec productis ad perfectionem; flores oſtendebat nullos, hujus autem generis eſſe, ex flore latente adhuc intra calycem perſpexi.*
Accedit ad figuram Plukenetii allegam, ſed differt evidenter, quod in noſtra foliola lateralia a latere interiore omni lobo deſtituantur & majora ſint.

2. DOLICHOS caule perenni lignoſo. vide tab.
Phaſeolus indicus perennis, floribus purpuraſcentibus. *Hort. Carolsrh.* 36.
Creſcit in America.
Ante acceſſum noſtrum enata fuit planta fruteſcens arcte ſcandens, plus quam humanæ altitudinis; Caule tereti, contorto, vix ſtriato, ramis plurimis tenuibus. Folia ad ramorum exortum ternata, petiolo communi inſidentia, quorum quod intermedium ovato-cordatum, acuminatum, latitudine pollicis, glabrum, petiolo proprio quaduplo reliquorum productiori inſidens; lateralia latere exteriori magis dilatata, interiori vero dimidio anguſtiora. Flores in pedunculo pauci, corolla rubra ſeu purpurea. Abſoluta floreſcentia absque fructu periit.

3. DOLICHOS minimus, floribus luteis. *vide tabul.*
Phaſeolus exiguus glaber, trifolii foliis, ſiliqua plana compreſſa. *Burm. zeyl.* 188. *t.* 84. *f.* 2.
Phaſeolus minimus fœtidus, floribus ſpicatis e viridi luteis, ſemine maculato. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 182. *t.* 115. *f.* 1.
Creſcit in America.
Caulis filiformis, craſſitieque fili, ſtriato-angulatus, parum tortus, ſpiraliter ſcandens, altitudinis humanæ. Rami ſolitarii ex ſingula folii ala, quo radici propriores, eo longiores, caulium ſervantes proprietates.
Folia ternata, petiolata. Petiolus digitorum 2 transverſorum, pentagonus, latere ſuperiori excavatus, baſi craſſiuſculus. Foliolum intermedium ovato-rhomboideum, angulo inſertionis obtuſiori & breviori, utrinque glabrum. Lateralia foliola dimidii digiti ſpatio ab apice petioli inſerta, intermedio ſimillima, ſed latere introrſum ſpectante minus gibbo, paulloque minora, ſingula petiolis propriis breviſſimis rotundis affixa. Stipularum par inſidet cauli ubique ad petioli exortum, aliudque longe minus, ad exortum foliolorum lateralium e petiolo, & ultimum par ad finem petioli communis ubi foliolum impar inſeritur.
Pedunculus ex iisdem alis cum ramis, ad rami latus, ſolitarius enaſcitur, longitudine dimidii digiti, teres, rectus, quinque vel ſex floribus pendulis inſtructus.
Floris ſinguli corolla tota flava, carina diphylla, reliqua vide in genere. Legumina parva; compreſſa, pendula, tri-vel tetraſperma, ſeminibus ſubrotundis, cinereis, punctis fuſcis.

4. DOLICHOS leguminibus gladiatis dorſo ſulcatis.
Phaſeolus maximus, ſiliqua enſiformi nervis inſignita & ſemine albo membranula incluſo. *Sloan. hiſt.* 1. *p.* 177. *t.* 114. *f.* 1, 2, 3.
Phaſeolus indicus, ſiliqua magna falcata, quaternis in dorſo nervis, cum eminentiis plurimis verrucoſis ſecundum longitudinem inſignita, fructu amplo niveo, hilo croceo. *Pluk. alm.* 292.
Creſcit in Jamaica *circa urbem St. Jago de la vega.*
Legumen pedale & maximum a Cl. Gronovio communicatum, e ſatis ſeminibus produxit plantam quæ imperfecta periit.
Dolichos eſt nomen Theophraſti, pro ſynonyma Phaſeoli habitum, quo hoc genus, inter Phaſeolum & Clitoriam medium, indigitavi; a Phaſeolis differt carina corollæ erecta, nec ut ea in ſpiram convoluta; a Clitoria vero flore & fructu. Phaſeoli enim genus nimis vaſtum & obſcure hucusque deſcriptum, absque ſuo damno hujus generis plantas dimittat.

CLITORIA. *g. pl.* 572.

1. CLITORIA foliis pinnatis.
Flos clitoridis ternatenſibus. *Breyn. cent.* 76. *t.* 31. *Raj. hiſt.* 890.
Flos clitorius, flore cœruleo. *Burm. zeyl.* 100.
Ternatea flore ſimplici cœruleo. *Tournef. act.* 1706. *p.* 84. *Dill. gen.* 155.
Phaſeolus foliis pinnatis. *Riv. tetr.* 40.
Phaſeolus indicus cœruleus, glycyrrhizæ foliis alatis, flore amplo clitorio. *Pluk. alm.* 294.
Schanga-cuſpi. *Rheed. mal.* 8. *p.* 69. *t.* 38.
α Ternatea flore ſimplici albido. *Tournef.*
Flos clitorius, flore albo. *Burm.*
β Ternatea flore pleno cœruleo. *Tournef.*
Phaſeolus indicus glycyrrhyzæ foliis, flore amplo cœruleo pleno. *Comm. hort.* 1. *p.* 47. *t.* 24.
Creſcit in Malabaria, Zeylona, Ternateis.
Variatio β flore pleno ſingularis eſt, paucis enim ſub hac claſſe militantibus plantis privilegium ludendi multiplicata corollâ conceſſit naturæ ſummus Author.

2. CLI-

DOLICHOS caule perenni lignoſo. *Hort. Cliff.* 360. *ſp.* 2.

a *Caulis truncatus cum unico ramo.*
b *Flos integer.*
c *Calyx cum Corollæ carina.*
d *Corollæ Vexillum reſupinatum.*
e *Filamenta novem coalita in vaginam.*
f *Filamentum decimum baſi arcum conſtituens ut nectario locum det.*

G. D. EHRET del. J. WANDELAAR fecit.

DOLICHOS minimus, floribus luteus. *Hort. Cliff.* 360. *ſp.* 3.

a *Caulis utinque truncatus, cum Stipulis oppoſitis & folio.*
b *Calyx.*
cc *Corollæ duo petala quæ Alæ dicuntur.*
dd *Corollæ alia duo petala carinam conſtituentia.*
e *Stamina decem diadelpha.*
f *Piſtillum.*
g *Legumen juſta magnitudine.*
h *Semen.*

G. D. EHRET del. J. WANDELAAR fecit.

2. CLITORIA foliis ternatis.
Phaſeolus flore vexillo ampliſſimo, ſiliquis rectis teretibus. *Plum. ſpec.* 8.
Planta leguminoſa braſiliana, phaſeoli facie, flore purpureo maximo. *Brcyn. cent.* 78. *t.* 32.
Creſcit in ſaltibus & dumetis Braſiliæ.
Habuimus & eandem flore albo.

GLYCINE. *g. pl.* 876.

1. GLYCINE radice tuberoſa.
Apios americana. *Corn. canad.* 200. *t.* 201. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 53.
Aſtragalus tuberoſus ſcandens, fraxini folio. *Tournef. inſt.* 415.
Aſtragalus perennis ſpicatus americanus, ſcandens caulibus, radice tuberoſa. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 102. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 1.
Creſcit in Virginia.

2. GLYCINE caule perenni.
Phaſeoloides caroliniana fruteſcens ſcandens, foliis pinnatis, floribus cœruleis ſpicatis. *Mill. dict.*
Creſcit in Carolina.
Plantam communicavit Cl. Miller, flores vel fructum non vidi, ex facie huc retuli, certum genus itaque determinet, qui fructificationem examinaverit.

TRAGACANTHA. *g. pl.* 569.

1. TRAGACANTHA. *Dalech. hiſt.* 1478. *f.* 1. *Bauh. pin.* 388. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 53.
Tragacantha ſive hirci ſpina. *Dod. pempt.* 751.
Tragacantha maſſilienſis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 407.
Tragacantha maſſilienſis, foliis incanis perſeverantibus ſeu non deciduis, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 113.
Aſtragalus aculeatus fruticoſus maſſilienſis, Tragacantha dictus. *Pluk. alm.* 60.
Creſcit circa Maſſiliam *ad littus maris, in Sicilia in aſcenſu montis* Ætnæ *quatuordecim ſupra Cataniam milliaribus, prope nivis repoſitoria, in loco tam frigido.*
Plures hujus generis ſpecies ſtatuunt Botanici, an ſpecie differant maxime dubito.
Singularis ſpinæ in hac planta ſpecies. Petiolus enim communis a caſu foliolorum ſeu pinnatum perſiſtit, perennat, accreſcit, induratur, acuitur, ut flores & folia dein enata intra haſce ſpinas ab animalium devaſtatione munita cuſtodiantur.

BISERRULA. *g. pl.* 568.

1. BISERRULA.
Aſtragalus purpureus annuus peregrinus, ſiliquis utrinque ſerræ ſimilibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 107. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 6.
Pelecinus vulgaris. *Tournef. inſt.* 417. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 55.
Securidaca peregrina. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 238.
Securidaca ſiliquis planis utrinque dentatis. *Bauh. pin.* 349.
Lunaria radiata robini. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 348.
Hedyſarum congeſtis & utrinque lunatis ſiliquis. *Barr. rar. t.* 1137.
Creſcit in lingula illa inter fretum Siculum *& portum* Zanclæum *procurrente & alibi circa* Meſſanam *frequens.*
Inquirendum utrum rectius hoc, & antecedens genus, Aſtragalis ſit adſociandum?

ASTRAGALUS. *g. pl.* 570.

1. ASTRAGALUS capitulis oblongis ſeſſilibus, calycibus & leguminibus lanatis.
Aſtragalus alpinus procerior alopecuroides. *Tournef. inſt.* 416. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 54?
Creſcit in Alpibus.
Planta ſpecioſiſſima, cujus ſpicæ griſea lana villoſæ, craſſitie tibiæ.

2. ASTRAGALUS capitulis globoſis, pedunculis longiſſimis, foliolis emarginatis.
Aſtragalus orientalis villoſiſſimus, capitulis rotundioribus, floribus purpureis. *Tournef. cor.* 29?
Creſcit in Oriente.

3. ASTRAGALUS capitulis fere ſeſſilibus, leguminibus erectis ſubulatis acumine reflexis.
Aſtragalus annuus, floribus & ſiliquis hirſutis plurimis, in foliorum alis ſeſſilibus. *Pluk. alm.* 60. *t.* 79. *f.* 3.
Aſtragalus annuus anguſtifolius, floſculis ſubcœruleis cauliculis adhærentibus. *Tournef. inſt.* 416. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 54.
Aſtragalus ſiliquis & foliis hirſutis, floribus parvis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 109. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 12.
Vicia ſeſamea apula. *Col. ecphr.* 1. *p.* 303.
Fœnu græco ſylveſtri tragi in quibusdam accedens planta. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 331.
Creſcit circa Monſpelium *ad epiſcopi caſtellum in loco arido, item* Citrinolæ *in reguli vinea Acquanema & agris ſterilibus* Italiæ.

4. ASTRAGALUS ſiliquis cordatis acutis pendulis lateribus connibentibus.
Aſtragalus pumilus, ſiliqua epiglottidis forma. *Tournef. inſt.* 416. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 54.
Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili flore albo minori tournefortii. *Herm. lugdb.* 76. *t.* 77.
Glaux hiſpanica. *Sloanei. Raj. hiſt.* 940.
α Aſtragalus ſupinus, ſiliquis villoſis glomeratis. *Tournef. inſt.* 416.
Aſtragalus hiſpanicus, ſiliqua epiglottidi ſimili, flore purpureo, major tournefortii. *Herm. lugdb.* 74. *t.* 75.
Aſtragaloides incana, flore purpureo, lentis ſiliquis. *Barr. rar. t.* 537. *f.* 1.
Creſcit in Hiſpania.

5. ASTRAGALUS leguminibus ſubgloboſis, floribus ſpicatis, caule erecto.
Aſtragalus luteus perennis, ſiliqua gemella rotunda veſicam referente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 108. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 9. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 54.
Glaux rivini. *Rupp jen.* 217.
Cicer ſylveſtre, foliis oblongis hiſpidis, majus. *Bauh. pin.* 347.
Cicer ſylveſtre multifolium. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 294.
Cicer ſylveſtre primum. *Dod. pempt.* 525.
Cicer ſylveſtre matthioli. *Dalech. hiſt.* 463.
Cicer ſylveſtre herbariorum. *Lob. hiſt.* 520.
Creſcit in agris cum ſegete inter Genevam *& oppidum* Jay.

6. ASTRAGALUS pedunculis folio longioribus, floribus laxe ſpicatis pendulis.
Aſtragalus alpinus minimus. *Act. ſvec.* 1732. *p.* 58. *Flor. lapp.* 267. *t.* 9. *f.* 1.
Aſtragalus alpinus, foliis viciæ, ramoſus & procumbens, flore glomerato oblongo albo-cæruleo. *Scheuch. alp.* 509. *f.* 7.
Creſcit in alpibus Lapponicis *vulgatiſſima, in Helveticis rarior.*
Vel hanc contra fidem deſcripſere nobis Authores vel diverſam involverunt ſub ſynonymis plantam, vel nimis ludit ſecundum loca ipſa planta.
Noſtra lapponica radice perenni, tenui, filiformi, depreſſa ramis terræ incumbentibus, geniculis quidem proximis abſolute non imbricatis; genicula amplectitur membrana ſemibifida, vix acuta, ex cujus ſinu exteriore petiolus erumpit. Caules breviſſimi ſunt, vix dimidii digiti longitudis ita terræ impreſſa, ut inter radicem & caulem ambigant; ex apice prodit pedunculus, folio longior, gerens ſpicam ſex vel decem florum, qui dum aperti penduli, alterni, calyce villis atris nigricantes. Vexillum albicans ſtriis cæruleo violaceis, præſertim verſus apicem, & reflexa latera quæ violacea ſunt. Carinæ apex parum violaceus, alæ & pars corollæ calyci proxima albæ. Germen petiolo dependens, oblongum, ventre gibbo, totum pilis nigris, uti calyx, aſperſum; legumen oblongum, flore vix longitudine ſuperans. Folia *pinnata, octo vel ſedecim pinnarum paribus, cum impari; foliolis in aliis ovatis, in aliis lanceolatis, vix manifeſte pubeſcentibus: ergo differt ab* Aſtragalo quodam montano, vel Onobrychide aliis. Bauh. hiſt. 2. p. 339. Onobrychide 4. Cluſ. hiſt. 2. p. 240. *quod lapponicæ plantæ radix tenuis ſit & filiformis, in Cluſiana vero radix imbricata.*

7. ASTRAGALUS leguminibus pendulis recurvis falcatis.
Aſtragalus monſpelianus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 234.
Aſtragalus luteus annuus monſpelianus procumbens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 108. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 10. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 53.
Securidaca lutea minor, corniculis recurvis. *Bauh. pin.* 349.
Securidaca altera ſive minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 347.
Securidaca minor. *Lob. hiſt.* 523.
Hedyſarum alterum. *Dod. pempt.* 546.
Creſcit in collibus circa Meſſanam *&* Monſpelium.

8. ASTRAGALUS leguminibus lunatis biventricoſis, caulibus procumbentibus.
Aſtragalus luteus perennis procumbens vulgaris ſeu ſilveſtris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 107. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 8.
Aſtragalus glycyphyllos. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 53.
Aſtragalus. *Riv. tetr.*
Glycyrrhiza ſylveſtris, floribus luteo-palleſcentibus. *Bauh. pin.* 352.
Glaux vulgaris leguminoſa ſive Glycyrrhiza ſylveſtris. *Raj. hiſt.* 935.
Glaux vulgaris, Glycyrrhiza ſilveſtris geſneri. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 233.
Fœnum græcum ſylveſtre vel Glycyrrhiza ſylveſtris quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 330.
α Aſtragalus glycyphyllos, folio minori rotundiori, apice exciſo. *Boerh.*
β Aſtragalus canadenſis, flore viridi flaveſcente. *Tournef. inſt.* 416.
Creſcit ad montium latera inque dumetis in Anglia, Gallia, Germania; *nec non in* Scania *campeſtri, immo & in ipſa* Dalekarlia *Sveciæ, in monte Hykie ad templum Elfdahlenſe in itinere Reuterholmiano-Dalekarlico eandem obſervavi plantam.*

9. ASTRAGALUS caule recto paniculato, pedunculis folio longioribus, floribus ſparſis.
Aſtragalus orientalis altiſſimus, folio galegæ, flore parvo flaveſcente. *Tournef. cor.* 29.
Creſcit in Oriente.

GALEGA. *g. pl.* 584.

1. GALEGA. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 342. *Dalech. hiſt.* 976. *Lob. hiſt.* 509. *Dod. pempt.* 548.
Galega vulgaris. *Bauh. pin.* 352. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 91. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 9. floribus cæruleis. *Tournef. inſt.* 398. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 45.
Caprago. *Cæſalp. ſyſt.* 249.

α Galega

DALEA. *Hort. Cliff.* 363. *ſp.* 1.

a *Caulis paulo ſupra baſin detruncatus.*
b *Flos juſta magnitudine, bractea exceptus.*
c *Bractea.*
d *Calyx diſſectus & axplicatus.*
e *Corollæ Carina.*
f *Stamina in vaginam definentia.*
g *Petalum unum ex quatuor uniformibus.*
h *Piſtillum.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

α Galega vulgaris, floribus ex cœruleo-purpureis. *Tournef.*
β Galega vulgaris, floribus penitus candicantibus. *Tournef.*
γ Galega africana, floribus majoribus & siliquis craſſioribus. *Tournef.*
Creſcit ad aquarum rivos in Italia *paſſim; intra Muram & Dravum flumina paulo ſupra eorum conjunctionem in* Hiſpania *abundantiſſima.*

DALEA. *g. pl.* 877.

1. DALEA. vide tab.
Creſcit in America, *Nobiſcum communicata a Cl. Millero.*
Caulis *e radice fibroſa, pedalis, leviſſime ſulcatus, rectus, filiformis, lævis, ſpica terminatus. Folia quinque ad decem usque alterna caulis, quo ſuperiora eo remotiora, ultimum a ſpica longius remotum. Folium ſingulum pinnatum eſt, conſtans quinque foliolorum paribus & impari; foliola lanceolata, obtuſa, integra, glabra, quo baſi propiora eo paulo minora.*
Ex alis duabus tribusve ſupremis foliorum exſurgunt rami ad angulum acutum, ſemipedales, ſpica terminati, foliis & ramulis, lege eadem qua caulis, inſtructi, ut & hi ramuli deinceps, ſed contractiora omnia.
Spica ſolitaria, terminatrix, ovata & compacta (ferme lagopi) conſtans Bactreis lanceolatis, margine hirſutis, longitudine floſculorum; ſingula bractea ſingulum florem includente, ejusdemque longitudinis; Calyx villoſus; Corolla ſaturate cærulea parva, reliqua in generibus plantarum vide.
Dixi plantam in Honorem D. Samuelis Dale *ex Pharmacologia Clari.*

CORONILLA. *g. pl.* 599.

1. CORONILLA leguminibus teretibus, unguibus corollæ brevibus, caule fruticoſo.
α Coronilla ſive Colutea minima. *Lob. hiſt.* 529. *Tournef. inſt.* 650. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50.
Polygala valentina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 98. *Dalech. hiſt.* 489.
Polygala altera. *Bauh. pin.* 349.
Polygala montana italica, flore aureo. *Barr. t.* 721.
Colutea ſive Polygala valentina 1 Cluſii. *Moriſ. hiſt* 2. *p.* 122. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 10.
Coluteæ parva ſpecies, Polygala valentina Cluſ. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 383.
β Coronilla hiſpanica fruteſcens major. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50.
Polygala major maſſiliotica. *Bauh. pin.* 349.
Colutea ſcorpioides quædam, ſive Polygalæ cortuſi ſimilis planta ſed major. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 382.
Creſcit in agro Salmanticenſi, Murciano, Valentino *locis arenoſis & collium declivibus; inque clivis maritimis prope Salernum Regni* Neapolitani.
Diſſerunt α & β, *quod a minor ſit & ſtipulas gerat ſubrotundas magnas, at* β *quæ major ſtipulas lanceolatas minimas.*

2. CORONILLA leguminibus teretibus toroſis, unguibus corollæ brevibus, foliolis glabris, caule herbaceo.
Coronilla herbacea, flore vario. *Tournef. inſt.* 650. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 51.
Securidaca 2, altera ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 237.
Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis. *Bauh. pin.* 349.
Polygala dumetorum major, ſiliquis articulatis, flore vario. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 119. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 4.
Melilotus quinta tragi. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 349.
α Coronilla herbacea, flore vario pleno. *Tournef.*
Creſcit ad agrorum margines, inque pratis & agris, ſecundum vias, per univerſam Pannoniam, Auſtriam, Stiriam, Moraviam, Bohemiam *& variis aliis locis* Germaniæ.

3. CORONILLA leguminibus falcato-gladiatis.
Securidaca vera, plurimis floſculis luteis corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis inter granum & granum junctis, ſeminibus quadratis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 80. *ſ.* 2. *t.* 6. *f.* 10.
Securidaca vera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 236.
Securidaca lutea major. *Bauh. pin.* 348. *Tournef. inſt.* 399. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 52.
Securidaca flore luteo, ſiliqua lata oblonga. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 345.
Securidaca. *Cæſalp. ſyſt.* 248.
Hedyſarum primum. *Dod. pempt.* 546. *Dalech. hiſt.* 445. *f.* 2 & 4.
Creſcit inter ſegetes in Hiſpania.

4. CORONILLA corollarum unguibus calyce triplo longioribus, pedunculis bifloris.
Emerus. *Cæſalp. ſyſt.* 117. *Tournef. inſt.* 650. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 49.
Colutea ſcorpioides. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 381. *Dalech. hiſt.* 217.
Colutea ſcorpioides 1 elatior. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 97.
Colutea ſcorpioides elatior & major fruteſcens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 122.
Colutea ſiliquoſa ſive ſcorpioides major. *Bauh. pin.* 397. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 7.
α Emerus minor. *Tournef. inſt.* 650.
Colutea ſiliquoſa minor. *Bauh. pin.* 397.
Colutea ſcorpioides humilis. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 382.
Creſcit in collibus circa Genevam, Monſpelium & Salernum; *at* α *in vicinis* Viennæ *ad Calenberg, & in nonnullis* Pannoniæ *montanis locis.*

ORNITHOPUS. *g. pl.* 598.

1. ORNITHOPUS foliolis pinnatis, leguminibus compreſſis rugoſis.
Ornithopoidium ſcorpioides, ſiliqua compreſſa. *Tournef. inſt.* 400.
Ornithopodium aigokeraton. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 125. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 15.
Ornithopodia affinis hirſuta ſcorpioides. *Bauh. pin.* 350.
Scorpioides leguminoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 349. *Dalech. hiſt.* 493. *Lob. adv.* 403.
Creſcit circa Meſſanam Siciliæ & Neapolim *Italiæ.*

2. ORNITHOPUS foliis pinnatis, articulis leguminum ſubrotundis levibus.
Ornithopodium majus. *Bauh. pin.* 350. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 124. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 13. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50.
Ornithopodium flore flaveſcente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 350.
Ornithopodium. *Dod. pempt.* 544. *Lob. hiſt.* 527. *Dalech. hiſt.* 486.
α Ornithopodium minus. *Bauh. pin.* 350.
Ornithopodium perpuſillum. *Lob. ad.* 403. *Dalech. hiſt.* 487.
β Ornithogalum radice nodoſa. *Raj. hiſt.* 931.
Ornithogalum radice tuberculis nodoſa. *Bauh. pin.* 350.
Ornithopodium tuberoſum. *Dalech. hiſt.* 486.
Creſcit in locis ſteriliſſimis, arenoſis, glareoſis, arvis ſiccioribus, in apricis & ſecus vias Angliæ, Geldriæ, *præſertim juxta* Harderwicum *minima hæc planta vulgatiſſima eſt.*

3. ORNITHOPUS foliis ternatis fere ſeſſilibus appendiculatis, impari maximo.
Ornithopodium portulacæ folio. *Tournef. inſt.* 400. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50.
Scorpioides pinguifolium triphyllon, corniculis articulatis intortis. *Pluk. alm.* 337.
Scorpioides portulacæ folio. *Bauh pin.* 287.
Scorpioides portulacæ folio, corniculis longioribus tenuioribus ac articulatis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 127. *ſ.* 2. *t.* 11. *f.* 5
Scorpioides matthioli. *Dod. pempt.* 71. *Dalech. hiſt.* 1353.
Telephium dioſcoridis ſeu Scorpioides ob ſiliquarum ſimilitudinem. *Bauh. pin.* 287.
Telephium dioſcoridis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 896.
Telephium vulgo, Herba amoris. *Cæſalp. ſyſt.* 250.
Creſcit in vineis circa Liburnum, Meſſanam, Monſpelium.

SCORPIURUS. *g. pl.* 597.

1. SCORPIURUS.
Scorpioides bupleuri folio. *Bauh. pin.* 287. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 52. corniculis aſperis hirſutis minus contortis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 127. *ſ.* 2. *t.* 11. *f.* 1.
Scorpioides repens, bupleuri folio. *Lob. hiſt.* 244.
Scorpioides prius. *Dod. pempt.* 71.
Scorpioides ſiliqua campoide hiſpida. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 899.
Auricula leporis. *Cæſalp. ſyſt.* 248.
α Scorpioides bupleuri folio, corniculis aſperis magis in ſe contortis & convolutis. *Moriſ. ibid f.* 2.
Campoides hiſpida. *Rupp. jen.* 215.
β Scorpioides ſiliqua craſſa bœlii. *Tournef. inſt.* 52.
Scorpioides bupleuri folio, corniculis craſſioribus & magis ſpongioſis inſtar litui contortis & in ſe convolutis. *Moriſ. ibid f.* 3.
γ Scorpioides bupleuri folio, ſiliquis levibus. *Tournef.*
δ Scorpioides ſiliquis ſingularibus villoſis. *Raj. hiſt.* 930.
Creſcit in Gallia Narbonenſi *circa Monſpelium.*
Exemplum evidentiſſimum præbet hæc planta varietatum fructus in legumine.

HIPPOCREPIS. *g. pl.* 596.

1. HIPPOCREPIS leguminibus ſolitariis fere ſeſſilibus.
Ferrum equinum, ſiliqua ſingulari. *Bauh. pin.* 349. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 117. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 1. *Tournef. inſt.* 400. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 53.
Solea equina. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 347.
Sferra cavallo *Cæſalp. ſyſt.* 249.
Creſcit in Italia circa Liburnum & Neapolim.
Hujus legumen a parte inferiore, ſeu margine ſuperiore inciſum eſt.

2. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis margine interiori lobatis.
Ferrum equinum, ſiliqua multiplici. *Bauh. pin.* 349. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 118. *ſ.* 2. *t.* 10. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 52.
Ferrum equinum alterum polykeraton. *Col. ecphr.* 1. *p.* 300.
Creſcit in locis ſterilibus la garrigue dan Tarral prope Monſpelium, *in incultis depreſſis montis* Ceti; *in ſoli expoſitis* Valvenſium *montoſis.*

3. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriori lobatis.
Ferrum equinum germanicum, ſiliquis in ſummitate. *Bauh. pin.* 346. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 52.
Ornithopodio affinis vel potius ſoleæ vel ferro equino herba. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 348.
Creſcit in montoſis ſolo cretaceo Angliæ; *circa* Monſpelium, *in* Æquicolorum *montibus &* Capucinorum *ſylva.*

HEDY-

HEDYSARUM. *g. pl.* 595.

1. HEDYSARUM foliis ternatis & ſolitariis, caule hiſpido fruticoſo.
Hedyſarum americanum triphyllum caneſcens, floribus albis ſpicatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 51.
Onobrychis americana, floribus ſpicatis, foliis ternis caneſcentibus, ſiliculis aſperis. *Pluk. alm.* 270. *t.* 308. *f.* 7.
Creſcit in America.
Caulis fruteſcens. Folia petiolata ternata ovata, foliolo intermedio petiolato; Caulis & tota planta pilis admodum ſcabra. Differt tamen noſtra ab authorum prædicta, quod flores minutiſſimi & purpureo cæruleſcentes ſint in noſtra, in eorum vero majores.

2. HEDYSARUM foliis radicalibus ſimplicibus, caulinis ternatis, floribus laxe ſpicatis, leguminibus undulatis.
Hedyſarum triphyllum canadenſe. *Corn canad.* 44. *t.* 45.
Onobrychis major perennis canadenſis triphylla, ſiliculis articulatis aſperis triangularibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 130. *ſ.* 2. *t.* 11. *f.* 9.
Creſcit in Canada.

3. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articulatis aculeatis.
Hedyſarum clypeatum, flore ſuaviter rubente. *Tournef. inſt.* 401. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 51.
Hedyſarum alterum clypeatum. *Lob. hiſt.* 523.
Onobrychis major perennis, ſiliculis articulatis aſperis clypeatis recta junctis, flore ruberrimo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 129.
Onobrychis, ſemine clypeato aſpero, major. *Bauh. pin.* 350.
Onobrychis altera. *Dod. pempt.* 549.
Aſtragalus romanus ſive Hedyſarum clypeatum, ſiliqua aſpera. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 315.
α Hedyſarum clypeatum, flore albido. *Tournef. inſt.* 401.
Creſcit in pratis Senenſium *& montibus* Meſſanæ *imminentibus.*

4. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus ſubrotundis aculeatis.
Onobrychis folio viciæ, fructu echinato, major. *Bauh. pin.* 350. floribus dilute rubentibus. *Tournef. inſt.* 390.
Onobrychis major, ſiliculis echinatis criſtatis in ſpica digeſtis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 131. *f.* 2. *t.* 11. *f.* 10. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 47.
Onobrychis. *Dod. pempt.* 548. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 232.
Lupinus ſylveſtris ruſticorum. *Cæſalp. ſyſt.* 247.
Caput gallinaceum belgarum. *Lob. hiſt.* 527.
Polyganon geſneri. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 335.
α Onobrychis, fructu echinato, minor. *Bauh. pin.* 350.
Onobrychis minor, ſiliculis echinatis criſtatis, majoribus & craſſioribus aculeis præditis donata. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 131.
β Onobrychis ſeu Caput gallinaceum minus, fructu maximo inſigniter echinato. *Tournef.*
γ Onobrychis, foliis viciæ, fructu echinato, major, floribus eleganter rubentibus. *Tournef.*
δ Onobrychis, foliis viciæ, fructu echinato, major, floribus albis. *Tournef.*
Creſcit in pratis ſterilibus apricis, præſertim ſolo cretaceo, rarius in Anglia, *copioſe in* Bohemia, *vulgaris circa* Genevam.

ÆSCHYNOMENE. *g. pl.* 878.

ÆSCHYNOMENE caule ſcabro, folio infimo quadripinni.
Hedyſarum annuum majus zeylanicum, mimoſæ foliis. *Tournef. inſt.* 402. *Burm. zeyl.* 119.
Onobrychis annua zeylanica, mimoſæ foliis, ſiliquis articulatis aſperis, major. *Herm. lugdb.* 458.
Mimoſa non ſpinoſa major zeylanica. *Breyn. cent.* 51. *t.* 52.
Mimoſa non ſpinoſa major zeylanica. *Raj. hiſt.* 982.
Creſcit in aquoſis Zeylonæ *&* Americæ.
Omni nocte, diſcedente ſole, concinne folia claudit, & quaſi viſu polleret, dormit in proximum matutinum tempus, quo iterum expergefacta, folia expendit, & foliolis ſuperbit.
Si copioſo potu deſtituatur planta procumbens evadit, tabida & marceſcens perit, faciemque longe diverſam induit; brevique emoritur; alias erecta perſtat.
Plures ſpecies hujus generis in America occurrunt.

COLUTEA. *g. pl.* 593.

1. COLUTEA foliolis obverſe cordatis, caule arboreo.
Colutea veſicaria. *Bauh. pin.* 396. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 380. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 39.
Colutea. *Dod. pempt.* 784. *Lob. hiſt.* 530.
Emerus alterius generis. *Cæſalp. ſyſt.* 117.
α Colutea veſiculis rubentibus. *Tournef. inſt.* 649.
β Colutea orientalis, flore ſanguinei coloris, lutea macula notato. *Tournef. cor.* 44.
Colutea africana, ſennæ foliis, flore ſanguineo. *Comm. rar.* 11. *t.* 11.
Creſcit in montanis quibusdam Auſtriæ, *& circa* Monſpelium; *in Italia multis in locis, præſertim in lateribus & prope ſummitatem montis* Veſuvii *in aſcenſu ad Craterem, ubi nullæ fere aliæ plantæ.*
Huic Vexillum maximum obverſe-cordatum reflexum totum. Alæ ſurſum flexæ, carinâ breviores. Carina lunulata, incurva.

2. COLUTEA foliolis ovato-lanceolatis, caule fruticoſo.
Colutea æthiopica, flore purpureo. *Breyn. cent.* 70. *t.* 29.
Colutea æthiopica, flore phœniceo, barbæ jovis folio. *Breyn. prod.* 1. *p.* 30. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 39.
Creſcit in Æthiopia.
Huic vexillum oblongum, lateribus reflexis, apice acute aſſurgens. Alæ omnium minimæ, perianthio ipſo breviores, ſubque eo reconditæ. Carina longiſſima, erecta.

3. COLUTEA foliis linearibus, caule herbaceo.
Colutea africana annua, foliis parvis mucronatis, veſiculis compreſſis. *Comm. hort.* 2. *p.* 87. *t.* 44.
Creſcit in Africa.

OROBUS. *g. pl.* 591.

1. OROBUS caule ramoſo.
Orobus ſylvaticus, viciæ foliis. *Bauh. pin.* 352. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 46.
Orobus ſylvaticus, viciæ foliis, ſiliquis propendentibus, floribus purpuraſcentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 78. *ſ.* 2. *t.* 6. *f.* 6.
Orobus pannonicus 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 230.
Aſtragalus major fuchſio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 354.
Aſtragaloides. *Dod. pempt.* 551.
α Orobus ſylvaticus, viciæ foliis, caulibus rubentibus. *Tournef. inſt.* 393.
Creſcit in paſcuis montoſis exaridis, inque montium præcipitiis in Svecia, *in* Germania *paſſim, in montis* Salevæ *ſylvoſis prope Genevam.*
Radix dulciſſima eſt, & planta exſiccata evadit tota atra; legumina pendula; paleæ juxta baſin denticulatæ; caulis anguloſus.

2. OROBUS caule ſimpliciſſimo, foliolis pluribus ovatis acutis.
Orobus purpureus ſylvaticus vernus. *Bauh. pin.* 351. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 46.
Orobus ſylvaticus perennis vernus, ſiliquis erectis, flore purpureo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 93. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 10.
Orobus pannonicus 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 230.
Galega nemorenſis verna. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 343.
α Orobus ſylvaticus, pallido flore. *Bauh. pin.* 351.
Orobus pannonicus 4. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 231.
β Orobus latifolius, parvo flore purpureo. *Bauh. pin.* 351.
Orobus venetus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 232.
γ Orobus latifolius, parvo flore prorſus albo. *Tourneſ. inſt.* 393.
Creſcit in montoſis ſepibus in Svecia, Germania, Pannonia. *Floret primo vere.*
Caulis erectus, folia & foliola patentiſſima, legumina erecta.
Si figura cluſii vera eſt, utique & α. β. γ. hujus ſpeciei varietates.

3. OROBUS caule ſimpliciſſimo, foliolis pluribus lanceolatis oblongis.
Orobus ſylveſtris anguſtifolius, aſphodeli radice. *Bauh. pin.* 351.
Orobus ſilvaticus noſtras, ſiliquis propendentibus, tuberoſa radice. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 78. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 11. & *t.* 21. *f.* 6.
Orobus pannonicus 3. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 231.
Orobus quorundam, radice bulboſa, flore albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 326.
α Orobus ſylvaticus, foliis oblongis glabris. *Tourneſ. inſt.* 393. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 46.
Aſtragalus ſylvaticus, foliis oblongis glabris. *Bauh. pin.* 351.
Aſtragaloides ſive Aſtragalus ſylvaticus, aſtragalo magno fuchſii vel chamæbalano leguminoſæ affinis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 334.
β Orobus pyrenaicus, foliis nervoſis. *Tourneſ.*
γ Orobus latifolius repens, ſiliqua parva. *Boerh.*
Creſcit in pratis & paſcuis minus humidis per totam Sveciam *vulgatiſſima, nec non frequens in* Germania, Anglia, Gallia.
Hujus caulis oblique extenditur, folia minus patentia, radix nodoſa; legumina nec erecta nec pendula.

4. OROBUS caule ſimpliciſſimo, foliolis binis ovatis.
Orobus latifolius repens, flore cœruleo, foliis & ſiliquis hirſutis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 46.
Creſcit . . . .
Caulis ſpithamæus, anguloſus, alternatim inflexus, aſcendens; Foliola duo, ovata, parum acuta, nervoſa, ſtriata (in noſtra glabra), inſidentia Petiolo communi, longitudine folii, patulo, terminato intra foliola ſetulâ depreſſa recta brevi. Stipulæ foliaceæ, duæ, oppoſitæ, ovatæ, acuminatæ, ſagittatæ, magnitudine fere folioli, cauli inſidentes, petiolum excipientes. Pedunculus ex ala folii ſolitarius, in eadem planta ſæpe geminus, petiolo triplo vel quintuplo longior, erectus, quatuor vel quinque flores alternos verſus apicem ferens.

LATHYRUS. *g. pl.* 590 & 576.

1. LATHYRUS foliis ſolitariis, cirrho terminatis.
Lathyrus ſylveſtris minor. *Bauh. pin.* 344.
Lathyrus anguſtifolius erectus, folio ſingulari, ſine capreolis, niſſoli. *Magn. hort.* 112. *t.* 112.
Niſſolia vulgaris. *Tourneſ. inſt.* 25. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 25.
Ervum ſilveſtre. *Dod. pempt.* 529. *Lob. hiſt.* 518.
Catanance. *Dalech. hiſt.* 1366.

Creſcit

Creſcit circa Monſpelium *in pratorum marginibus.*
Caulis rectus, ſimpliciſſimus; folia enſiformia, ſeſſilia cirrho termiatrici; pedunculi ſolitarii, uniflori.

2. LATHYRUS cirrhis aphyllis.
Lathyrus luteus annuus, foliis convolvuli minoris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 52. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 7.
Vicia lutea, foliis convolvuli minoris. *Bauh. pin.* 345.
Vicia quæ Pitine anguillaræ, ſiliqua lata, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 316.
Aphaca. *Cæſalp. ſyſt.* 236. *Lob. hiſt.* 518. *Tournef. inſt.* 399. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 45.
Creſcit inter ſegetes in Anglia, Gallia, Italia.
Dubitavi quondam (*g. pl.* 576) *hanc ſpeciem Lathyris miſcere, at examinatis poſtea pluribus ſpeciebus Lathyri, deque eſſentiali charactere certior factus, cum Moriſono non diſtinguendos eſſe Lathyros & Aphacam ſtatuo.*
Folia iſta paria ad exortum cirrhi, ſunt ſtipulæ, ut in ſequentibus omnibus, & vera folia in hac ſpecie nulla; majores itaque factæ ſunt in hac ſpecie ſtipulæ, quo foliorum vices ſuppleant.

3. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, radicibus etiam ſub terra fructificantibus.
Lathyrus amphicarpos, ſupra & infra terram ſiliquas gerens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 51. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 42.
Vicia ſiliquas ſupra & infra terram ſiliquas gerens. *Tournef. inſt.* 347.
Viciæ ſimilis, ſupra & infra terram fructus gerens. *Bauh. pin.* 347.
Arachidna vel potuis Arachoides honorii belli. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 323.
Creſcit in Aſia & Syria.
Radix filiformis hinc inde tuberculis ovatis ſeſſilibus inſtructa.
Cauli plures infirmi ancipites, petioli lineares, terminati cirrho tenui cum foliolis duobus lanceolatis, & ſtipulis duabus ovato-acutis baſi denticulo prominentibus. Pedunculi ſolitarii, tetragoni, foliis longiores, uniflori.
Caules alii, foliis nudi, teretiuſculi, ſub terra repentes, albidi, flores & fructus ferunt, abſolute perfectos & caulinis ſimiles, ſed flores minores, cum expandi nequeant. Mirum exemplum!

4. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus compreſſis ovatis: dorſo bimarginatis.
Lathyrus ſativus, flore fructuque albo. *Bauh. pin.* 343. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Lathyrus anguloſo ſemine. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 306.
Lathyrus ſativus minor, ſemine anguloſo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 52.
Lathyrus ſive Cicercula. *Dod. pempt.* 522.
α Lathyrus ſativus, flore purpureo. *Bauh. pin.* 344.
Lathyrus flore rubro. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 307.
Aracus ſive Cicera. *Dod. pempt.* 523.
Cicercula. *Cæſalp. ſyſt.* 234.
β Lathyrus anguſtifolius, ſemine maculoſo. *Bauh. pin.* 344.
Lathyrus ægyptiacus ſive Aracus hiſpanicus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 56. *ſ.* 2. *t.* 3. *f.* 3.
Cicercula ægyptiaca. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 236.
γ Lathyrus annuus, flore cœruleo, ochri ſiliqua. *Herm. lugdb.* 357.
Lathyrus anguſtifolius, ſiliqua alata, vexillo cœruleo, alis variegatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Creſcit in Ægypto & Hiſpania. *Raj.*

5. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, radice tuberoſa.
Lathyrus arvenſis. *Riv. mon.*
Lathyrus arvenſis repens tuberoſus. *Bauh. pin.* 334. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Lathyrus arvenſis, radice tuberoſa repente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 51. *ſ.* 2. *t.* 2. *f.* 1.
Apios. *Fuch. hiſt.* 131.
Pſeudo-apios. *Matth. dioſc.* 785.
Chamæ-balanus leguminoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 324.
Terræ glandes. *Dod. pempt.* 550.
Creſcit in agris inter ſegetes in Brabantia, Geldria, *circa* Genevam *& alibi.*

6. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodii nudis.
Lathyrus ſylveſtris luteus, foliis viciæ. *Bauh. pin.* 344.
Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 304.
Lathyrus ſylveſtris & dumetorum, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 44. *ſ.* 2. *t.* 2. *f.* 2. *mal. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Creſcit in dumetis, ſepibus & nemoribus per Sveciam, Germaniam, Angliam, Hollandiam, Galliam.
Perennat radice.

7. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, internodis membranaceis.
Lathyrus major latifolia, flore majore purpureo, ſpecioſior. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 303.
Lathyrus latifolius. *Bauh. pin.* 344. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 51. *ſ.* 2. *t.* 2. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 41.
α Lathyrus latifolius, flore albo. *Tournef. inſt.* 395.
β Lathyrus latifolius minor, flore majore. *Boerh.*
Creſcit in ſylvis in agro Monſpeliano; *rarius in* Anglia.

8. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus.
Lathyrus ſylveſtris major. *Bauh. pin* 344.
Lathyrus ſilveſtris. *Dod. pempt.* 523. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 129.
Lathyri majoris ſpecies, flore rubente & albido minore, dumetorum ſive germanicum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 302.
Creſcit in pratis exaridis & montoſis ac ſepibus in Svecia, Germania, Anglia.

9. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovato-oblongis.
Lathyrus ſiculus. *Rupp. jen.* 210.
Lathyrus diſtoplatyphyllos hirſutus mollis, magno & peramæno flore odore. *Comm. hort.* 2. *p.* 159. *t.* 80. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Creſcit in Sicilia, *ſi nomini fides.*

10. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis polyphyllis, alarum ſtipulis dentatis.
Clymenum flore vario, ſiliqua plana. *Tournef. inſt.* 396. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 43.
Creſcit in Agro Tingitano.

11. LATHYRUS pedunculis ſæpius unifloris, cirrhis polyphyllis, foliolis alternis.
Lathyrus, anguſtiſſimo folio, americanus variegatus. *Bauh. pin.* 344.
Lathyrus annuus, ſiliquis orobi. *Raj. hiſt.* 898.
Lathyrus vicioides, floris vexillo phœniceo, foliis labialibus ſubalbeſcentibus, ſiliquis orobi. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 55. (figura non).
Clymenum hiſpanicum, flore vario, ſiliqua articulata. *Tournef. inſt.* 396. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 43.
Creſcit in Betica Hiſpaniæ.

12. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis.
Lathyrus foliis pinnatis, pedunculis multifloris. *Fl. lapp.* 271.
Lathyrus paluſtris, flore orobi nemorenſis verni. *Rupp. jen.* 210. *t.* 1.
Lathyrus viciæformis, ſeu vicia lathyroides noſtras. *Raj. hiſt.* 899.
Vicia lathyroides noſtras ſ. Lathyrus viciæformis. *Pluk. alm.* 387. *t.* 71. *f.* 2.
Clymenum pariſienſe, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 396.
Creſcit in pratis ſubhumidis Norlandiæ, Lapponiæ & Sveciæ, *copioſe circa Upſaliam & Pariſias.*

VICIA. *g. pl.* 587.

1. VICIA pedunculis multifloris, caule fruticoſo.
Vicia multiflora caſſubica fruteſcens, ſiliqua lentis. *Breyn. prod.* 1. *p.* 52. *Pluk. alm.* 387. *t.* 72. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Lens ungarica. *Schuyl. lugdb.* 45.
Creſcit ad ſylvarum nonnullarum margines in Caſſubia.
Caulis ex ſingula ala inferiore ramum emittit, e ſuperiore vero ut & e ramis pedunculos multifloros. Foliolorum quatuordecim circiter paria, ſingula glabra, ovato-oblonga, obtuſa cum acumine vix manifeſto. Stipulæ foliaceæ lanceolatæ ſunt, absque manifeſto, a parte inferiore, appendice.

2. VICIA pedunculis multifloris, ſtipulis utrinque acutis integris.
Vicia multiflora. *Bauh. pin.* 345. *Raj. hiſt.* 903. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 44. *Vaill. pariſ.* 203.
Vicia perennis multiflora ſpicata cærulea ſepiaria. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 61. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 1.
Vicia multiflora perennis nemorenſis ſive dumetorum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 314.
Cracca. *Riv. tetr.* 58. *Rupp. jen.* 212.
α Vicia perennis incana multiflora. *Tournef. inſt.* 397.
β Vicia perennis multiflora, majori flore cæruleo ex albo mixto. *Tournef.*
γ Vicia ſylveſtris ſpicata. *Bauh. pin.* 345.
Vicia ſilveſtris 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 235. *deſcr.*
δ Vicia onobrychidis flore. *Bauh. pin.* 345. *prod.* 149.
Creſcit in dumetis, ſepibus, pratis, nemoribus & agris inter ſegetes in Lapponia, Svecia, Dania, Norvegia, Germania, Anglia, Gallia.
Fulcrum foliorum lineari-lanceolatum eſt & baſi dente appendiculatum; a loco & per ſe multum variat, hinc tanta in vulgatiſſima planta orta confuſio, hinc plures varietates, quam quas unquam Vaillantius recenſuit.

3 VICIA pedunculis circiter quinquefloris longitudine foliorum.
Vicia benghalenſis hirſuta & incana, ſiliquis piſi. *Herm. lugdb.* 623. *t.* 625. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 44.
Creſcit paſſim in tractu Benghalenſi.
Facie planta & fulcro cum antecedente convenit, differt autem radice annua, floribus majoribus paucioribus, leguminum figura.

4. VICIA leguminibus erectis, petiolis polyphyllis, folioliolis acumine emarginatis, ſtipulis dentatis.
Vicia vulgaris ſativa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 310.
Vicia ſativa vulgaris, ſemine nigro. *Bauh. pin.* 344. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 43.
α Vicia ſativa vulgaris, ſemine cinereo. *Tournef. inſt.* 396.
β Vicia albo ſemine. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 311.
Vicia ſativa alba. *Bauh. pin.* 344.
γ Vicia folio magno atro-viridi apice aculeato, ſiliqua ſingulari quaſi articulata, ſemine nigreſcente cinereo. *Boerh.*
δ Vicia flore albo, ſiliqua longa glabra. *Boerh.*
Creſcit in agris inter ſegetes frequens per Europam.
Huic foliola emarginata cum acumine; nunc obverſe ovata, nunc linearia; in aliis glabra, in aliis hirſuta; floris color & fructus figura variat; ex ala foliorum interdum fructificatio unica, fere ſeſſilis, interdum plures communi brevi pedunculo; hinc tot ſpecies ſuperfluæ; radix annua eſt.

5. VICIA leguminibus aſcendentibus, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis acutis integerrimis.
Vicia ſepium, folio rotundiore acuto. *Bauh. pin.* 345.

α Vicia

α Vicia maxima dumetorum. *Bauh. pin.* 345.
Vicia ſepium perennis. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 313. *Raj. hiſt.* 901. *Pluk. alm.* 387.
Creſcit in ſepibus frequens per Europam.
Radix perennis, repens; folia ovata cum acumine, non emarginata.

6. Vicia petiolis tetraphyllis cirrhiferis.
Vicia ſupina, latiſſimo folio non ſerrato. *Tournef. inſt.* 397. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 43.
Vicia narbonenſis maxima, fructu rotundo atro, foliis ſerratis & integris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 61. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 3.
Aracus fabaceus & Faba Kayrina, cui ſemina minora. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 286.
Faba ſylveſtris, fructu rotundo atro. *Bauh. pin.* 338.
Faba ſylveſtris græcorum. *Lob. hiſt.* 510.
Bœna ſilveſtris. *Dod. pempt.* 516.
Creſcit in campeſtribus Apuliæ, Narbonæ, Aquitaniæ.

7. Vicia caule recto, petiolis absque cirrhis.
Faba. *Cæſalp. ſyſt.* 130. *Bauh. pin.* 338.
Faba flore candido, lituris nigris conſpicuo. *Tournef. inſt.* 391.
Faba, Cyamus leguminoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 279.
Faba major ſive Bona major. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 83. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 1.
Bœna ſive Phaſeolus. *Dod. pempt.* 513.
α Faba flore ex purpura nigreſcente. *Tournef.*
β Faba ſiliqua & ſemine latiore. *Boerh.*
γ Faba minor ſive equina. *Bauh. pin.* 338.
δ Faba minor fructu nigro. (var.) *Bauh.*
Creſcendi locus plantarum cultiſſimarum ab omni ævo apud Botanicos obſcurus fuit.

8. Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis cirrhoſis, foliolis ovatis: infimis ſeſſilibus.
Piſum ſylveſtre, fructu viciæ. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 42.
Piſum ſpontaneum nanum inter triticum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 46. *ſ.* 2. *t.* 1. *f.* 6.
Creſcit inter ſegetes Angliæ. Moriſ.
Facies totius plantæ Piſi primæ ſpeciei adeo ſimilis, ut ipſiſſimam primo intuitu crederet quis plantam, at pedunculi, flores & fructus viciæ 2dæ ſimillimi. Caulis enim eſt anguloſus, ſtriatus; petiolus patens, filiformis, ſpithamæus, cui tria vel quatuor foliolorum paria affixa, quorum ſuperiora gradatim minora, infirmum vero par ad alam petioli ſeſſile; ſingula horum ovata, vix emarginata cum acumine, glabra, integerrima, latitudine pollicis, remota; terminatur dein petiolus in cirrhum trifidum; ſtipulæ minimæ, dentatæ vel angulatæ. Pedunculus longitudine petioli ſpicam florum dependentium verſus ſummitatem gerit, corolla alba.
Species hujus generis, quæ in pedunculo longitudine petioli flores numeroſos gerunt, hæ fructu gaudent pendulo, Rivinianis Craccæ *dictæ; quæ vero floribus fere ſeſſilibus & paucioribus in foliorum alis, erectum ferunt fructum, Rivinianis* Viciæ *nominatæ.*

Pisum. *g. pl.* 589.

1. Pisum ſtipulis crenatis.
Piſum arvenſe. *Bauh. pin.* 342. fructu albo. *Tournef. inſt.* 394. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 40.
Piſum minus. *Dod. pempt.* 521.
Piſum arvenſe, fructu viridi. *Tournef.*
Piſum arvenſe, fructu cinereo. *Tournef.*
Piſum arvenſe, fructu cæruleo. *Tournef.*
Piſum arvenſe, fructu nigro. *Tournef.*
Piſum arvenſe, fructu nigra linea maculato. *Boerh.*
Piſum arvenſe, flore roſeo, fructu variegato. *Tournef.*
α Piſum majus quadratum. *Bauh. pin.* 342. fructu cinerei coloris. *Tournef.*
Piſum majus quadratum, fructu candido. *Tournef.*
Piſum majus quadratum, fructu ſubflavo. *Tournef.*
β Piſum hortenſe majus. *Bauh. pin.* 342. flore fructuque albo. *Tournef.*
Piſum hortenſe majus, flore purpureo. *Tournef.*
Piſum hortenſe majus, flore fructuque variegato. *Tournef.*
γ Piſa ſine cortice duriore. *Bauh. pin.* 343.
Piſa ſine tunicis durioribus, in ſiliqua magna alba. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 300.
Piſum cortice eduli. *Tournef. inſt.* 394.
δ Piſum umbellatum. *Bauh. pin.* 342.
Piſum erectius comoſum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 299.
ε Piſum humile, caule firmo. *Tournef. inſt.* 394.
Piſa nana rotunda, ſine adminiculis, erecta. *H. pariſ.* 143.
Creſcit inter ſegetes vulgaris in Europa.
Radix hujus annua eſt, nec repens.

2. Pisum ſtipulis integerrimis.
Piſum marinum. *Raj. hiſt.* 892. *Fl. lapp.* 272.
Piſum marinum perpetuum. *Munt. phyt.* 44. *t.* 230.
Piſum ſpontanum perenne repens humile. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 47. *ſ.* 2. *t.* 1. *f.* 5.
Creſcit in litteribus Bothniæ, Belgii, Angliæ.

Radix perennis repens. Appendices foliorum ipſis foliolis in hac minores & integri; in præcedenti vero majores; in utraque diphylli.

3. PISUM petiolis membranaceis diphyllis.
Ochrus folio integro, capreolos emittente. *Bauh. pin.* 343. *Tournef. inſt.* 396. *Boerh. lugdb.* 2. *p. p.* 43.
Ochrus ſylveſtris ſive Ervilla. *Lob. hiſt.* 516.
Ervilia ſilveſtris. *Dod. pempt.* 522.
Lathyri ſpecies quæ Ervilia ſilveſtris dodonæi. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 305.
Lathyrus folio integro producente bina folia capreolos emittentia. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 58. *ſ.* 2. *t.* 3. *f.* 8.
Cicer ervinum quorundam. *Dalech. hiſt.* 462.
Iſopyrum. *Cæſalp. ſyſt.* 232.
α Ochrus folio integro capreolos emittente, ſemine pullo. *Tournef.*
β Ochrus folio integro capreolos emittente, ſemine atro. *Tournef.*
Creſcit inter ſegetes prope portum Liburnum *in Italia inque* Creta.
Fulcrum alarum monophyllum oblongum, cui petiolus innatus cirrho terminatus; foliola bina parva folium conſtituunt.

ERVUM. *g. pl.* 575.

1. ERVUM leguminibus pendulis.
Ervum verum. *Cam. hort.... Boerh. lugdb.* 2. *p.* 47.
Orobus ſive Ervum multis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 321.
Orobus ſativus ſive Ervum ſemine anguloſo, ſiliquis inter grana & grana junctis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 74.
Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore. *Bauh. pin.* 346.
Orobus receptus herbariorum. *Lob. adv.* 400.
Molochus ſive Cicer ſativum. *Dod. pempt.* 254.
α Ervum verum, flore ſubpurpuraſcente. *Tournef. inſt.* 398.
Creſcit vulgaris in agris circum Monſpelium *&* Genevam.

CICER. *g. pl.* 574.

1. CICER foliolis ſerratis.
Cicer ſativum. *Bauh. pin.* 347. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 75. *ſ.* 2. *t.* 6. *f.* 3. flore candido. *Tournef. inſt.* 389.
Cicer arietinum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 292. *Dod. pempt.* 525.
Cicer. *Cæſalp. ſyſt.* 237.
α Cicer ſativum, flore ex purpura-rubente, ſemine rubro. *Tournef. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 48.
β Cicer ſativum, ſemine rufo. *Tournef.*
γ Cicer ſativum, ſemine nigro. *Tournef.*
Creſcit in Hiſpania *&* Italia *in agris ex ſeminibus diſperſis, de loco naturali nil certi ſcimus.*
Pedunculi uniflori, ſemina angulata.

2. CICER pedunculis bifloris, ſeminibus compreſſis.
Lens vulgaris. *Bauh. pin.* 346. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 44.
Lens vulgaris, ſemine ſubrufo. *Tournef. inſt.* 390.
Lens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 59. *ſ.* 2. *t.* 3. *f.* 9, 10. *Cæſalp. ſyſt.* 235. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 317.
Lens minor. *Dod. pempt.* 526. *Lob. hiſt.* 521.
α Lens vulgaris, ſemine ex luteo pallido. *Tournef.*
β Lens vulgaris, ſemine nigricante. *Tournef.*
γ Lens maculata. *Tournef.*
δ Lens major. *Bauh. pin.* 346.
Lens. *Dod. pempt.* 526.
ε Lens major vulgaris, ſemine cinereo & nigro variegato. *Boerh.*
ζ Lens monanthos. *Herm. lugdb.* 360.
Creſcit in agris Gallo-provinciæ *&* Narbonæ *ex rejectis ſeminibus.*
Folia integerrima, ovato-oblonga; ſemina orbiculata, compreſſa, utrinque convexa.

3. CICER pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis.
Cracca minor. *Rupp. jen.* 212.
Craccæ alterum genus. *Dod. pempt.* 542.
Vicia ſegetum, cum ſiliquis plurimis hirſutis. *Bauh. pin.* 345. *Tournef. inſt.* 397.
Vicia parva ſive Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 315.
Creſcit inter ſegetes frequens per Europam.
Folia linearia, pedunculi triflori vel quinqueflori; ſemina orbiculata.

DORYCNIUM. *g. pl.* 602.

1. DORYCNIUM caule fruticoſo, foliis pinnatis, foliolis linearibus.
Barba jovis africana, foliis viridibus pinnatis, flore cœruleo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 40.
Geniſtæ affinis, arbor africana monoſpermos, flore cœruleo, foliis pinnatis. *Herm. lugdb.* 272. *t.* 273.
Creſcit in teſquis & marginibus rivulorum Capitis bonæ ſpei.
Folia inferiora, in caule tenello, ternata, foliolis lanceolato-linearibus. Pedunculus ſtipulis duabus ſubulatis ubique inſtruitur.

2. Do-

2. Dorycnium foliis ſolitariis, floribus ad alas confertis.
Barba jovis græca, linariæ folio argenteo ampliori, flore luteo parvo. *Tourneſ. cor.* 44.
Creſcit forte in Græcia.
Planta, quam dictam volo, fruteſcens eſt, ramis rectis ſtrictis. Folia ſimplicia, terna vel ſolitaria ad gemmas, lanceolata, integerrima; Flores ad gemmas intra folia plurima, propriis & breviſſimis pedunculis inſidentia.

3. Dorycnium foliis digitatis ſeſſilibus.
Dorycnium monſpelienſium. *Lob. ic.* 51. *Tourneſ. inſt.* 391. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 37.
Dorycnium monſpelienſe. *Dalech. hiſt.* 1724.
Dorycnium monſpeſſulanum fruticoſum. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 387.
Dorycnium hiſpanicum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 100.
Lotus polykeratos fruteſcens incana, ſiliculis ſubrotundis erectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 78. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 15.
Trifolium album anguſtifolium, floribus veluti in capitulum congeſtis. *Bauh. pin.* 329.
Creſcit ſecundum vias & variis incultis Hiſpaniæ, *agri* Salmantienſis *& Narbonenſis, ut & circa* Viennam *Auſtriæ & pleriſque* Pannoniæ *locis.*
Huic folia ternata, ſæpius quinata, fere ſeſſilia, longitudine æqualia, flores in capitula terminatricia digeſti.

Anthyllis. *g. pl.* 601.

1. Anthyllis foliis pinnatis, foliolis æqualibus.
Barba jovis. *Bauh. pin.* 397. *Cæſalp. ſyſt.* 118. *Dalech. hiſt.* 194. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 40.
Barba jovis pulchre lucens. *Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 385.
Creſcit in clivis maritimis Hetruriæ *& regni* Neapolitani *copioſe.*
Planta fruteſcens. Foliorum pinnæ tredecim vel quindecim æquales. Flores in capitula pedunculata digeſti, calyces minus ventricoſi, quam in reliquis ſpeciebus.

2. Anthyllis foliis pinnatis, foliolo terminatrici majori.
Anthyllis lenti ſimilis. *Dod. pempt.* 552.
Anthyllis leguminoſa belgarum. *Lob. hiſt.* 530.
Anthyllis prior dodonæi. *Dalech. hiſt.* 1380.
Vulneraria ruſtica. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 363. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 48.
Loto affinis, Vulneraria pratenſis. *Bauh. pin.* 332. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 181. *ſ.* 2. *t.* 17. *f.* 1.
α Vulneraria ruſtica, flore albo. *Tourneſ. inſt.* 391.
β Vulneraria flore purpuraſcente. *Tourneſ. inſt.* 391.
Creſcit in paſcuis ſiccioribus, præſertim cretaceis & glareoſis, macro ſolo, in Svecia, Germania, Anglia *&c.*
Huic caulis annuus; folia radicalia priora ſimpliciſſima, poſteriora ternata & pinnata; caulina omnia pinnata, foliolis ſeptem vel novem communiter, impari reliquis majori; flores in capitula digeſti, capitulis ſæpius geminis ſeſſilibus ad apicem vel & ad latera caulis.

3. Anthyllis foliis quinato-pinnatis, foliolo terminatrici maximo.
Vulneraria pentaphyllos. *Tourneſ. inſt.* 391. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 48.
Lotus pentaphyllos veſicaria. *Bauh. pin.* 332.
Loto affinis major; Anthyllis veſicaria hiſpanica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 181. *ſ.* 2. *t.* 17. *f.* 4.
Trifolium halicacabum ſive veſicarium. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 361.
Trifolium halicacabum. *Cam. hort. t.* 47.
Creſcit in Italia *&* Sicilia, *circa* Meſſanam *& alibi.*
Huic caulis herbaceus. Folia pinnata, foliolis quatuor æqualibus ſeu duobus paribus, extimo impari maximo, ſeu quadruplo majore, obverſe ovato. Flores nonnulli ad alas ſeſſiles; calyces fructus ovato-oblongi, inflati.

Lotus. *g. pl.* 600.

1. Lotus leguminibus ſæpius ſolitariis, angulis quatuor membranaceis.
Lotus ruber, ſiliqua anguloſa. *Bauh. pin.* 332. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 37.
Lotus oligokeratos tetragonolobos annua cretica, flore ſaturate rubro ſeu holoſerico coccineo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 176. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 7.
Lotus ſiliquoſa, flore fuſco, tetragonolobus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 358.
Lotus ſiliquoſus, rubello flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 244.
α Lotus ruber, ſiliqua anguloſa, folio variegato. *Boerh.*
β Lotus luteus, ſiliqua anguloſa. *Boerh.*
Creſcit in collibus Meſſanæ *Siciliæ imminentibus.*

2. Lotus leguminibus ſæpius ſolitariis gibbis incurvis.
Lotus pentaphyllos, ſiliqua cornuta. *Bauh. pin.* 332. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 38.
Lotus oligokeratos cretica lutea, ſiliquis binis curvis propendentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 176. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 5.
Lotus edulis cretica. *Raj. hiſt.* 967.
Trifolium ſive Lotus Hierazune edulis ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 365.
Creſcit inter ſegetes & ad agrorum margines in Creta, Sicilia *& circum* Neapolim *in Italia.*
Antecedenti valde affinis eſt.

3. Lotus leguminibus ſæpius binatis linearibus compreſſis nutantibus.
Lotus, ſiliquis geminis, peregrina. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 38.
Creſcendi locus nobis ignotus.
Caules longi, procumbentes; folia antecedentibus & ſequenti ſimilia, glabra, ex ſingula ala pedunculus brevis, duos, rarius tres flores ſuſtentans, folio ternato ſeſſili adnexos; legumina linearia, compreſſa, ſtricta, longa, nutantia, glabra, ſutura utrinque prominula, lateribus toruloſis.

4. Lotus leguminibus ſæpius quinatis arcuatis.
Lotus ſiliquis ornithopodii. *Bauh. pin.* 332. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 358. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 38.
Lotus polykeratos annua procumbens latifolia, ſiliquis ornithopodii. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 176. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 8.
Lotus peculiaris ſiliquoſa. *Cam. hort. t.* 25.
• *Creſcit prope* Meſſanam *Siciliæ in lateribus montium urbi imminentium; in inſula* Capo paſſaro *ad promontorium Pachynum. In inſula* Corfu.

5. Lotus leguminibus ſæpius ternatis linearibus ſtrictis erectis.
Lotus corniculata, ſiliquis ſingularibus vel binis, tenuis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 356.
Lotus pentaphyllos minor hirſutus, ſiliqua anguſtiſſima. *Bauh. pin.* 332. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 38.
Lotus annua oligokeratos, ſiliquis ſingularibus binis ternisve. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 175. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 1.
Trifolium corniculatum minus piloſum. *Bauh. prod.* 144.
Creſcit circa Monſpelium *& alibi in Gallia* Narbonenſi, *circa* Neapolin *in Italia.*

6. Lotus caule herbaceo, florum capitulo depreſſo, leguminibus decumbentibus teretibus.
Lotus corniculata glabra & hirſuta minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 355.
Lotus polykeratos lutea minor, foliis & ſiliquis glabris brevioribus & craſſioribus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 11, 12.
Lotus ſive Melilotus pentaphyllos minor glabra. *Bauh. pin.* 332.
Melilotum vulgo. *Cæſalp. ſyſt.* 244.
Melilotus coronata. *Lob. hiſt.* 501.
Trifolium corniculatum 1. *Dod. pempt.* 573.
α Lotus pentaphyllos minor glabra, foliis longioribus & anguſtioribus. *Tournef. inſt.* 402.
β Lotus corniculata hirſuta minor. *Tournef.*
Creſcit in paſcuis aridioribus vulgaris per Europam.

7. Lotus caule herbaceo erecto, foliolis linearibus.
Lotus anguſtifolia, flore luteo-purpuraſcente, inſulæ ſancti Jacobi. *Comm. hort.* 2. *p.* 165. *t.* 83.
Creſcit in inſula S. Jacobi.

8. Lotus caule fruticoſo, florum capitulis globoſis.
Lotus coronatus latifolius, ſiliquis nigris. *Barr. rar.* 71. *t.* 544.
Lotus villoſus altiſſimus, flore glomerato. *Tournef. inſt.* 403.
Lotus polykeratos fruteſcens hirſuta alba major latifolia, ſiliquis tenuibus curtis rectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 13. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 37.
Lotus ſiliquoſus glaber, flore rotundo. *Bauh. pin.* 332.
Lotus lybica. *Dalech. hiſt.* 509.
Trifolium rectum monſpeſſulanum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 359.
Creſcit ad rivos & in locis humidis circa Meſſanam *Siciliæ*, Tropiam *Calabriæ*, Monſpelium *Narbonæ.*

9. Lotus caule fruticoſo, florum capitulis depreſſis, calycibus lanigeris.
Lotus pentaphyllos ſiliquoſus villoſus. *Bauh. pin.* 332.
Lotus polykeratos fruteſcens incana alba, ſiliquis curtis craſſioribus & brevioribus rectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177. *ſ.* 2. *t.* 18. *f.* 14.
Lotus hæmorrhoidalis, flore albo & ſuaverubente. *Barr. rar.* 71. *t.* 1033.
Trifolium album rectum hirſutum valde. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 360.
Creſcit in Narbona, Monſpelium *inter &* Peroul; *circa* Meſſanam *Siciliæ; in* Italia *&* Campania Romana.

10. Lotus caule fruticoſo, florum capitulis dimidiatis, foliis nitidis.
Lotus polykeratos fruticoſa cretica argentea, ſiliquis longiſſimis propendentibus rectis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 177.
Lotus argentea cretica. *Pluk. alm.* 226. *t.* 43. *f.* 1.
Creſcendi locus incertus nobis; an ſcilicet ſit circa Chalepum *urbem Syriæ, vel an in* Creta *inſula.*

TRIFOLIUM. *g. pl.* 603.

1. Trifolium ſpicis ovatis terminatricibus ſeſſilibus ſcabris.
Trifolium ſtellatum glabrum. *Raj. hiſt.* 945. *ſyn.* 329. *Pluk. alm.* 376. *t.* 113. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 32.
Creſcit in paluſtribus maritimis; Angliæ Eſſexiæ, *circa* Meſſanam *Siciliæ*, *circa* Tingidem *urbem Africæ.*
Capitula fructus ovata, ſolitaria, ramos terminantia; calyces quinquedentati, rigidi, non ſtriati, denticulis fere æqualibus; leguminibus monoſpermis; folia duo (ternata) oppoſita, ſub ſpica ſingula collocantur.

2. Tri-

2. TRIFOLIUM ſpicis ovatis ſeſſilibus ſcabris lateralibus.
Trifolium floſculis albis, in glomerulis oblongis aſperis, caulibus proxime adnatis. *Raj. ſyn.* 329. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31 & 32.
Trifolium capitulo oblongo aſpero. *Bauh. pin.* 329. *prod.* 140.
Trifolium cujus caules ex geniculis glomerulos oblongos proferunt. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 378.
Creſcit in collibus cretaceis Angliæ *juxta Thameſin inter Northfield & Graveſand; circa* Nemauſum *Narbonæ.*
Capitula fructus ovata, ſolitaria, in alis ramorum ſeſſilia; calyces rigidiuſculi, quinquedentati, denticulis duobus interioribus longe brevioribus, tubo ſtriato.

3. TRIFOLIUM capitulis ſubgloboſis ſeſſilibus lateralibus.
Trifolium cum glomerulis, ad caulium nodos, rotundis. *Raj. ſyn.* 329. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 32.
Trifolium arvenſe ſupinum verticillatum. *Barr. rar.* 73. *t.* 882.
Creſcit paſſim in Anglia.
Capitula globoſa, minime oblonga, calyces ſtriati, dentibus patentibus acutis, non rigidis, æqualibus.

4. TRIFOLIUM ſpicis ovatis, calycibus patulis: lacinia infima maxima, foliis petiolatis.
Trifolium clypeatum argenteum. *Alp. exot.* 307.
Creſcit in Oriente.
Capitula ſolitaria, pedunculos ex alis ſolitarios terminantia, ſubovata; calyces tubo ſtriato, limbo plano quinquefido, lacinia infima maxima ovato-acuta, ſuperioribus minimis; dum floret calyx erectus eſt, cum vero fructum ferat patens.

5. TRIFOLIUM ſpicis ſubrotundis, lacinia calycum infima maxima, foliis fere ſeſſilibus.
Trifolium africanum fruticans, flore purpuraſcente. *Comm. hort.* 2. *p.* 211. *deſcr.* & *fig. mala.*
Creſcit in Africa.
Planta eſt fruticoſa caule tereti ramoſo. Folia alterna ſeſſilia, petiolo minimo & vix ullo, utrinque membrana acuta vix amplexicauli aucto. Foliola obverſe ovata, punctata, ſeſſilia, quorum intermedium paulo majus. Spicæ ſubovatæ, terminatrices, ſeſſiles; Calyx ſingulus angulatus, limbo patulo: laciniis quatuor æqualibus, infima horum duplo latiore.

6. TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, calycibus ventricoſis, caule arboreſcente.
Trifolium bitumen redolens. *Bauh. pin.* 327. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 32.
Trifolium bituminoſum ſeu Trifolium cœruleum aut violaceum, bitumen redolens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 136.
Trifolium bituminoſum. *Cæſalp. ſyſt.* 242. *Dod. pempt.* 566.
Trifolium aſphaltites ſive Bitumen odoratum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 366.
Trifolium aſphaltæum ſive bituminoſum. *Lob. hiſt.* 494.
Trifolium aſphaltites, longioribus foliis. *Dalech. hiſt.* 504.
α Trifolium aſphaltites, rotundis foliis. *Dalech. hiſt.* 504.
β Trifolium bituminoſum inodorum. *Beſl. eyſt.*
Creſcit in ſaxoſis collibus maritimis Italiæ, Siciliæ, Narbonæ.
Foliola radicalia ſubrotunda ſunt, hinc α varietas ſolum ætatis.
Semen italicum in germania terræ mandatum, profert plantam odore bituminoſo; at ſemen plantæ in germania educatæ rurſus ſatum, plantam ſapore & odore deficientem β producit. C. Bauh.
Pedunculi apici inſident tres vel quatuor bracteæ acutæ ſemitrifidæ intra bracteam ſingulam tres flores, quorum ſinguli Calyx oblongus, ventricoſus, inflatus, ſemiquinquefidus dentibus æqualibus: infimo vero duplo latiore; ſupremis inter ſe magis remotis. Corollæ carina dipetala, breviſſima; Filamentorum coalitorum baſis globoſa, nectarifera, verſus vexillum dehiſcens. Germen hirſutum; ſtylus incurvus; Stigma punctum.

7. TRIFOLIUM ſpicis ovatis, calycibus inflatis glabris quinquedentatis, involucris univerſalibus pentaphyllis.
Trifolium capitulo ſpinoſo lævi. *Bauh. pin.* 329. *prod.* 140. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 32.
Trifolium caule nudo, glomerulis glabris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 379. *quoad fig. maj.*
Creſcit in maritimis circa Nemauſum, Monſpelium, Neapolin.
Capitula ovata, obtuſa, magnitudine pollicis, pedunculo longo inſidentia. Calyces ovati, inflati, quinque ſetis dentati, ſinu ſuperiore profundius diviſo. Involucrum infimum pentaphyllum, totidem flores in orbem pedunculo inſidentes colligit, mox aliud triphyllum &c. Corollæ carina & alæ cum filamentis in unum corpus coalitæ ſunt, vexillo ſeparato.

8. TRIFOLIUM ſpicis ſubovatis, calycibus inflatis dorſo gibbis.
Trifolium fragiferum. *Raj. hiſt.* 946.
Trifolium fragiferum friſicum. *Bauh. pin.* 329.
Trifolium cordatum friſicum, folio cordato, flore rubro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 144.
Creſcit juxta aquas in Anglia & Hollandia.
Caules breves, procumbentes, tunicis fere tecti; ſpicæ ovatæ, Receptaculo fructificationum ſubulato, bracteis lanceolatis inſtructo. Calyces quinquedentati acuti: denticulis tribus inferioribus tenuioribus æqualibus brevibus; ſuperioribus in dies majoribus excreſcentibus, dorſo gibbo hirſuto, nullis vaſis reticulato, nec diaphano.

9. TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis.
Trifolium folliculaceum ſive veſicarium minus purpureum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 379. *fig. bon.*
Trifolium pratenſe folliculatum. *Bauh. pin.* 329. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium veſicarium minimum ampullatum, rubellis floribus raro diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 144. *ſ.* 2. *t.* 13. *f. ult.*

Creſcit in paſcuis ſterilioribus ubi aquæ per Hyemen ſtagnarunt in Svecia *&* Anglia.

In multiplicandis ſpeciebus Trifolii calycibus inflatis nimis prodigi fuere botanici, in adſcribendis notis propriis vero nimis parci.

Capitula globoſa. Receptaculum capituli commune apex eſt pedunculi. Involucrum univerſale monophyllum multifidum. Calyx ſingulus bilabiatus: labio inferiori minimo anguſtiſſimo tridentato, ſuperiore in magnam molem excreſcente ovato inflato fornicato deflexo, apice duabus ſetis cornuto; Corollæ vexillum lanceolatum rectum, alis & carina longis. Pericarpium minimum, ovatum, latere affixum, compreſſum, bivalve; Semen unicum, compreſſo-ſubrotundum, nitidum.

10. TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, caule erecto.

Trifolium pratenſe luteum, capitulo lupuli vel agrarium. *Bauh. pin.* 328. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium pratenſe luteum fœmina, flore pulchriore ſive lupulino. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 381.
Trifolium agrarium luteum, capitulo lupuli, majus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 142.
Trifolium agrarium. *Dod. pempt.* 576.
Lupulinum. *Riv. tetr. Rupp. jen.* 207.

α Trifolium montanum lupulinum. *Bauh. pin.* 328. *prod.* 140.
Lotus montanus aureus, amplo lupuli capite, annuus. *Barr. rar. t.* 1024.

Creſcit in pratis ſiccioribus & in convallibus adque radices montium in Svecia, Germania, Hollandia, Anglia, Gallia.

Capitula ſubovata; Receptaculum commune capituli oblongum, acutum, echinatum, flores numeroſos vexillis deflexis, imbricatim digeſtos proferens. Calyx ſingulus monophyllus, breviſſimus, quinquefidus, perſiſtens: dentibus duobus ſuperioribus minoribus. Corolla perſiſtens, vexillo maximo, plano: dorſo carinato, deflexo, alas & corinam tegente. Pericarpium minimum, non dehiſcens, nec corolla decidens; ſemen ſolitarium.

11. TRIFOLIUM capitulis villoſis, involucro terminatrici reflexo rigido capitulum involvente.

Trifolium pratenſe ſupinum cathobleps, ſeu capite humi merſo. *Barr. rar.* 73. *t.* 881. *bona.*
Trifolium ſubterraneum ſeu folliculos ſub terram condens. *Magn. monſp.*
Trifolium album tricoccon ſubterraneum gaſtonium reticulatum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 132. *ſ.* 2. *t.* 14. *f.* 5.
Trifolium ſemen ſub terram condens. *Tournef. inſt.* 406. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium parvum album monſpeſſulanum piloſum, cum paucis floribus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 380.

Creſcit in omnibus humidis ericetis pratis & arenoſis ſimulque ſterilibus in Agro Monſpelienſi, Pariſienſi, Lugdunenſi *Galliæ.*

Mira ſtructura & ingenium capitis. Pedunculus ex ala elongatus arcuatur, terramque petit, quam cum tetigerit apex pedunculi, flores explicat cælum reſpicientes, erectos, reſpectu pedunculi vero reflexos; Hi ſæpius quinque ſunt, prope apicem pedunculi affixi, in orbem poſiti. Calyce tubuloſo, oblongo, cylindraceo, ſetis quinque villoſis longis terminato. Corollæ tubus longus, abſoluta floreſcentia ex apice ſummo pedunculi juxta terram, adeoque intra orbitam florum, erumpunt fibræ plures, lineares, quæ reflectuntur verſus fructificationem, mox apicibus ſuis, ex eodem centro, quinque radios emittunt acutos fere palmatos, qui connivent verſus pedunculum, & tamquam intra cancellos incarcerant matureſcentem fructum, qui accreſcens intumeſcit, unde capitulum hoc globoſum evadit; maturo fructu ſingulum perianthium, pericarpium & ſemen (quod ſolitarium) ſubrotundum eſt. Hinc, ſi Rajana recte depicta ſit (Raj. ſyn. 327. *t.* 13. *f.* 2) *a noſtra diverſa eſt.*

12. TRIFOLIUM capitulis villoſis globoſis, calycibus ſuperioribus floſculo deſtitutis.

Trifolium minus ſupinum, flore flaveſcente, capitulis globoſis parvis, tomentoſum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 32.
Trifolium minus ſupinum, capitulis denſiori lanugine candicantibus. *Cup. hort.* 2.

Creſcit (ut fertur) in Sicilia.

Hæc nec præcedenti, ab aliis omnibus diverſo capite, minus ſingularis. Planta annua eſt, procumbens, ramoſa; folia ternata, longis petiolis; Foliola obverſe cordata, ſuperne crenulata, ſeſſilia. Pedunculi ex alis, ſolitarii, petiolis longiores, ex apice flores circiter viginti producentes, fere ſeſſiles; Calyce tubuloſo, oblongo, cylindraceo: dentibus ſubulatis, villoſis, longitudine fere tubi; dum hi florent, emergunt ex apice pedunculi, intra horum orbitam, calycum immenſa congeries, quæ deprimit florentes ad latera, usque ad pedunculum, ut vix conſpiciantur corollæ, formatque capitulum magnum, ſetoſum, ſetis hirſutis. Hi ultimi calyces (ſi calyces dicam) longiores fœcundis ſunt, tubo filiformi, lanigero, interne coalito, nec perforato, ſetis quinque ſetaceis longis & hirſutis terminato; corollis, ſtaminibus & piſtillis carentibus.

13. TRIFOLIUM ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis æqualibus.

Trifolium arvenſe humile ſpicatum ſive Lagopus. *Bauh. pin.* 328. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium lagopoides purpureum arvenſe humile annuum; ſive Lagopus minimus vulgaris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 141. *ſ.* 2. *t.* 13. *f.* 8.
Lagopus. *Dod. pempt.* 577. *Lob. hiſt.* 498. *Rupp. jen.* 207.
Lagopus trifolius quorundam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 377.
Lagopus anguſtifolia minor erectior. *Barr. rar. t.* 501.

Creſcit inter ſegetes & in pratis ſteriliſſimis ac montoſis vulgaris per Europam.

Capitula huic oblongo-ovata, obtuſa, pro baſi agnoſcunt receptaculum oblongum, echinatum. Calyx ſingulus monophyllus, hirſutus, ſetis quinque piloſis, corollâ longioribus, perſiſtens. Corollæ vexillum reſimum, marginibus deflexis compreſſis; carina alis longior, brevior autem vexillo. Pericarpium minimum; ſemen ſolitarium fere globoſum.

14. TRI-

14. TRIFOLIUM ſpicis villoſis conico-oblongis, denticulis calycinis ſetaceis fere æqualibus, foliolis linearibus.
Trifolium montanum anguſtiſſimum ſpicatum. *Bauh. pin.* 328. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 30.
Trifolium anguſtifolium ſpicatum. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 376.
Trifolium alopecurum latifolium, ſpica longa. *Barr. rar.* 72. *t.* 697. *bona.*
Creſcit copioſe in montibus ſupra Meſſanam *& circa* Monſpelium.
Planta erecta; folia linearia, acuta, integerrima; vaginæ caulis cylindraceæ, piloſæ, duabus ſetis longitudine petioli terminatæ. Calyces piloſi terminati ſetis quinque, longitudine corollarum, quorum infima reliquis firmior, vix autem manifeſte longior.

15. TRIFOLIUM ſpicis villoſis, caule erecto, foliis ſerrulatis.
Trifolium montanum, ſpica longiſſima rubente. *Bauh. pin.* 328.
Trifolium purpureum montanum pinnatum lagopoides, ſpica longiſſima. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 140. *ſ.* 2. *t.* 12. *f.* 4.
Trifolium purpureum majus, folio & ſpica longiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 375.
Trifolii majoris 3iæ altera ſpecies. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 246.
Lagopus major alter. *Dod. pempt.* 578.
Lagopus altera, folio pinnato. *Lob. hiſt.* 499.
Creſcit in collibus circa Genevam; *in umbroſis herbidis ſylvæ* Valenæ *non longe a Monſpelio.*
Vaginæ caulis erecti laxæ, bifidæ, laciniis lanceolatis; ſpicæ oblongæ; Calyces tubuloſi, quinquedentati, denticulis quatuor breviſſimis, æqualibus quinto ſetaceo, longitudine corollæ, villoſo, adeoque reliquis quatuor longiore; corolla monopetala eſt.

16. TRIFOLIUM ſpicis villoſis, caule diffuſo, foliis integerrimis.
Trifolium pratenſe, flore monopetalo. *Tournef. inſt.* 404. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium pratenſe purpureum. *Bauh. pin.* 327.
Trifolium purpureum vulgare. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 374.
Trifolium pratenſe purpureum vulgare. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 138. *ſ.* 2. *t.* 12. *f.* 6.
Triphylloides pratenſis, flore purpureo. *Pont. anth.* 241.
α Triphylloides alpina, flore albo. *Pont. anth.* 241.
Creſcit in pratis & paſcuis frequens per Europam.
Vaginæ caulium ad folia glabræ, membranaceæ, ſingulo latere ovato; ſpicæ terminatrices, ſubovatæ, fere ſeſſiles. Calyces quinque ſetis parum piloſis longitudine vix tubi corollæ, æqualibus. Corolla monopetala.

17. TRIFOLIUM ſpicis ovatis piloſis, dentibus calycinis lanceolatis patulis.
Trifolium ſtellatum. *Bauh. pin.* 329. *prod.* 143.
Trifolium ſtellatum purpureum monſpeſſulanum. *Bauh. hiſt. hiſt.* 2. *p.* 376.
Lagopus minor erectus, capite globoſo ſtellato, flore purpureo. *Barr. rar.* 860.
α Trifolium alopecurum majus, flore purpureo, ſtellato capite. *Barr. rar.* 72. *t.* 755.
Creſcit ad radices montis Veſuvii, *circa Meſſanam Siciliæ, &* Monſpelium *Narbonæ; circa* Romam.
Caulis villoſus; petioli villoſi; foliola obverſe cordata, vix emarginata, apicem verſus crenulata. Spicæ oblongæ; Calyces maximi, patentes, externe villoſi, laciniis ſubulato-lanceolatis, æqualibus, patulis. Corolla calyce brevior.

18. TRIFOLIUM capitulis ſubrotundis, floſculis pedunculatis, leguminibus tetraſpermis, caule procumbente.
Trifolium repens. *Riv. tetr.* 17. *Fl. lapp.* 274.
Trifolium pratenſe album. *Bauh. pin.* 327. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 31.
Trifolium pratenſe album vulgare odoratum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 137. *ſ.* 2. *t.* 12. *f.* 2.
Trifolium pratenſe, flore albo, minus & fœmina, glabrum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 380.
Trifoliaſtrum. ſpecies omnes in ordine 1, 2, 3, & 4. *t.* 25. *f.* 1, 2, 3, 4, 5, 6. *Mich. gen.* 26. &c.
α Trifolium quadrifolium hortenſe album. *Bauh. pin.* 327.
Quadrifolium phæum. *Lob. hiſt.* 496.
Creſcit in paſcuis frequens per Europam.
Caulis procumbens, fere repens: pedunculi petiolis longiores; Capitula ſubrotunda, floſculis propriis pedicellis inſidentibus, erectis dum florent, abſoluta floreſcentia nutat fructus pendulus; legumine oblongo, tetraſpermo.

19. TRIFOLIUM leguminibus ſpicatis reniformibus nudis monoſpermis, caule procumbente.
Trifolium pratenſe luteum, capitulo breviore. *Bauh. pin.* 328.
Trifolium pratenſe luteum mas, flore minore, ſemine multo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 380.
Melilotus lutea minima hirſuta procumbens, ſpica breviore denſiſſime diſpoſita, ſeminis pericarpio renali nigro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 162. *ſ.* 2. *t.* 16. *f.* 8.
Melilotus capſulis reni ſimilibus in capitulum congeſtis. *Tournef. inſt.* 407. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 29.
Melilotus minor. *Raj. hiſt.* 952.
Medica pratenſis lutea, radice perenni, fructu racemoſo nigro, non grata jumentis. *Pluk. alm.* 243.
Creſcit in paſcuis, ſolo rigido, præſertim argilloſo, in Uplandia *&* Scania *Sveciæ*, Dania, Germania, Anglia, Gallia.

20. TRIFOLIUM ſpicis ſubrotundis, leguminibus ſeminudis acuminatis, caule erecto.
Trifolium odoratum alterum. *Dod. pempt.* 571.
Melilotus cœrulea. *Riv. tetr.*
Melilotus major odorata violacea. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 162. *ſ.* 2. *t.* 16. *f.* 10. *Tournef. inſt.* 409. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 30.
Lotus hortenſis odora. *Bauh. pin.* 331.
Lotus ſativa odorata annua, flore cœruleo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 368.
Lotus ſylveſtris. *Matth. comm.* 724.
Creſcit . . . .

Spicæ fere capitatæ & globoſæ; legumen ſingulum acumine roſtratum, glabrum, ſutura ſuperiore dehiſcens, ſemina duo vel tria condens.

21. TRIFOLIUM floribus racemoſis, leguminibus nudis diſpermis, caule erecto.
Trifolium odoratum ſive Melilotus. *Dod. pempt.* 567.
Trifolium odoratum ſive Melilotus vulgaris, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 370. *fig. erron.*
Trifolium odoratum ſive Melilotus fruticoſa lutea vulgaris & officinarum. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 161. *ſ.* 2. *t.* 16. *f.* 2.
Melilotus officinarum germaniæ. *Bauh. pin.* 331. *Tournef. inſt.* 407.
Lotus ſylveſtris, vulgo Trifuli. *Cæſalp. ſyſt.* 241.
α Melilotus officinarum germaniæ, flore albo. *Tournef.*
Melilotus fruticoſa candida major. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 29.
Caulis erectus, hiſpidus. Folia alterna, cordata, oblonga, acuminata, duabus vel tribus utrinque ſerraturis. Rami ex ſingula ala ſolitarii, caule ſæpius altiores; ex ſummis alis vero pedunculus ſimplex, folio longior, uniflorus. Rami eadem lege, qua caulis, folioſi, ramoſi, floriferi.

6. HIERACIUM caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis: caulino minori.
Hieracium caule ramoſo, foliis ovatis dentatis. *Fl. lapp.* 284.
Hieracium murorum, folio piloſiſſimo. *Bauh. pin.* 129. *Vaill. act.* 1721. *p.* 241. *Tournef. inſt.* 471. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 87.
Hieracium latifolium hirſutum, folio unico cauli inſidente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 70. *ſ.* 7. *t.* 5. *f.* 54.
Piloſella major quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1033.
Corchorus. *Dalech. hiſt.* 565.
α Hieracium murorum laciniatum minus piloſum. *Bauh. pin.* 129.
Piloſellæ majoris ſive Pulmonariæ luteæ ſpecies magis laciniata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1034.
β Hieracium macrocaulon hirſutum, folio longiore. *Raj. ſyn.* 169.
Creſcit in deſertis, ſylvis, alpibus, muris antiquis, aggeribus umbroſis per Lapponiam, Sveciam, Germaniam, Angliam, Galliam *&c.*

7. HIERACIUM foliis integris, caule fere nudo ſimpliciſſimoque piloſo, corymbo terminatrici.
Hieracium hortenſe, floribus atro purpuraſcentibus. *Bauh. pin.* 128. *Tournef. inſt.* 471. *Pont. diſſ.* 89. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 88.
Hieracium hortenſe non laciniatum, floribus atropurpuraſcentibus. *Bauh. prod.* 65.
Hieracium piloſelloides latifolium, floribus ſaturate croceis. *Vail. act.* 1721. *p.* 238.
Piloſella polychonos repens major ſyriaca, flore amplo aurantiaco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 78. *ſ.* 7. *t.* 8. *f.* 7.
Piloſella indica. *Corn. canad.* 209.
Auricula muris hiſpanica, aliis Hieracium pannonicum, flore ſaturate croceo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1040.
Creſcit . . . .

8. HIERACIUM foliis integerrimis, caule repente, ſcapo nudo multifloro.
Hieracium foliis integerrimis lanceolatis, ſcapo multifloro. *Fl. lapp.* 282.
Hieracium piloſelloides florentinum, vulgari ſimile. *Vaill. act.* 1721. *p.* 238.
Hieracium, piloſellæ folio, erectum minus. *Tournef. inſt.* 471.
Piloſella major erecta altera. *Bauh. pin.* 262.
Piloſella repens minor, caule pedali, polyanthes, foliis anguſtis oblongis. *Raj. app.* 147.
Creſcit in Svecia *copioſe; in tumulis arenoſis inter Hortum & mare bis vel ter eandem vidimus.*
Radix producit folia lanceolata, erecta, piloſa, viridia, vix digiti altitudinis, plurima; intra hæc folia excreſcit ſcapus nudus, ſpithamæus, teres, terminatus floribus pluribus, oblongis, confertis, calycibus villis nigris aſperſis circumdatis, ad latera ſcapi e radice undique prodeunt ſcapi repentes, terræ approximati, tenues, foliolis minimis inſtructi.

9. HIERACIUM foliis integerrimis ovatis, caule repente, ſcapo unifloro.
Piloſella officinarum. *Vaill. act.* 1721. *p.* 236.
Piloſella monoclonos repens vulgaris minor. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90. *ſ.* 7. *t.* 8. *f.* 1, 2.
Piloſella major repens hirſuta. *Bauh. pin.* 262.
Piloſella major. *Dalech. hiſt.* 1098. *Dod. pempt.* 67.
Piloſella majori flore, ſive vulgaris repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1039.
Creſcit in paſcuis ſteriliſſimis ſicciſſimis & montibus vulgaris in Europa.

10. HIERACIUM foliis caulinis ſinuatis, calycibus ante floreſcentiam nutantibus.
Hieracium apulum, flore ſuave-rubente. *Col. ecphr.* 1. *p.* 242.
Hieracium dentis leonis folio, flore ſuave-rubente. *Bauh. pin.* 127. *Tournef. inſt.* 469. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 37.
Hieracioides fœtida, flore ſuave-rubente. *Vaill. act.* 1721. *p.* 247.
Chondrilla purpuraſcens fœtida. *Bauh. pin.* 130. *prod.* 68. *t.* 68.
Creſcit in Apulia.

SCOLYMUS. *g. pl.* 613.

1. SCOLYMUS. *Cæſalp. ſyſt.* 523.
Scolymus chryſanthemos. *Bauh. pin.* 384. *Vaill. act.* 1721. *p.* 285. *Tournef. inſt.* 380. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 91.
Scolymus theophraſti hiſpanicus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 153.
Cichorium luteum ſcolymoides, ſpinis horridum hiſpanicum annuum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 55.
Spina lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 84.
Carduus chryſanthemus. *Dod. pempt.* 725.
α Scolymus chryſanthemus annuus. *Vaill. act.* 1721. *p.* 286.
Scolymus theophraſti narbonenſis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 153.
Cichorium luteum ſcolymoides, ſpinis horridum narbonenſe. *Moriſ.*
Creſcit in Italia, Sicilia, Hiſpania, Narbona, *præſertim in maritimis.*

CICHORIUM. *g. pl.* 614.

1. CICHORIUM caule dichotomo ſpinoſo.
Cichorium ſpinoſum. *Bauh. pin.* 126. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1013. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 55. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 3.
Cichorium ſpinoſum creticum. *Bauh. prod.* 62. *t.* 62. *Tournef. inſt.* 479. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 91.
Chondrillæ genus elegans, cœruleo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 145.

α Cicho-

α Cichorium ſpinoſum, flore albo. *Tournef. cor.* 36.
β Cichorium ex ſemine cretici degener ſeu ſpinis carens. *Tournef. inſt.* 479.
Creſcit in maritimis, ſiccis collibus & arenoſis Cretæ & Siciliæ.
Caulis brevis ſubdiviſus, dichotome ſæpius, in ramos numeroſos rigidis acutos; Flores ex ramorum alis & terminatrices.

2. CICHORIUM caule ſimplici.
Cichorium ſylveſtre ſive officinarum. *Bauh. pin.* 126. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 55. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 2. *Tournef. inſt.* 479. *Pont. diſſ.* 111. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 91. flore cœruleo. *Vaill. act.* 1721. *p.* 283.
Cichorium ſilveſtre & ſativum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1007.
Cichorium ſimpliciter vocatum. *Cæſalp. ſyſt.* 506.
Cichorium ſilveſtre; Picris. *Dod. pempt.* 634.
Seris ſylveſtris, Ambubeja. *Lob. hiſt.* 114.
Hypochæris. *Dalech hiſt.* 563.
α Cichorium ſylveſtre, flore cœruleo, caule purpureo. *Boerh.*
β Cichorium ſylveſtre, flore albo. *Tournef.*
γ Cichorium ſylveſtre, flore roſeo. *Tournef.*
δ Cichorium ſativum. *Bauh. pin.* 126.
ε Cichorium ſativum, florum ſemifloſculis laciniatis. *Tournef.*
ζ Cichorium ſativum, flore albo. *Tournef.*
Quod creſcit ſylveſtre profundioribus gaudet laciniis & quaſi aculeatis; quo magis laciniata ſunt folia, eo magis amara planta.

3. CICHORIUM caule ſimplici, foliis integris crenatis.
Cichorium latifolium, Intybus & Endivia dictum, flore cœruleo. *Vaill. act.* 1721. *p.* 284.
Cichorium latifolium ſive Endivia vulgaris. *Tournef. inſt.* 479. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 91.
Intybus ſativa latifolia ſive Endivia vulgaris. *Bauh. pin.* 124. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 53. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 2.
Intybum ſativum triplex. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1011.
Intybum ſativum. *Dod. pempt.* 634.
α Cichorium latifolium ſeu Endivia vulgaris, floribus candidis. *Tournef.*
β Cichorium anguſtifolium, Intybus & Endivia dictum, flore cœruleo. *Vaill. act.* 1721. *p.* 284.
Intybus ſativa anguſtifolia. *Bauh. pin.* 125.
γ Cichorium anguſtifolium, ſive Endivia anguſtifolia, flore albo. *Tournef.*
δ Cichorium criſpum. *Tournef.* latifolium. *Vaill.* 284.
Endivia criſpa. *Bauh. pin.* 125.
ε Cichorium criſpum anguſtifolium. *Boerh.*
Creſcit . . . .
Hæc licet annua ſit, foliisque non laciniatis, a priori tamen nil niſi ut varietatem differre ſuſpicor; reddit enim cultura plantas plures annuas; obliterat & antecedens in cultis ſinus; vel ubi ſpontanea creſcat ſcire vellem?
J. Bauhinus criſpam δ. *Hortulanorum mangonio productam ſentit, Rajus vero eandem diverſam ſtatuit, nec accidentia tam diverſa & diſcrepantia arte induci poſſe. Nos Bauhino aſſentimur, cum nullam vidimus adhuc plantam criſpam, quin varietas luxurians fuerit, uti in* Apio criſpo, Lactuca criſpa, Braſſilica criſpa, Malva criſpa, *Rumice criſpa; Aſplenio criſpo &c.*

LAMPSANA. *g. pl.* 610.

1. LAMPSANA calicibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis.
Lampſana vulgatiſſima. *Vaill. act* 1721. *p.* 274.
Lampſana. *Bauh. hiſt. p.* 2. 1028. *Dalech. hiſt.* 540. *Dod. pempt.* 675. *Lob. hiſt.* 112. *Tournef. inſt.* 479. *Pont. diſſ.* 113. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 93.
Intybus ſive Endivia erecta lutea napifolia, Lampſana dicta. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 54. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 9.
Soncho affinis Lampſana domeſtica. *Bauh. pin.* 124.
α Lampſana folio ampliſſimo criſpo. *Boerh.*
Creſcit in cultis frequens per Europam.

2. LAMPSANA calicibus fructus undique radiis ſubulatis patentibus.
Rhagadiolus lampſanæ foliis. *Tournef. cor.* 36. *Vaill. act.* 1721. *p.* 276. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 92.
Hieracium falcatum alterum. *Raj. hiſt.* 256.
Hieraciis affinis Rhagadiolus edulis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1014.
Creſcit in Creta & Narbona *inter ſegetes.*

3. LAMPSANA calicibus fructu capitatis dehiſcentibus, pedunculis incraſſatis, floribus nutantibus.
Rhagadioloides calthæ folio, calyce glabro. *Vaill. act.* 1721. *p.* 263.
Rhagadiolus. *Cæſalp. ſyſt.* 511.
Hedypnois annua. *Tournef. inſt.* 478. *Pont. diſſ.* 107. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 92.
Hieracium florem inclinans. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1032.
Hieracium capitulum inclinans, ſemine adunco. *Bauh. pin.* 128.
Intybus, ſive Endivia lutea, caput inclinans, ſemine adunco, majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 53. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 6.
α Rhagadioloides calthæ folio, calyce hiſpido. *Vaill. act.* 1721. *p.* 263.
β Rhagadiolus minor, foliis diſſectis, calyce hiſpido. *Vaill. act.* 1721. *p.* 264.
Hedypnois cretica minor annua. *Tournef. cor.* 36.
Intybus ſive Endivia lutea minor & humilior, capitulum inclinans, ſemine adunco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 53.

Creſcit in Gallia Narbonenſi *ad agrorum margines.*
Mire variat magnitudine & craſſitie ramorum.

4. LAMPSANA calicibus fructus ſubrotundis angulatis, pedunculis incraſſatis, floribus erectis.
Zacintha dentis-leonis folio. *Vaill. act.* 1721. *p.* 262.
Zacintha ſive Cichorium verrucarium. *Matth. dioſc.* 505. *Tourneſ. inſt.* 476. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 90. *Pont. diſſ.* 105.
Zacintha ſive Cichorium verrucoſum. *Dalech. hiſt.* 559.
Cichorium verrucatum; Zacintha. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 144.
Cichorium verrucarium ſive Zacintha, hieraciis adnumerandum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1013.
Intybus ſive Endivia lutea verrucaria. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 53. *ſ.* 7. *t.* 1. *f.* 4.
Chondrilla verrucaria, foliis cichorei viridibus. *Bauh. pin.* 130.
Calendula, hieracii flore, chondrillæ folio, verrucaria. *Herm. lugdb.* 104.
Creſcit ad oſtia Tibridis, *circa Liburnum portum*, Florentiam *& in variis Italiæ locis; fertur & naſci in* Zacyntho *inſula græca.*

CATANANCHE. *g. pl.* 611.

1. CATANANCHE ſquamis calycinis inferioribus ovatis.
Catanance cœrulea, ſemifloſculorum ordine ſimplici. *Vaill. act.* 1721. *p.* 281.
Catanance quorundam. *Dalech. hiſt.* 1090. *Tourneſ. inſt.* 478. *Pont. diſſ.* 108. *Boerh. lugdb.* 1. 2. 92.
Catanance dalechampi, flore cyani, folio coronopi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 26.
Xeranthemum ſeſamoides, coronopi folio, flore cœruleo. *Pluk. alm.* 395.
Cichorium cœruleum, coronopi foliis anguſtis, calyculis ſquamatis argenteis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 55.
Chondrilla cœrulea, cyani capitulo. *Bauh. pin.* 130.
Chondrillæ ſpecies tertia. *Dod. pempt.* 638.
α Catananche eadem, ſemifloſculorum ordine multiplici. *Vaill.*
Catanance flore pleno cœruleo. *Tourneſ.*
Creſcit in aridis ſqualidisque collibus agri Narbonenſis *copioſe*, *in* Longobardia, *circa* Gratianopolin.

2. CATANANCHE ſquamis calycinis inferioribus lanceolatis.
Catananche lutea, longo nervoſo dentatoque folio. *Vaill. act.* 1721. *p.* 282.
Catanance flore luteo, latiore folio. *Tourneſ. inſt.* 478. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 92.
Chondrilla cyanoides lutea, coronopi folio non diviſo. *Barr. rar. t.* 1135. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 21. *t.* 7.
Stoebe plantaginis folio. *Alp. exot.* 286.
β Catanance flore luteo, anguſtiore folio. *Tourneſ.*
Creſcit juxta Cardubam *trans fluvium* Quadalquivir *ad primum milliare in agris.*

ELEPHANTOPUS. 642.

1. ELEPHANTOPUS foliis integris ſerratis.
Elephantopus conyzæ folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 409. *Dill. elt.* 126. *t.* 106. *f.* 126.
Scabioſæ affinis anomala ſylvatica, enulæ folio, ſingulis floſculis albis in eodem capitulo perianthia habentibus, ſemine pappoſo. *Sloan. flor.* 127. *hiſt.* 1. *p.* 263. *t.* 156. *f.* 1, 2.
Echinophora affinis mariana, ſcabioſæ pratenſis folio integro, capitulo ſplendente lævi, ſummo caule coronata. *Pluk. mant.* 66. *t.* 388. *f.* 6.
Echinophoræ indicæ affinis, ſemine & floribus in capſulis (ſeu potius) capitulis lævibus in caulium cymis prodeuntibus. *Pluk. alm.* 132.
Ana-ſchovadi. *Rheed. mal.* 10. *p.* 13. *t.* 7.
Creſcit in locis ſubhumidis Malabariæ, Jamaicæ meridionalis, Terræ Marianæ.
Floruit planta præterito decembri in Hybernaculo, quæ bene reſpondebat figuræ Dillenianæ, folia modo anguſtiora & corollas albas protulit, quæ accidentales notæ. Calyx *Perianthium partiale oblongum, imbricatum; ſquamis octo, lanceolato-ſubulatis, pungentibus, erectis, quarum quatuor exteriores breviſſimæ.* Involucra *ex foliolis tribus, latis, acutis, plures flores compoſitos continentia.* Corolla *compoſita floſculis tribus vel quatuor in orbem poſitis;* propria *ſingula inferne tubuloſa, limbo quinquepartito, ſinu interiore ad baſin limbi diviſo, laciniis æqualibus, extrorſum flexis omnibus. Adeoque flos hic in ſyſtemate Tournefortiano potius ad ſemifloſculoſos quam floſculoſos eſt referendus; conſtat enim ſimplici ſerie floſculorum uti Prenanthes, & floſculi corollulam ad latus exterius flexam, uti ſemifloſculus Tournefortii, exhibent; a ſemifloſculis parum differt quod minus longa ſit corollula, & dentes obtuſiores ac profundius diviſi.*
Cum caulis diſſecatur e radice, prodeunt plures tenues caules vel ſcapi, fere nudi, qui florent, unde Figuræ Rheedi & Plukenetii deſumtæ videntur.

STOEBE.

1. STOEBE.
Helichryſoides juniperi creberrimis aduncisque foliis, floribus in ramulorum cymis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 393.
Conyza africana fruteſcens, foliis Ericæ hamatis & incanis. *Tourneſ. inſt.* 455.
Creſcit in Africa.
Caulis fruteſcens, ramoſus, rami tecti foliis imbricatis. Folia ſubulata, verſus baſin plana amplexicauli, ſuperne canaliformia apice acuminato nutante. Capitulum florum ramos terminat.

ECHI-

ECHINOPSIS. *g. pl.* 625.

1. ECHINOPS floribus capitatis, calycibus unifloris.
Echinopus major. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 69. *Tournef. inſt.* 463. *Vaill. act.* 1718. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 135. *Pont. diſſ.* 191.
Carduus ſphærocephalus latifolius vulgaris. *Bauh. pin.* 381. *ſ.* 7. *t.* 35. *f.* 1.
Carduus ſphærocephalus. *Dod. pempt.* 722.
Chalcejos. *Dalech. hiſt.* 1481.
α Echinopus major, flore candido ſtaminibus in medio cœruleis. *Tournef.*
β Echinopus major humilior, floribus albidis. *Boerh.*
γ Echinopus orientalis, folio acanthi aculeati tenuiter laciniato. *Boerh.*
Echinopus orientalis, acanthi aculeati folio, capite magno ſpinoſo albo (vel cœruleo). *Tournef. cor.* 34.
Carduus ſphærocephalus, capitulo longis ſpinis armato. *Bauh. pin* 283.
Creſcit inter arbores acifolias in montibus excelſioribus Ananiæ *vallis; in montoſis ſylvis prope* Viterbum *quà inde Romam itur.*
Varietas γ *differt a reliquis ſquamis calycinis citiatis, pilis longis, cum in præcedentibus præ brevitate vix percipiantur.*

2. ECHINOPS floribus corymboſis, calycibus multifloris.
Atractylis multiflora cœrulea. *Vaill. act.* 1718. *p.* 217.
Carthamus aculeatus, carlinæ folio, flore multiplici velut umbellato. *Tournef. cor.* 33. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 139.
Carduus flore hyacinthino umbellato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 137.
Carduus Chamæleon dictus, capitulis pluribus minoribus cœruleis corymbatim diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 159. *ſ.* 7. *t.* 33. *f.* 17.
Chamæleon niger umbellatus, flore cœruleo hyacinthino. *Bauh. pin.* 380.
Chamæleon niger cortuſi. *Dod. pempt.* 729.
Chameleon niger. *Dalech. hiſt.* 1454.
Creſcit in campis prope flumina ~~Helleſponti *juxta* Abydum;~~ *in* Lemno, *in* Heraclea Traciæ, *in* Apula.
Conſiderata facie plantæ; corollularum figura, paleis fere ſetaceis ſinguli floſculi, ſeminibus, calycibus &c. Liquet plantam hanc non a præcedenti genere diſtinctam eſſe.

ARCTIUM. *g. pl.* 627.

1. ARCTIUM. *Cæſalp. ſyſt.* 488.
Lappa major; Arcium dioſcoridis. *Bauh. pin.* 198. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 146. *ſ.* 7. *t.* 32. *f.* 1. *Tournef. inſt.* 450. *Vaill. act.* 1718. *p.* 197. *Pont. diſſ.* 138. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 147.
Perſonata ſive Lappa major. *Dalech. hiſt.* 1055.
Perſonata ſive Lappa major vel Bardana. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 570.
Bardana ſive Lappa major. *Dod. pempt.* 38.
α Lappa vulgaris, capitulo minore. *Vaill. act.* 1718. *p.* 197.
β Lappa major montana, capitulis tomentoſis, ſive Arctium dioſcoridis. *Bauh. pin.* 198.
Perſonata altera, cum capitulis villoſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 571.
Creſcit frequens per Europam *ad umbroſa præcipitia montium, juxta vias & in ruderatis.*
Singularis eſt iſta capitulorum pubeſcentia, telæ aranei inſtar calycem obvelans in hac planta & carduis quibusdam, quæ producitur a ſolo loco plantæ aptiſſimo.

SERRATULA.

1. SERRATULA foliis pinnatifidis, ~~lacinia terminatrici~~ maxima.
Serratula. *Bauh. pin.* 235. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 23. *Dod. pempt.* 24. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 8. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 144.
Serratula vulgaris, foliis laciniatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 133.
Jacea nemorenſis, quæ Serratula vulgo. *Tournef. inſt.* 444. *Pont. diſſ.* 135.
Raponticoides nemoroſa, Serratula dicta. *Vaill. act.* 1718. *p.* 227.
Cerretta ſeu Serretta. *Cæſalp. ſyſt.* 539.
α Serratula flore candido. *Boerh.*
Creſcit in pratis nemoroſis opacis ſubhumidis in regionibus campeſtribus Sveciæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ.
Calyx cylindraceus ſquamis lanceolatis acutis, receptaculum ſetoſum, pappus ſeminum ſetaceus.

2. SERRATULA foliis ovato-lanceolatis, radicalibus ſerratis, caule thyrſifero. *Fl. lapp.* 291.
Cirſium humile montanum, cynogloſſi folio, polyanthemum. *Raj. ſyn.* 193. *app.* 196. *Dill. elth.* 82. *t.* 70. *f.* 81. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 148. *Vaill. act.* 1718. *p.* 201.
Carduo-Cirſium minus cambro-britannicum, floribus plurimis, ſummo caule coaggeſtis. *Pluk. alm.* 83. *t.* 154. *f.* 3.
α Cirſium montanum polyanthemum, ſalicis folio anguſto denticulato. *Raj. ſyn.* 193.
Cirſium montanum cambro-britannicum, capitulis compactis, hieracii fruticoſi anguſtis foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 149.
Carduo-Cirſium minus cambro-britannicum, floribus pluribus ſummo caule coaggeſtis. *Pluk. alm.* 83. *t.* 154. *f.* 3.
β Cirſium alpinum, boni henrici folio. *Tournef. inſt.* 448.
Cirſium polyanthemum, molliori haſtato folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 148. *ſ.* 7. *t.* 29. *f.* 1.
Carduus mollis, lapathi foliis. *Bauh. pin.* 377. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 46.
Carduus mollior 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 151.

Creſcit in Alpibus Lapponicis *inter juga in convallibus; in ſecundo* Sneberg *excelſi montis, inter ſaxa; in monte* Eyſchero; *in ſummis rupibus* Arvoniæ.
Calyx ovatus, ſquamis lanceolatis pubeſcentibus, receptaculum paleis ſetoſis aſperſum, pappus ſeminum plumoſus, folia mire variant figura, hinc α. β. eadem cum prima planta, ut autoptes in Lapponia omni die didici.

3. SERRATULA foliis lanceolato-oblongis ſerratis.
Serratula noveboracenſis maxima, foliis longis ſerratis. *Dill. elth.* 355. *t.* 263. *f.* 342.
Serratula novebaracenſis altiſſima, foliis doriæ mollibus ſubincanis. *Herm. flor.* 31. *Raj. app.* 208. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 133. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 144.
Serratula noveboracenſis, folio leviter crenato molli ſubincano. *Herm. prod.* 375. *Raj. app.* 208.
Serratula noveboracenſis maxima, foliis doriæ leviter ſerratis. *Pluk. phyt.* 109. *f.* 3.
Centaurium medium noveboracenſe luteum, ſolidaginis folio integro tenuiter crenato. *Pluk. alm.* 93.
α Serratula noveboracenſis humilior, foliis brevioribus & latioribus ſerratis. *Dill. elth.* 356.
β Serratula virginiana, perſicæ folio ſubtus incano. *Dill. elth.* 356. *t.* 264. *f.* 343.
Serratula prælta, anguſto plantaginis aut perſicæ folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 45. *t.* 32.
Jacea nemorenſis altiſſima, perſicæ folio. *Tournef. inſt.* 444.
Rhaponticoides altiſſima, perſicæ folio. *Vaill. act.*
Centaurium medium, foliis integris purpureum. *Pluk. alm.* 93.
Eupatoria virginiana, ſerratulæ noveboracenſis latioribus foliis. *Pluk. alm.* 141. *t.* 280. *f.* 6.
Creſcit in agro Noveboracenſi, *in* Virginiana *& Carolina.*
Calyx ſubrotundus, ſquamis lanceolatis, terminatis acumine ſetaceo; receptaculum nudum; Pappus ſeminum ſetaceus.

4. SERRATULA foliis linearibus, calycibus ſquamoſis.
Cirſium tuberoſum, capitulis ſquarroſis. *Dill. elth.* 83. *t.* 71. *f.* 82.
Eupatorio affinis americana bulboſa, floribus ſcarioſis calyculis contectis. *Pluk. alm.* 142. *t.* 177. *f.* 4.
Stoebe virginiana tuberoſa latifolia, capitulis ſeſſilibus, ſquamis foliaceis acutis donatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p* 137. *ſ.* 7. *t.* 27. *f.* 10.
Creſcit in Virginia.
Calyx ovato-oblongus, ſquamis lanceolatis, acutis, rigidis, ab exteriore parte reflexo patentibus. Receptaculum nudum, & ſtylus longiſſimis ad antheras usque diviſus ut in Eupatoriis, cum qua ex notis characteriſticis valde affinis pappus etiam plumoſus eſt.

CARDUUS. *g. pl.* 630.

1. CARDUUS inermis, foliis pinnatifidis ſerratis inermibus, ſquamis calycinis membranaceis acuminato-lanceolatis.
Centaurium foliis cynaræ. *Corn. canad.* 72. *t.* 73. *Tournef. inſt.* 449. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 143.
Centaurium majus, foliis cinaræ cornuti. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 131. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 2.
Creſcit in Pyrenæis.

2. CARDUUS caule fere unifloro, calyce inermi acuto, foliis lanceolatis citiatis integerrimis & laciniatis.
Carduus calice inermi, foliis lanceolatis margine citiatis. *Fl. lapp.* 292.
Cirſium pratenſe, ſingulari capitulo magno uno gemino tergeminoque, foliis aliis integris, aliis diſſectis. *Celſ. upſ.* 16.
Cirſium helenii folio, capite magno. *Vaill. act.* 1718. *p.* 200.
Cirſium ſingulari capitulo ſquammato vel incanum alterum. *Bauh. pin.* 377. *Tournef. inſt.* 447. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 138.
Cirſium britannicum cluſii repens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 46. *Raj. hiſt.* 306.
Cirſium britannicum repens, foliis majoribus ſubtus incanis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 149.
Creſcit in pratis depreſſis ac ſuccullentis & umbroſis Lapponiæ, Sveciæ, Angliæ, Galliæ *&c.*
Folia radicalia lanceolata, integerrima, margine æquali, ſetis innoxiis æqualibus ciliorum inſtar diſpoſitis, ſuperne ſaturate viridia, ſubtus pubeſcentia nivea. Caulis uniflorus fere nudus, cui juxta radicem folia diviſa & laciniata. Ex ſumma ala folioli ſæpe flos ad latus caulis ſeſſilis. Hiſce dignoſcitur facile planta, omnes enim figuræ falſæ ſunt, & forte ſpecies multiplicata ob folia caulina laciniata.

3. CARDUUS foliis lanceolatis dentatis, margine ſpinulis inæqualibus citiatis, caule levi.
Cirſium anglicum. *Raj. hiſt.* 306.
Cirſium anglicum, radice hellebori nigri modo fibroſa, folio longo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 45.
Creſcit in paludibus Angliæ *frequens, nec hujus digna exſtat figura.*

4. CARDUUS foliis lanceolatis decurrentibus denticulatis inermibus, calyce ſpinoſo.
Cirſium anglicum. *Lob. hiſt.* 314. *Dalech. hiſt.* 584. figuris tenus.
Creſcit forte in Anglia.
Folia & caulis absque omnibus ſpinis, ſetis aut hirſutie. Flos terminatrix magnus; ſquamæ calycinæ ſpinâ terminatæ. Receptaculum ſetoſum. Seminum pappus ſetoſus vix manifeſte plumoſus.

5 CARDUUS foliis ſinuatis decurrentibus, denticulis & ſuperficie ſpinoſis.
Carduus lanceolatus latifolius. *Bauh. pin.* 385. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 153. *ſ.* 7. *t.* 31. *f.* 7. *Tournef. inſt.* 440. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136. *Pont. diſſ.* 124.
Carduus lanceolatus ſive ſylveſtris dodonæi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 58.
Eriocephalus vulgaris, capite turbinato, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 205.
α Carduus lanceolatus latifolius, flore albo. *Tournef.*

Creſcit

Creſcit in ſylvis juxta vias & in locis ruderatis vulgaris per Europam.
Receptaculum piloſum; Pappus ſeminum plumoſus; ſquamæ calycinæ ſpina ſubulata terminatæ.

6. CARDUUS foliis ſinuatis decurrentibus margine ſpinoſis, floribus confertis terminatricibus.
Carduus caule criſpo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 59. *Tournef. inſt.* 440. *Vaill. act.* 1718. *p.* 195.
Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. *Bauh. pin.* 385. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136.
Carduus polycanthos, capitulis pluribus nutantibus ramoſior. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 153.
Carduus polycanthos. *Raj. hiſt.* 309.
Polycanthos theophraſti. *Dalech. hiſt.* 1473.
α Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius, flore albo. *Boerh.*
β Carduus caule criſpo, capitulis minoribus. *Boerh.*
Creſcit in aggeribus foſſarum ad ſepes & inter vepres in Svecia, Germania, Belgio, Anglia.
Calycis ſquamæ lineares, terminatæ ſpinula. Receptaculum piloſum. Pappus plumoſus.

7. CARDUUS foliis ſinuatis decurrentibus margine ſpinoſis, floribus ſolitariis nutantibus.
Carduus moſchatus, flore amplo, capite deflexo. *Pluk. alm.* 83. *Vaill. act.* 1718. *p.* 193.
Carduus nutans. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 56. *Tournef. inſt.* 440. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136.
Carduus alatus major, flore rubro moſchato, capite nutante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 153. *ſ.* 7. *t.* 31. *f.* 6.
Creſcit ſecus margines viarum, ſcrobiumque & in incultis agris.
Calyx ſubrotundus, ſquamis lanceolato-linearibus, patulis, ſpina terminatis: pappus ſeminum piloſus.

8. CARDUUS foliis ſeſſilibus angulis ſpinoſis, floribus ſolitariis fere ſeſſilibus: aliquot foliolis ovallatis.
Carduus albis maculis notatus exoticus. *Bauh. pin.* 381. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 155. *ſ.* 7. *t.* 30. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136.
Carduus lacteus peregrinus camerarii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 53.
Carduus lacteus ſyriacus. *Cam. hort.* 35. *t.* 10.
Cnicus albis maculis notatus, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 450.
Polyacantha major, lanceolato folio, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 199.
α Cnicus albis maculis notatus, flore albo. *Tournef.*
Creſcit in Creta *& Hiſpania.*
Calyces in alis fere ſeſſiles ſolitarii; foliola duo majora, & duo ſæpius minora ſpinoſa adfiguntur baſi calycis. Calycis ſquamæ lanceolæ ſpina terminatæ. Receptaculum villoſum, Pappus ſeminum plumoſus.

9. CARDUUS ſquamis calycinis margine & apice ſpinoſis.
Carduus albis maculis notatus vulgaris. *Bauh. pin.* 381. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 155. *ſ.* 7. *t.* 30. *f.* 1. *Tournef. inſt.* 440. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136. *Pont. diſſ.* 124.
Carduus marianus, ſive lacteis maculis notatus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 52.
Carduus leucographus. *Dod. pempt.* 722.
Leucographus plinii, Carduus mariæ. *Dalech. hiſt.* 1475.
Silybum albis maculis notatum, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 219.
α Silybum non maculatum, flore purpureo. *Vaill. act.* 219.
Creſcit ad ſepes, in aggeribus & ruderatis Angliæ, Galliæ, Italiæ.
Calyx ventricoſus; ſquamæ ovatæ, terminatæ appendice patulo lanceolato deſinente in ſpinam validam; Latera appendicis ſpinis minoribus citiata ſunt. Receptaculum piloſum. Pappus ſeminum piloſus.

10. CARDUUS foliis lanceolato linearibus integerrimis, margine ſpinis ternatis armato.
Carduus ſeu Polyacantha vulgaris. *Tournef. inſt.* 441. *Pont. diſſ.* 126.
Polyacantha vulgaris altiſſima. *Vaill. act.* 1718. *p.* 199.
Polyacanthus caſabonæ Acarnæ ſimilis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 92.
Acarna theophraſti arguillarâ. *Lob. hiſt.* 486. *f.* 1. *Dalech. hiſt.* 1484.
Acarna major, caule non folioſo. *Bauh. pin.* 379.
Creſcit . . . .
Foliorum tomentum eſt in foliorum parte prona nunc craſſum & croceum, in aliis plantis vix manifeſtum viride.

ONOPORDUM. *g. pl.* 629.

1. ONOPORDUM foliis decurrentibus margine ſpinoſis.
Onopordon vulgare, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 193.
Carduus tomentoſus, acanthi folio, 1 vulgaris. *Tournef. inſt.* 441. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 137. *Pont. diſſ.* 125.
Carduus alatus tomentoſus latifolius vulgaris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 152. *ſ.* 7. *t.* 30. *f.* 1.
Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris. *Bauh. pin.* 382.
Spina alba ſylveſtris fuchſio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 54.
Acanthium. *Dod. pempt.* 721.
α Carduus tomentoſus, acanthi folio, vulgaris, flore ſuaverubente. *Vaill. pariſ.* 28.
β Carduus tomentoſus, acanthi folio, vulgaris, flore albo. *Tournef.*
γ Carduus totus viridis, acanthi folio, vulgaris. *Vaill. pariſ.*
Creſcit in ruderatis & agris frequens per Europam.

CYNARA. *g. pl.* 631.

1. CYNARA foliis pinnatis, laciniis ſerratis.
Cynara ſylveſtris latifolia. *Vaill. act.* 1718. *p.* 198.
Cinara ſylveſtris latifolia. *Bauh. pin.* 384. *Tournef. inſt.* 442.
Scolymus dioſcoridis, Cynara ſilveſtris. *Dalech. hiſt.* 1437.
Carduus Scolymus ſylveſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 52.
α Cinara hortenſis aculeata. *Bauh. pin.* 383.
Scolymus dioſcoridis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 153.
Carduus ſive Scolymus ſativus ſpinoſus & non ſpinoſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 48.
β Cinara hortenſis, foliis non aculeatis. *Bauh. pin.* 383. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 139. *Pont. diſſ.* 126.
Carduus domeſticus, capite majore cum ſquamis diſpanſis viridibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 137. *ſ.* 7. *t.* 33. *f.* 1.
γ Cinara ſpinoſa, cujus pediculi eſitantur. *Bauh. pin.* 383.
δ Cinara maxima anglica. *Bauh. pin.* 383.
Creſcit in lætis agris Italiæ, Siciliæ *&* *Galliæ* Narbonenſis.

CARTHAMUS. *g. pl.* 632.

1. CARTHAMUS foliis ovatis integris margine aculeatis.
Carthamus officinarum, flore croceo. *Tournef. inſt.* 457. *Vaill. act.* 1718. *p.* 216. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 139. *Pont. diſſ.* 152.
Carthamus ſive Cnicus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 79.
Cnicus ſativus ſive Carthamus officinarum. *Bauh. pin.* 378. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 145. *ſ.* 7. *t.* 27. *f.* 1.
Cnicus vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 152.
Cnicus ſativus vulgo Crocum ſaracenicum. *Cæſalp. ſyſt.* 532.
Cnicus ſive Carthamus. *Dod. pempt.* 362.
α Cnicus officinarum, flore albido. *Tournef.*
Creſcere fertur in Ægypto.

2. CARTHAMUS foliis lanceolatis acuminate ſerratis.
Carthamoides cœrulea tingitana. *Vaill. act.* 1718. *p.* 218.
Cnicus perennis cœruleus tingitanus. *Herm. lugdb.* 162. *t.* 163. *Tournef. inſt.* 450. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 140.
Carduus cœruleus erectus tingitanus, cnici facie, foliis magis integris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 159.
α Carthamus ſive Cnicus, flore cœruleo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 80.
Carthamoides cœrulea, folio denticulato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 218.
Cnicus cœruleus aſperior. *Bauh. pin.* 378. *Tournef. inſt.* 450.
Cnicus alter cluſii, cœruleo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 152.
Cnicus flore cœruleo. *Lob. hiſt.* 488.
Carduus erectus cœruleus, cnici foliis diſſectioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 159. *ſ.* 7. *t.* 34. *f.* 19.
Creſcit in agro Tingitano, *&* Hiſpalenſi; *circa* Cordubam *in ſegetibus.*

3. CARTHAMUS foliis amplexicaulibus acuminate dentatis.
Atractylis lutea. *Bauh. pin.* 379. *Vaill. act.* 1718. *p.* 217.
Atractylis vera, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 83.
Atractylis theophraſti & dioſcoridis, ſucco ſanguineo. *Col. ecphr.* 1. *p.* 19. *t.* 23.
Atractylis. *Dod. pempt.* 736.
Cnicus Atractylis lutea dictus. *Herm. lugdb.* 164. *Tournef. inſt.* 451. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 140. *Pont. diſſ.* 141.
Carduus luteus erectus, ramulis fuſum referentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 160. *ſ.* 7. *t.* 34. *f.* 2.
α Cnicus atractylis purpurea dictus. *Boerh.*
Atractylis purpurea. *Bauh. pin.* 379.
Creſcit in Creta, *Gallia* Narbonenſi; *circa* Genevam, *in* Italia *&* *variis* Græciæ *inſulis ad vias & agrorum margines.*

CNICUS. *g. pl.* 633.

1. CNICUS caule diffuſo, foliis dentato ſinuatis.
Cnicus ſylveſtris hirſutior, ſive Carduus benedictus. *Bauh. pin.* 378. *Vaill. act.* 1718. *p.* 208. *Tournef. inſt.* 450. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 140. *Pont. diſſ.* 139.
Carduus luteus procumbens ſudorificus & amarus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 160. *ſ.* 7. *t.* 34. *f.* 1.
Carduus benedictus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 75. *Dod. pempt.* 737. *Matth. dioſc.* 541. *Tilland. ic.* 28.
Carduus ſanctus ſive Carduus benedictus. *Cæſalp. ſyſt.* 534.
α Cnicus ſive Carduus benedictus e chio. *Volk. norib.* 86.
Creſcit in Inſula Lemno *&* Chio *in agris.*

2. CNICUS caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris.
Cnicus pratenſis, acanthi folio, flore flaveſcente. *Tournef. inſt.* 450. *Pont. diſſ.* 142.
Cirſium acanthoides pratenſe, flore ochroleuco. *Vaill. act.* 1718. *p.* 203.
Cirſium fibroſum, foliis latioribus diviſis viridibus, floribus albicantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 150. *ſ.* 7. *t.* 29. *f.* 20.
Carduus pratenſis latifolius. *Bauh. pin.* 376.
Carduus pratenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 43.
α Carduus pratenſis, acanthi folio, flore purpureo. *Tournef.*
Creſcit in Gallia, variisque Germaniæ *&* Galliæ *partibus: ad ripam* Dubis *inter* Longueville *&* Bavans; *in pratis* Rheno *vicinis prope* Argentoratum, Baſileam *&c.*

ATRAC.

ATRACTYLIS. *g. pl.* 635.

1. ATRACTYLIS foliis linearibus dentatis, calycibus conniventibus.
Crocodilodes exigua, purpuraſcente flore. *Vaill. act.* 1718. *p.* 207.
Cnicus exiguus, capite cancellato, ſemine tomentoſo. *Tournef. inſt.* 451. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 140.
Carduus parvus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 93. *Raj. hiſt.* 316.
Carduus minimus. *Alp. exot.* 254.
Acarna capitulis globoſis. *Bauh pin* 379.
Eryngium parvum palmare, foliis ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 166. *ſ.* 7. *t.* 36. *f.* 16.
Creſcit in agris Hiſpaniæ, Cretæ, Siciliæ *circa arcem* Puzzallu.

2. ATRACTYLIS foliis oblongo-ovatis denticulatis ſpinoſis, calycibus patentibus.
Crocodilodes atractylides folio, flore ſulphureo coronato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 207.
Carthamus africanus fruteſcens, folio ilicis, flore aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 139. *Walth. hort.* 13. *t.* 7.
Creſcit in Africa.

CARLINA. *g. pl.* 634.

1. CARLINA caule unifloro.
Carlina-acaulos, magno flore albo. *Bauh. pin.* 380. *Vaill. act.* 1718. *p.* 220. *Tournef. inſt.* 500. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 101.
Carlina acaulos, flore rubro ſquamis albis. *Pont. diſſ.* 167.
Carlina altera. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 64.
Carlina vulgo. *Cæſalp. ſyſt.* 526.
Carlina altera *Dod. pempt.* 101.
Chamæleon albus dioſcoridis, Ixia theophraſti. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 155.
Carduus Xeranthemos, flore albo ampliore, acaulis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 162.
α Carlina acaulos, magno flore purpureo. *Tournef.*
Creſcit in paſcuis ſterilibus, montoſis, ſepibus Germaniæ, Italiæ *&* *Galliæ* Narbonenſis.

2. CARLINA caule multifloro corymboſo.
Carlina ſylveſtris vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 156. *Vaill. act.* 1718. *p.* 220. *Tournef. inſt.* 500. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 101
Carlina ſilveſtris. *Dod. pempt.* 728.
Carlina ſylveſtris quibusdam, aliis Atractylis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 84.
Carthamum ſylveſtre. *Cæſalp. ſyſt.* 532.
Cnicus ſylveſtris ſpinoſior. *Bauh. pin.* 378.
Carduus Xeranthemoides, flore luteo, capitulis parvis in umbella. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 162.
α Carduus monſtroſus, figura cornu copiæ. *Bauh. pin.* 379.
β Carlina ſylveſtris, flore aureo, perennis. *Herm. lugdb.* 121. *Tournef. inſt.* 500. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 500.
Carduus Xeranthemus vulgaris annuus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 162.
γ Carlina patula, atractylidis folio & facie. *Tournef. inſt.* 500. *Vaill. act.* 1718. *p.* 221.
Creſcit in locis ſteriliſſimis montoſis & incultis vulgaris per Europam.
Inquirant Botanici an β. γ. *ſufficienter diſtinguatur, vel an ſola, ut nobis videtur, varietas. In planta vulgari rami flore proprio faſtigiati ſunt, at in* β. γ. *rami longiores caule uti ramuli ramo.*

KLEINIA. *g. pl.* 649.

1. KLEINIA foliis lanceolatis planis, caule lævi ventricoſo.
Cacalianthemum folio nerii glauco. *Dill. elth.* 61. *t.* 54. *f.* 62.
Nec Cacalia; nec Cacaliaſtrum; an Tithymaloides fruteſcens foliis nerii. *Klein. monogr.*
Linariæ ſimilis arbuſcula canarienſis, folio longiore carnoſo fragili ſubtus purpuraſcente, crithmum reſipiens. *Pluk. alm.* 223. *t.* 304. *f.* 3. *peſſima.*
Arbor lavendulæ folio. *Cluſ. exot.* 6. *t.* 7. *peſſima. Bauh. hiſt.* 1. *pp.* 265.
Frutex indiæ orientalis, lavendulæ folio. *Bauh. pin.* 401.
Creſcit in inſulis Canariis, *&* (*ut fertur*) *etiam in* India Orientali.

2. KLEINIA foliis carnoſis lanceolatis compreſſis, caule tereti.
Senecio africanus arboreſcens, ficoidis folio & facie. *Comm. rar.* 40. *t.* 40.
Senecio africanus arboreſcens, folio ficoidis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 117.
Creſcit in Africa.
Hujus folia dum marceſcere incipiunt aromaticum ſpargunt odorem & fere Humulum redolent.

3. KLEINIA caule petiolis truncatis obvallato.
Cacalianthemum (forte) caudice papillari. *Dill. elth.* 63. *t.* 55. *f.* 63.
Creſcit in Africa.
De fructificatione hujus nil certi adhuc novimus.
Singulari methodo munitur caulis ab externis injuriis; Folia enim decidunt & diſcedunt paulo ſupra baſin petioli; pars remanens accreſcit, & induratur, unde ſpinis truncatis undique munitur caulis.

4. KLEINIA foliis carnoſis planis ovato-oblongis.
Anteuphorbium. *Dod. pempt.* 378. *Dalech. hiſt.* 1692. *Lob. obſ.* 643. *Dill. elth.* 63. *t.* 55. *f.* 2, 3.
Euphorbium 12. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 259.

Creſcit in Africa.
Caulis carnoſus. Folia ovato-oblonga, plana, carnoſa, obtuſa, alterna; e ſingulo puncto inſertionis folii decurrunt per caulem lineæ glabræ tres.
Dicta in Honorem Nobiliſſimi J. Th. Klein *urbi Gedanenſi à ſecretis, plantarum rariorum cultore ſummo, a quo ſpeciei hujus primæ flos primum deſcriptus fuit particulari opuſculo.*

EUPATORIUM. *g. pl.* 638.

1. EUPATORIUM foliis connatis.
Eupatorium virginianum, ſalviæ foliis longiſſimis acuminatis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 140. *t.* 87. *f.* 6. *bona. Tournef. inſt.* 456. *Vaill. act.* 1719. *p.* 399.
Eupatorium virginianum, mucronatis rugoſis & longiſſimis foliis perfoliatum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 97.
Creſcit in Virginia.
Radix perennis; Caules erecti, ſimplices; Folia oppoſita, lineari-lanceolata, reſpectu internodiorum caulis longiſſima, acuta, ſeſſilia, obſolete ſerrata, ſuperne ſcabra, ſubtus venis reſticulata villoſa albida, baſi connata in unum. Corymbus florum terminatrix, albicans.

2. EUPATORIUM foliis digitatis.
Eupatorium cannabinum. *Bauh. pin.* 320. *Vaill. act.* 1719. *p.* 398. *Tournef. inſt.* 455. *Pont. diſſ.* 161. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 118.
Eupatorium cannabinum vulgare, foliis trifidis profunde dentatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 97.
Eupatorium adulterinum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1065.
Hepatorium vulgare. *Dod. pempt.* 28.
Creſcit in uliginoſis & umbroſis juxta foſſas, fluvias & aquas per Europam.

3. EUPATORIUM caule erecto, foliis cordatis ſerratis.
Eupatorium, urticæ foliis, canadenſe, flore albo. *Herm. lugdb.* 667. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 118.
Eupatorium urticæ foliis, canadenſe, floribus albis. *Pluk. alm.* 140. *Vaill. act.* 1719. *p.* 399.
Eupatorium americanum, folio urticæ, flore albo. *Pont. diſſ.* 162.
Euphorbium ſcrophulariæ foliis glabris, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 98. *ſ.* 7. *t.* 18. *f.* 11.
Conyza americana, urticæ folio, flore albo. *Tournef. inſt.* 455.
Valeriana urticæ folio, flore albo. *Corn. canad.* 20. *t.* 21.
Creſcit in Canada.
Hæc recedit calyce fere æquali, pappo longe breviore, vix ipſa ſemina ſuperante, piſtilloque brevi, parum antheras ſupereminente.

4. EUPATORIUM caule erecto, foliis oblongo-ovatis ſerratis petiolatis.
Eupatorium novæ angliæ, urticæ foliis, floribus purpuraſcentibus, maculato caule. *Herm. lugdb.* 667. *par.* 158. *t.* 158. *Tournef. inſt.* 456. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 118.
Creſcit in Nova Anglia.

5. EUPATORIUM caule volubili, foliis cordatis acutis dentatis.
Eupatorium americanum ſcandens, haſtato magis acuminato folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 401.
Clematitis novum genus, cucumeris folio, virginianum. *Pluk. alm.* 109. *t.* 163. *f.* 3.
Creſcit in Virginia.

6. EUPATORIUM caule volubili, foliis ovatis integerrimis, floribus quadrifloris racemoſis.
Creſcit in Vera Cruce, *ab Houſtono collecta.*
Caulis volubilis. Folia ovata, acuminata, integerrima, petiolata, oppoſita. Rami ex ala ſingula ſolitarii, folioſi, recti, deſinentes in racemum compoſitum ex racemulis oppoſitis, ſingulo racemulo digiti longitudine, floribus proprio pedicello inſidentibus: Singulo calyce tetraphyllo, æquali, pappo breviore, quatuor floſculis inſtructo; Pappus ſimplex, ſetaceus; piſtillum longum, bipartitum.

7. EUPATORIUM caule erecto, foliis oblongo-ovatis integerrimis.
Eupatorium origani foliis amplioribus. *Vaill. act.* 1719. *p.* 400.
Centaurium ciliare minus biſnagaricum, origani foliis amplioribus, floribus in umbellis. *Pluk. alm.* 93. *t.* 81. *f.* 4.
Creſcit in America, Bahama *&c.*
Facies totius plantæ eſt origani.

AGERATUM. *g. pl.* 637.

1. AGERATUM.
Carelia americana, lamii folio. *Pont. diſſ.* 184.
Eupatorium humile africanum, ſenecionis facie, folio lamii. *Herm. parad.* 161. *t.* 161. *Vaill. act.* 1719. *p.* 400.
Conyza americana, lamii folio, flore albo. *Tournef. inſt.* 455. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 116.
Creſcit in America.

CHRYSOCOMA. *g. pl.* 639.

1. CHRYSOCOMA calycibus laxis.
Chryſocome. *Dill. gen.* 167.
Coma aurea germanica. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 121.

Virga

Virga aurea, linariæ folio, floribus congeſtis & umbellatim diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 125.
Conyza linariæ folio. *Tournef. inſt.* 455. *Vaill. act.* 1719. *p.* 397. *Pont. diſſ.* 157.
Linoſyris nuperorum. *Lob. hiſt.* 223.
Oſyris auſtriaca. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 325.
Linaria, folioſo capitulo luteo, major. *Bauh. pin.* 213.
Heliochryſos tragi, ſive Linaria tertia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 151.
Creſcit in montoſis paſcuis ad ſepes prope Ratisbonam; *in multis* Pannoniæ *locis; in Gallia* Narbonenſi, *prope* Monſpelium.

2. CHRYSOCOMA fruticoſa, foliis linearibus dorſo decurrentibus.
Coma aurea africana fruticans, foliis linariæ anguſtis, major. *Comm. hort.* 2. *p.* 89. *t.* 45. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 121.
Conyza africana fruteſcens, foliis roſmarini. *Old. afr.* 27. *Tournef. inſt.* 455. *Vaill. act.* 1719. *p.* 397.
Conyza æthiopica, flore bullato aureo, pinaſtri brevioribus foliis læte viridibus. *Pluk. alm.* 400. *t.* 327. *f.* 2.
Creſcit in Æthiopia *& ad Caput bonæ ſpei.*

3. CHRYSOCOMA foliis linearibus, ſubtus piloſis, floribus ante floreſcentiam reflexis.
Conyza africana tenuifolia ſubfruteſcens, flore aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 116.
Conyza africana humilis, coridis folio, perennis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 398.
Creſcit in Africa.
Rami filiformes, diffuſi, perennes, piloſi; flores, reflexi ante floreſcentiam, hanc plantam diſtinctam reddunt a præcedenti.

SANTOLINA. *g. pl.* 640.

1. SANTOLINA foliis linearibus, pedunculis unifloris.
Santolina vermiculata cretica. *Tournef. inſt.* 461. *Vaill. act.* 1719. *p.* 411. *Pont. diſſ.* 181.
Santolina, foliis roſmarini, major. ~~*Tournef. inſt.* 461. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 124.~~
Abrotanum fœmina, foliis roſmarini, majus. *Bauh. pin.* 137. ~~*Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 10. *ſ.* 6. *t.* 9. *f.* 22.~~
Abrotanum fœmina 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 342.
α Abrotanum fœmina, foliis roſmarini, minus. *Bauh. pin.* 137.
β Santolina vermiculata cretica. *Tournef. inſt.* 461. *Vaill. act.* 1719. *p.* 411.
γ Abrotanum fœmina viridis. *Bauh. pin.* 137.
Creſcit in agro Salmanticenſi *& montibus* Segobiæ *vicinis, qui Caſtellam novam a veteri ſeparant, aliisque aſperis & ſalebroſis* Hiſpaniæ *locis.*

2. SANTOLINA foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris.
Santolina foliis teretibus. *Tournef. inſt.* 46. *Vaill. act.* 1719. *p.* 412. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 123. *Pont. diſſ.* 180.
Santolina 1. *Dod. pempt.* 269.
Santolina vulgo, aliis Creſpolina. *Cæſalp. ſyſt.* 478.
Chamæcypariſſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 133.
Abrotanum fœmina vulgare. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 341.
Abrotanum fœmina, foliis teretibus. *Bauh. pin.* 136. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 11. *ſ.* 6. *t.* 3. *f.* 12.
α Santolina flore majore, foliis villoſis & incanis. *Tournef. inſt.* 460. *Vaill. act.* 1719. *p.* 412.
β Santolina incana, chamæmeli odore ſuaviore. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 123.
γ Santolina hiſpanica, foliis chamæmeli. *Tournef. inſt.* 461.
δ Santolina foliis minus incanis. *Tournef. inſt.* 461.
Abrotanum fœmina, foliis minus incanis. *Bauh. pin.* 137.
Creſcit in Hetruriæ, Hiſpaniæ, *Galliæ* Narbonenſis *ſalebroſis.*

3. SANTOLINA corymbo ſimplici terminatrici, foliis trifidis.
α Santolina africana corymbifera, coronopi folio ampliore. *Tournef. inſt.* 461.
Baccharis africana perennis, glauco trifidoque folio. ~~*Vaill. act.* 1719. *p.* 414.~~
Coma aurea africana fruticans, foliis glaucis & in extremitate trifidis. *Comm. hort.* 2. *p.* 97. *t.* 49. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 121. *Pont. diſſ.* 176.
β Baccharis africana, crithmi folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 415.
Coma aurea africana fruticans, foliis crithmi marini. *Comm. hort.* 2. *p.* 99. *Pont. diſſ.* 176.
Jacobæa æthiopica, foliis abrotani trifidis, ſummo caule capitulis parvis glomeratis. *Pluk.* 194. *t.* 302. *f.* 7.
γ Coma aurea africana fruticans, foliis viridibus & in extremitate trifidis, floribus majoribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 122.
δ Coma aurea africana fruticans, foliis glaucis longis tenuibus multifidis, apice pinnularum trifido. *Boerh.*
ε Coma aurea africana fruticans, foliis tenuiſſimis longis trifidis. *Boerh.*
ζ Coma aurea africana fruticans, foliis glaucis ſucculentis digitatis odoratis. *Boerh.*
η Baccharis africana tomentoſa & incana, trifido folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 415.
Abrotanum africanum, multifido folio, incanum, corymbis aureis, umbellatum. *Pluk. alm.* 2. *p.* 352. *f.* 4.
Creſcit in Africa.
Semina hujus coronata ſunt villis breviſſimis.

4. SANTOLINA corymbo compoſito terminatrici, folis linearibus dentatis, dentibus longitudine folii.
Elichryſum africanum fruteſcens, foliis crithmi marini. *Comm. hort.* 2. *p.* 113. *t.* 57. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 121.
Ageratum capenſe, crithmi folio, capitulis parvis. *Pet. gaz. t.* 33. *f.* 1.
Creſcit in Africa.
Antecedenti ſimilis ſeminibus & floribus, ſed calice paulo anguſtiore.

5. SANTOLINA foliis inferioribus linearibus dentatis, ſuperioribus ovatis ſerratis, corymbo compoſito.
Ageratum africanum fruteſcens, folio craſſo rigido ſerrato, flore aureo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 125.
Coma aurea africana fruteſcens, foliis inferioribus inciſis, ſuperioribus dentatis. *Comm. rar.* 41. *t.* 41.
Creſcit in Africa.
Rami & caules corymbo terminantur; calix oblongus, paleæ diſtinguunt floſculos & ſemina nuda.

6. SANTOLINA foliis linearibus, flore ſolitario terminatrici, ſquamis calycinis crenatis.
Creſcit in Africa.
Caulis fruticoſus, foliis alternis veſtitutus: folium ubi inſeritur cauli baſi prominet, unde infra folium deorſum evadit angulatus caulis. Folia linearia, obſolete trigona. Flos unicus, terminatrix. Calyx (centaureæ modo) ovatus, imbricatus ſquamis ovato-oblongis, apice rotundatis, quarum intimæ magnæ, margine membranaceæ, crenatæ & limbum parvum patentem formantes. Floſculi æquales, longitudine calycis, hermaphroditi omnes, ſtigmate bifido; ſeminum corona parum villoſa & fere nulla.

7. SANTOLINA tomentoſa, foliis oblongis integerrimis obtuſis, corymbo terminatrici ramoſo.
Baccharis tomentoſa, polii folio, ſapore fervido. *Vaill. act.* 1719. *p.* 415.
Gnaphalium maritimum. *Baub. pin.* 263. *Tournef. inſt.* 461. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 118. *Pont. diſſ.* 182.
Gnaphalium maritimum multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 157.
Gnaphalium marinum tomentoſum. *Dalech. hiſt.* 1387.
Gnaphalium legitimum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 320.
Chryſanthemum perenne Gnaphalodes maritimum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 21. *ſ.* 6. *t.* 4. *f.* 47.
Creſcit in litoribus ſabuloſis & arenoſis maris mediterranei *frequens; in univerſo litore a* Marianis aquis *ad* Ceti montis *radices & alibi in* Narbona. *In litore* Cornubienſi *& variis aliis* Angliæ.

TANACETUM. *g. pl.* 636.

1. TANACETUM foliis ovatis integris ſerratis.
Tanacetum hortenſe, foliis & odore menthæ. *Herm. lugdb.* 697. *Tournef. inſt.* 461. *Pont. diſſ.* 194.
Balſamita major. *Dod pempt.* 295. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 2. *ſ.* 6. *t.* 1. *f.* 1. *Vaill. act.* 1719. *p.* 369. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 125.
Mentha hortenſis corymbifera. *Bauh. pin.* 226.
Mentha corymbifera ſive Coſtus hortenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 144.
Coſtus hortenſis. *Dalech. hiſt.* 678.
Herba ſanctæ mariæ. *Cæſalp. ſyſt.* 483.
Creſcit in locis ſqualidis Hetruriæ *&* Narbonæ.

2. TANACETUM foliis pinnatifidis integerrimis.
Tanacetum africanum arboreſcens, foliis lavendulæ multifido folio. *Comm. hort.* 2. *p.* 201. *t.* 101. *Vaill. act.* 1719. *p.* 370. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 124.
α Tanacetum africanum fruteſcens, foliis lavendulæ multifidæ longe minoribus, graveolens. *Boerh.*
Creſcit in Africa.

3. TANACETUM foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis inciſis ſerratis.
Tanacetum foliis pinnatis planis, pinnis ſerratis. *Fl. lapp.* 295.
Tanacetum vulgare luteum. *Bauh. pin.* 132. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 2. *ſ.* 6. *t.* 5. *f.* 1. *Vaill. act.* 1719. *p.* 369. *Tournef. inſt.* 461. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 125. *Pont. diſſ.* 193.
Tanacetum vulgare, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 131.
Tanacetum vulgo, aliis Daneta. *Cæſalp. ſyſt.* 479.
Tanacetum. *Dod. pempt.* 36.
Athanaſia ſeu Tanacetum. *Dalech. hiſt.* 955.
β Tanacetum foliis criſpis. *Bauh. pin.* 132.
Tanacetum criſpum. *Dod. pempt.* 36.
γ Tanacetum vulgare luteum maximum. *Boerh.*
Creſcit in aggeribus & agrorum marginibus ac ſepimentis frequens per Europam.
Hæc in Lapponia *& ſeptentrionali Svecia fere inodora eſt, at* α *in Hortis foliis criſpis odoratiſſimis.*

4. TANACETUM foliis pinnato multifidis, laciniis linearibus diviſis acutis, floribus faſtigiatis.
Abrotanum africanum fruticans multiflorum, foliis tanaceti decuplo minoribus. *Comm. hort.* 2. *p.* 199. *t.* 100. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 124.

TARCHONANTHUS.

TARCHONANTHUS.
Tarchonanthos ſalicis capreæ foliis odoratis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 411.
Conyza africana fruteſcens, foliis ſalviæ, odore camphoræ. *Tournef. inſt.* 455.
Elichryſum arboreum africanum, ſalviæ folio odorato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 121.
Elichryſo affinis arbor africana, flore purpuro-violaceo, folio ſalviæ, odore roſmarini. *Herm. lugdb.* 228. *t.* 229.
Pſeudo Helichryſum ſive Helichryſo affinis africana arboreſcens, floribus purpuro-violaceis, foliis ſalviæ, odore roſmarini. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90.
Creſcit in Africa *ad caput b. ſpei.*

BIDENS. *g. pl.* 641.

1. BIDENS corona feminum retrorſum aculeata, feminibus erectis.

α Bidens foliis tripartito diviſis. *Cæſalp. ſyſt.* 488. *Tournef. inſt.* 462. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 122. *Pont. diſſ.* 177.
Ceratocephalus vulgaris, tripteris & pentapteris folio, caule rubente. *Vaill. act.* 1720. *p.* 423.
Verbeſina foliis tripartito diviſis. *Rupp. jen.* 135.
Verbeſina ſive Cannabina aquatica, flore minus pulchro, elatior & magis frequens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1073.
Cannabina aquatica, folio tripartitim diviſo. *Bauh. pin.* 321.
Dixi plantarum hoc genus a Nobiliſſimis Rudbeckiis, *omni Doctrinæ genere per orbem dudum Clariſſimis.* Olai Rudbecki (*patris*) *Profeſſ. quondam Botanices cura inſtauratus eſt Hortus Academicus primus in* Svecia *Upſaliæ; Eo authore prodiit catalogus horte ter.* Olai Rudbeckii (*filii*) *Succeſſoris, Profeſſoris Botanices Upſaliæ & Archiatii Regii, induſtriæ debentur plantæ rariores* Lapponiæ. *Utrisque Vaſtum iſtud opus* Camporum Elyſiorum, *diu, ſummisque impenſis, elaboratum, deſideratiſſimum, licet infauſtum perierit exceptis primis tomis. Hanc plantam Rudbeckiam dixi, cum in armis ſuis gerant coronam quandam ſolis cum tribus floribus.*

COREOPSIS. *g. pl.* 670.

1. COREOPSIS.
Bidens ſucciſæ folio, radio amplo laciniato. *Dill. elth.* 55. *t.* 48. *f.* 56.
Bidens caroliniana, florum radiis latiſſimis inſigniter dentatis, ſemine alato per maturitatem convoluto. *Mart. cent.* 26. *t.* 26.
Creſcit in Carolina *Americæ.*
Coreopſis cum ſemina faciem cimicis gerant dicta fuit.

CENTAUREA. *g. pl.* 671.

1. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis lineari-ſubulatis, foliis pinnatis ſerratis.
Centaurium ciliace annuum, foliis laciniatis & ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 131. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 3.
Serratula annua, ſemine ciliari elegantiſſimo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 144. *vide. Dill. gen.* 139.
Rhaponticoides, foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Vaill. act.* 1719. *p.* 229.
Crupina belgarum. *Rupp. jen.* 148. *Knaut. meth.* 142.
Jacea annua, foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Tournef. inſt.* 444.
Cyanus pulchro ſemine centaurii majoris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 24.
Cyanus foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Pont. diſſ.* 212.
Senecio-carduus apulus. *Col. ecphr.* 1. *p.* 34.
Chondrilla foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *Bauh. pin.* 130.
Creſcit in Hetruria; *in agro* Narbonenſi *non procul a Lupo monte; prope Scaleam in* Regno Neapolitano, *in collo caſtri novi non procul* Monſpelio.

2. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis lanceolatis, foliis lanceolatis vix denticulatis.
Raponticum purpureum, cyani folio, radice repente. *Vaill. act.* 1718. *p.* 225.
Jacea orientalis, cyani folio, flore parvo, calyce argenteo. *Tournef. cor.* 32. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 143.
Creſcit in Oriente.

3. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis lanceolatis, foliis linearibus confertis integerrimis.
Rhaponticoides fruteſcens, elichryſi folio, capitulo turbinato, flore purpuraſcente. *Vaill. act.* 1718. *p.* 227.
Jacea cretica fruteſcens, elichryſi folio, flore magno purpuraſcente. *Tournef. cor.* 32.
Stœbe capitata, overo Chamæpino fruticoſo dicandia. *Pon. bald.* (*ital.*) 75.
Stœbe cretica fruticans, piceæ aut potius pini anguſtis foliis crebrius ſtipatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 133. *ſ.* 7. *t.* 26. *f.* 8.
Chamæpecue. *Alp. exot.* 76.
Creſcit in Creta.

4. CEN-

4. CENTAUREA calycibus inermibus ſubrotundis glabris: ſquamis ovatis, foliis ſinuatis.
Amberboi flore purpureo odorato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 230.
Cyanus floridus odoratus turcicus ſive orientalis major. *Park. theatr.* 481. *Tournef. inſt.* 441. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 145.
α Cyanus floridus odoratus turcicus ſive orientalis major, flore incarnato. *Tournef. Ponted. diſſ.* 210.
β Cyanus floridus odoratus turcicus ſive orientalis major, flore albo. *Tournef.*
γ Cyanus floridus odoratus turcicus ſive orientalis major, flore luteo. *Tournef.*
δ Amberboi alterum, flore purpureo cum corona ampliſſima. *Vaill. act.* 1718. *p.* 230.
Cyanus orientalis alter ſive conſtantinopolitanus, fiſtuloſo purpureo flore. *Tournef. inſt.* 446.
ε Cyanus peregrinus Amberboi ſive Emberboi dictus. *Ambroſ. hiſt.* 187. *Tournef.*
ζ Cyanus orientalis alter ſeu conſtantinopolitanus, flore fiſtuloſo candicante. *Tournef.*
η Cyanus orientalis, flore luteo fiſtuloſo. *Tournef.*
ϑ Cyanus orientalis major, foliis magis diſſectis, flore luteo ex aleppo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 135. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 5
Creſcit in arvis Conſtantinopolitanis *&* Chalepenſibus.

5. CENTAUREA calycibus glabris: ſquamis ovatis ſeta reflexa terminatis, foliis dentato-pinnatifidis ſerratis.
Rhaponticoides annua, foliis cichoraceis villoſis, altiſſima, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 228.
Jacea, foliis cichoraceis villoſis, altiſſima, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 444. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142. *Pont. diſſ.* 137.
Jacea major, foliis cichoraceis mollibus, flore ſtamineo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 140. *ſ.* 7. *t.* 26. *f.* 14.
Stœbe major, foliis cichorareis mollibus lanuginoſis. *Bauh. pin.* 273.
Stœbe ſalmantica 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 9.
Stœbe ſalmanticenſis prior cluſii ſive Jacea intybacea. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 36.
Aphyllanthes primum. *Dod. pempt.* 125.
• Jacea, foliis cichoraceis villoſis, altiſſima, flore albo. *Tournef.*
Creſcit in Italia, Sicilia *& circa* Monſpelium.
Hæc in radio ſæpe etiam hermaphroditos fert, vel loco genitatium aliquot filamenta longa, vel ſtylos ſimplices, omnes floſculos æqualis magnitudinis, & ſtigmata florum duplicia reflexa, at in radio, ſi quæ, ſimplicia.

6. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis ovatis obtuſis, foliis pinnatis glabris, foliolis integris: impari ſerrato.
Rhaponticoides lutea major, glauco folio laciniato, capite magno. *Vaill. act.* 1718. *p.* 229.
Centaurium majus luteum. *Corn. canad.* 69. *t.* 70. *Pont. diſſ.* 215.
Centaurium alpinum luteum. *Bauh. pin.* 117. *prod.* 56. *t.* 56. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 132. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 5. *Tournef. inſt.* 449.
Centaurium majus alpinum luteum. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142.
Centauroides folio glabro, flore flaveſcente. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 40.
Creſcit in monte Baldo.

7. CENTAUREA calycibus inermibus: ſquamis ovatis, foliis pinnatis, foliolis ſerratis decurrentibus.
Centaurea major. *Cæſalp. ſyſt.* 540.
Rhaponticoides major, folio in amplas lacinias diviſo. *Vaill. act.* 1718. *p.* 227.
Centaurium majus, folio in lacinias plures diviſo. *Bauh. pin.* 117 *Tournef. inſt.* 449. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 144. *Pont. diſſ.* 214.
Centaurium majus, juglandis folio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 38. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 131. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 1.
Centaurium majus 1 vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 10.
Centaurium magnum. *Dod. pempt.* 144.
α Centaurium majus, flore ex albido. *Boerh.*
Creſcit in monte Gargano Apuliæ; *in ſummis alpibus* Italiæ; *in agro* Veronenſi; *monte* Baldo (*a Pontedera tamen non reperta*) *aliisque quibusdam.*

8. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis integerrimis decurrentibus.
Centaurium majus orientale erectum, glaſti folio, flore luteo. *Tournef. cor.* 32. *Comm. rar.* 39. *t.* 39. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 143.
Rhaponticum luteum, iſatidis folio, alato caule. *Vaill. act.* 1718. *p.* 224.
Creſcit in Oriente.
Squama ſingula calycina terminatur ſquamulâ ovata, fuſca, quæ undique cingitur membrana magna alba. Stigma ſimplex eſt; corollulæ neutræ quadripartito ſæpe & tripartito limbo gaudent.

9. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis ovato oblongis denticulatis integris petiolatis ſubtus tomentoſis.
Centaurium majus, folio helenii incano. *Tournef. inſt.* 449. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 143.
Centaurium majus; Rha capitatum, folio enulæ ſubtus hirſuto & incano. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 4. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 132. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 7. *mala.*
Jacea alpina, capite maximo, enulæ folio. *Pont. diſſ.* 137.
Rhaponticum folio helenii incano. *Bauh. pin.* 117. *Vaill. act.* 1718. *p.* 224.
Rha ſive Rhei, ut exiſtimatur. *Dod. pempt.* 389.
Creſcit . . . .

10. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis: radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis.
Jacea nigra in germaniæ pratis. *Raj. ſyn.* 198, 199.
Jacea nigra pratenſis latifolia. *Bauh. pin.* 271. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 139. *ſ.* 7. *t.* 28. *f.* 1. (*mal*). *Tournef. inſt.* 443. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142.
Jacea nigra vulgaris capitata & ſquamata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 27.
Jacea nigra. *Paul. dan. t.* 256.
Rhaponticum pratenſe, jaceæ folio & facie, flore purpureo coronato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 224.
Cyanoides vulgaris latifolia, flore purpureo. *Pont. diſſ.* 218.
α Jacea nigra pratenſis latifolia, flore albo. *Tournef.*
Creſcit in pratis apricis juxta lapides & agros, interque ſegetem frequens in Svecia, Dania, Germania, Hollandia, Anglia, Gallia.

11. CENTAUREA calycibus citiatis ſubrotundis, foliis pinnatifidis.
Jacea major. *Raj.* 198.
Centaurium collinum geſneri, flore purpureo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 32. *Pont. diſſ.* 216.
Scabioſa major, ſquamatis capitulis. *Bauh. pin.* 269.
Scabioſa major matth. *Dalech. hiſt.* 1066.
α Scabioſa major altera, ſquamatis capitulis; ſeu Jacea rubra latifolia laciniata. *Bauh. pin.* 269.
Creſcit in pratis aridioribns Sveciæ, Angliæ, Belgii.

12. CENTAUREA calycibus ciliatis: ciliis ſetaceis reflexis.
Jacea cum ſquamis pinnatis ſive capite villoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 29. *Tournef. inſt.* 443. *Vaill. act.* 1718. *p.* 232.
Jacea latifolia, capite hirſuto. *Bauh. pin.* 271. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142.
Jacea 4 auſtriaca, villoſo capite. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 7.
Creſcit in montanis Pannoniæ & Auſtriæ.
Folia in hac ovato-oblonga ſunt & ſeſſilia.

13. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis lanceolatis ſuperne ſerratis.
Jacea luſitanica ſempervirens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 139. *ſ.* 7. *t.* 28. *f.* 9. *Tournef. inſt.* 444. *Vaill. act.* 1718. *p.* 232. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142.
Creſcit in Luſitania.
Squamæ calycinæ lanceolatæ verſus apicem ſetis ſeptem parvis, quarum intermedia longior, inſtructæ.

14. CENTAUREA calycibus ciliatis villoſis, foliis cuneiformibus ſuperne ſerratis inferne dentatis.
Jacea cretica laciniata argentea, flore parvo flaveſcente. *Tournef. cor.* 32. *Vaill. act.* 1718. *p.* 233.
Creſcit in Creta.

15. CENRAUREA ramis ſpinoſis.
Jacea cretica aculeata incana. *Tournef. inſt.* 445. *Vaill. act.* 1718. *p.* 233.
Cyanus ſpinoſus. *Alp. exot.* 162.
Stœbe ſpinoſa cretica. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 136.
Creſcit in Creta.
Planta tomento obducta eſt & ramuli ſpinis rigidis terminantur, calyxque leviſſime ciliatus conſpicitur.

16. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis tomentoſis duplicato-pinnatifidis: lacinulis linearibus.
Jacea montana candidiſſima, ſtœbes foliis. *Bauh. pin.* 272. *prod.* 128. *Tournef. inſt.* 444. *Vaill. act.* 1718. *p.* 233.
Jacea montana candidiſſima. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 141. *ſ.* 7. *t.* 26. *f.* 20.
Creſcit in montibus prope Capuam.

17. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis tomentoſis pinnatifidis, foliolis ovatis integerrimis: exterioribus majoribus propioribus.
Jacea candidiſſima laciniata, flore luteo magno. *Vaill. act.* 1718. *p.* 233.
Jacea epidaurica candidiſſima & tomentoſa. *Tournef. inſt.* 445.
Jacea cretica lutea, foliis cinerariæ. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 141.
Jacea arborea argentea raguſina ſimiliter ſpecies hyoſiridis. *Zan. hiſt.* 107. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 142.
Creſcit in Creta.

18. CENTAUREA calycibus ſerratis ciliatisque, foliis lanceolatis dentatis, floribus ſeſſilibus.
Creſcit forte in Gallia Narbonenſi.
Obſ. *calycis ſquamæ lanceolatæ margine atro ſerrulatæ, apice ſetis quibusdam albidis inſtructæ. Caulis ramoſus; folia lanceolata, dentata, glabra; Corolla purpurea, radio magno; flores ramos terminant ſeſſiles.*

19. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis lanceolatis integerrimis decurrentibus.
Cyanus alpinus, radice perpetua. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 23.
Cyanus montanus perennis latifolius, flore grandi. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 1. *p.* 134.
Cyanus montanus latifolius vel Verbaſculum cyanoides. *Bauh. pin.* 273. *Tournef. inſt.* 445. *Vaill. act.* 1718. *p.* 235. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 145. *Pont. diſſ.* 208.
Cyanus major. *Dod. pempt.* 251. *Lob. hiſt.* 276. *Dalech. hiſt.* 437.
Creſcit in montoſis variis Germaniæ, *prope acidulas* Spadenſes; *in monte* Juræ *non longe a Geneva; in monte* Waſſerfall *Baſileæ &c.*

20. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis linearibus: infimis dentatis: ſuperioribus integerrimis.
Cyanus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 21.
Cyanus minor. *Dalech. hiſt.* 437.
Cyanus vulgaris. *Lob. hiſt.* 296.
Cyanus flos. *Dod. pempt.* 251.
Cyanus vulgo Fioraliſus. *Cæſalp. ſyſt.* 538.
Cyanus ſegetum vulgaris minor annuus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 134. *ſ.* 7. *t.* 25. *f.* 4.
Cyanus ſegetum. *Bauh. pin.* 273. flore cœruleo. *Tournef. inſt.* 446. *Vaill. act.* 1718. *p.* 235. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 145. *Pont. diſſ.* 209.
α Cyanus ſegetum, flore albo. *Touruef.*
β Cyanus flore incarnato. *T.*
γ Cyanus flore purpureo. *T.*
δ Cyanus flore rubro. *T.*
ε Cyanus ſegetum, diſco purpureo: cum corona candida. *T.*

ζ Cyanus

ζ Cyanus ſegetum, diſco carneo: cum corona candida. *T.*
η Cyanus ſegetum, diſco immaculati candoris: cum corona candida. *T.*
ϑ Cyanus ſegetum, diſco purpuraſcente: cum corona candida. *T.*
ι Cyanus ſegetum, diſco violaceo: cum corona candida. *T.*
κ Cyanus ſegetum, diſco cœruleo: cum corona candida. *T.*
λ Cyanus ſegetum, flore dilute janthino. *T.*
μ Cyanus hortenſis, atropurpuraſcente flore. *T*
ν Cyanus hortenſis, flore pleno cœruleo. *T.*
ο Cyanus hortenſis, flore pleno purpureo. *T.*

Creſcit inter ſecale & Triticum, quod ante hyemen ſatum fuit, vulgaris per Europam *in agris. Memini ſingularem hujus ſpeciei varietatem quam in Horto Stenbrohultenſi alit Venerandus Parens meus, cujus corollulæ neutræ ſemper quaſi madidæ ſunt, ſingulari certe variationis methodo.*

21. CENTAUREA calycibus ſubulato-ſpinoſis, foliis decurrentibus inermibus lanceolatis: inferioribus dentatis.
Jacea lutea annua ſtellata & alata, foliis cyani. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 141.
Jacea ſtellata Spina ſolſtitialis dicta, foliis cyani. *Herm. flor.* 2. *p.* 40. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 141.
Cacatreppola altera. *Cæſalp. ſyſt.* 535.
Leucacantha quorundam. *Dalech. hiſt.* 1464.
Spina ſolſtitialis. *Dod. pempt.* 734. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 90.
Carduus ſtellatus luteus, foliis cyani. *Bauh. pin.* 387. *Tournef. inſt.* 440. *Pont. diſſ.* 122.
Creſcit in ſatis circa Monſpelium.
Spinæ calycis ſubulatæ ad baſin ſpinulis quaſi ciliatæ.

22. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis, foliis decurrentibus ſpinuloſis emarginato-crenatis.
Jacea laciniata, ſonchi folio. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 141.
Jacea latifolia, caule alato, capite magno turbinato, multiplici aculeo deflexo e ſquamis cuſpidatis orto. *Pluk. alm.* 191. *t.* 38. *f.* 1.
Jacea laciniato ſonchi folio ſive jacea latifolia purpurea, capituło ſpinoſo. *Bauh. pin.* 272. *prod.* 128. *Herm. lugdb.* 331. *t.* 675.
Calcitrapoides maritima caneſcens, alato caule. *Vaill. act.* 1718. *p.* 214.
Carduus maritimus caneſcens, alato caule. *Tournef. inſt.* 441.
Creſcit in maritimis maris mediterranei.
Spina calycina ſingula palmata, ſpinis quinque ad undecim coalitis, quarum quæ intermedia eſt laterales vix ſuperat.

23. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis, foliis decurrentibus inermibus: radicalibus pinnatifidis: impari maximo.
Jacea ſpinoſa cretica, an ſpecies hyoſiridis plinii. *Zan. hiſt.* 141. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 141.
Cyanus erucæ folio, flore rubro. *Juſſ. barr.* 87. *t.* 504.
Calcitrapoides rapi folio, alato caule, flore purpureo coronato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 213.
Carduus creticus, rapi folio. *Tournef. inſt.* 442.
Creſcit Romæ *& in* Campania romana, *præſertim in via quæ ab æde Divi Pancratii ad vineas & agros ſuperioresque ſegetes ducit.*
Radius in hac magnus eſt.

24. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis, foliis ovato lanceolatis petiolatis dentatis.
Jacea ſphærocephala ſpinoſa tingitana. *Herm. lugdb.* 332. *t.* 333. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 143. *ſ.* 7. *t.* 27. *f.* 9.
Calcitrapoides ſphærocephalos tingitana. *Vaill. act.* 1718. *p.* 214.
Carduus ſphærocephalus tingitanus. *Tournef. inſt.* 44.
Creſcit in agro Tingitano.

25. CENTAUREA calycibus ſubulato-ſpinoſis ſeſſilibus, foliis linearibus pinnatifidis.
Jacea ramoſiſſima, capite longis aculeis ſtellatim naſcentibus armato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 144.
Jacea ſtellata, folio papaveris erratici. *Herm. flor.* 2. *p.* 40. *Boerh. lugdb.* 140.
Calcitrapa officinarum, flore purpuraſcente. *Vaill. act.* 1718. *p.* 209.
Carduus ſtellatus ſive Calcitrapa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 89. *Tournef. inſt.* 440.
Carduus ſtellatus. *Dod. pempt.* 733.
Carduus muricatus, vulgo Calcitrapa dictus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 7.
Hippophæſtum vel Hippophaës. *Col. phyt.* 107.
α Carduus ſtellatus ſive Calcitrapa, flore intenſe purpureo. *Tournef.*
β Carduus ſtellatus ſive Calcitrapa, flore ſuaverubente. *T.*
γ Carduus ſtellatus ſive Calcitrapa, flore albo. *T.*
Creſcit in incultis gramineis ſterilibus ſecus vias publicas in Anglia *copioſiſſime, præſertim juxta Londinum urbem & in ipſa urbe; ut & in proximis adjacentibus regionibus.*
Spinæ calycis ad baſin ſpinulis ciliatæ ſunt.

26. CENTAUREA calycibus ſetaceo-ſpinoſis, foliis lanceolatis petiolatis inferne dentatis.
Centaurium majus, folio molli acuto laciniato, flore aureo magno, calice ſpinoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 144.
Jacea lævis maxima centauroides apula. *Col. ecphr.* 1. *p.* 33.
Creſcit in Italia.

27. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis decurrentibus integris.
Carduus luſitanicus caneſcens, alato caule, capite lanuginoſo. *Tournef. inſt.* 441.
Calcitrapa lutea, alato caule, capite eriophoro. *Vaill. act.* 1718. *p.* 212.
Jacea ſpinoſa, alato caule, capite lanuginoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 141.
Creſcit in Luſitania.

28. CENTAUREA calycibus ſetaceo-ſpinoſis, foliis ſinuatis ſpinoſis decurrentibus.
α Eriocephalus alato caule, flore purpureo coronato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 205.
Carduus creticus non maculatus, caule alato. *Tournef. cor.* 31.
Carduus humilis alatus ſive Carduus mariæ annuus, folio lituris obſcuris notato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 136?
β Eriocephalus leucographis, flore purpureo coronato. *Vaill. act.* 1718. *p.* 205.
Carduus galactites. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 54. *Tournef. inſt.* 441. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 134.
γ Carduus galactites, flore albo. *Tournef.*
Creſcit in Sicilia, Melita, Italia *prope pharum Genuenſem, circa* Monſpelium *in ruderatis & incultis.*
Obſ. *Calyx parum villoſus. Receptaculum piloſum, pappus plumoſus, ſemina glabra, radius paulo ſuperans diſcum; corollulis neutris fere æqualibus: limbo quinquepartito lineari. Facies plantæ cardui, ſed centaureæ tamen ſpecies tamdiu nulli dati ſint limites, quibus cardui a centaureis certo diſtingui queant, præterquam per corollulas neutras.*
Diviſimus itaque hoc vaſtum plantarum genus in ſpecies, quarum calyx conſtat ſquamis α apice inermibus *absque ullo appendiculo* 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. β apice ſquama laxa dilatata integra terminato. 8, 9, 10. γ apice ferente pilos vel ſetas cilii inſtar poſitas non pungentes ſed molles & flexiles 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18. δ apice ſuperne membranula utrinque acuta eaque ſerrata 18, 19, 20. ε apice ſpinoſo, ſpina valida terminato, ad radicem poſitis minoribus ſpinis 21. 25. ζ ubi ſpina intermedia vix ſuperat laterales, palmata dicta ſpina 22, 23, 24. η ſpina terminatrici ſimpliciſſima ubique 26. 28. ϑ ſpina lateribus ſpinoſa 27.

POLYGAMIA NECESSARIA.

ERIOCEPHALUS. *g. pl.* 670.

1. ERIOCEPHALUS *foliis integris ac diviſis.*
Eriocephalus ſempervirens, foliis faſciculatis & digitatis. *Dill. elth.* 132. *t.* 110. *f.* 134.
Eriocephalus Bruniades africana, lariceis argenteis & ſericeis foliis, capitulis ſtaminibus refertis, globorum inſtar cavis & denſa lanugine tectis. *Pluk. mant.* 69. *t.* 347. *f.* 7.
Coma aurea africana fruticans, foliis glaucis ſucculentis digitatis odoratis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 122.
Abrotanum africanum, foliis argenteis anguſtis, floribus umbellatis, capitulis tomentoſis. *Raj. app.* 3. *p.* 233.
Abrotanum africanum, folio tereti tridentato. *Walth. hort.* 1. *t.* 1. *bona.*
Abrotanum africanum majus, folio craſſo tereti tridentato. *Eichr. Carolsr.* 1.
Creſcit in Africa.

OSTEOSPERMUM. *g. pl.* 673.

1. OSTEOSPERMUM ſpinis ramoſis.
Wedalia ſpinoſa. *Pet. muſ. p.* 799.
Monilifera fruteſcens aculeata & baccifera. *Vaill. act.* 1720. *p.* 374.
Chryſanthemoides oſteoſpermum africanum odoratum ſpinoſum & viſcoſum. *Comm. hort.* 2. *p.* 85. *t.* 43. *Tournef. act.* 1705. *p.* 312. *Dill. gen.* 151. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 103.
Chryſanthemum africanum oſteocarpon lycii more aculeatum. *Pluk. amalt.* 55.
Chryſanthemum africanum fruteſcens ſpinoſum. *Volk. norib.* 105. *t.* 105. *optima.*
Creſcit in Africa.

2. OSTEOSPERMUM foliis ovalibus obſolete ſerratis.
Monilifera fruteſcens baccifera, folio ſubrotundo crenato. *Vaill. act.* 1720. *p.* 373.
Chryſanthemoides africanum, populi albæ foliis. *Tournef. inſt.* 1705. *p.* 312. *Dill. gen.* 151. *elth. p.* 80. *t.* 68. *f.* 79.
Chryſanthemoides oſteoſpermum africanum arboreum, foliis populi albæ. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 104.
Chryſanthemum africanum fruteſcens, telephii fere foliis craſſis, oſteocarpon. *Pluk. amalt.* 55. *t.* 382. *f.* 4.
Chryſanthemum arboreſcens æthiopicum, foliis populi albæ. *Breyn. cent.* 155. *t.* 76.
Creſcit in Africa.

3. OSTEOSPERMUM foliis oppoſitis palmatis.
Wedalia virginiana, platani folio molli. *Pet. muſ. p.* 800.
Monilifera latiſſimis anguloſis foliis. *Vaill. act.* 1720. *p.* 374.
Chryſanthemum, anguloſis platani foliis, virginianum. *Pluk. alm.* 99. *t.* 83. *f.* 3.
Chryſanthemum perenne virginianum majus, platani orientalis folio. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 22. *ſ.* 6. *t.* 7. *f.* 55.
Corona ſolis arborea, folio latiſſimo platani. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 103.
Doronicum maximum americanum, latiſſimo anguloſo folio, radice tranſparente. *Herm. lugdb.*
Creſcit in Virginia.

CHRYSOGONUM.

CHRYSOGONUM.
Chryſanthemum virginianum villoſum, diſco luteo quinis petalis ornato. *Pluk. alm.* 100. *t.* 83. *f.* 4. & *t.* 242. *f.* 3.
Creſcit in Virginia, *communicata per J. F. Gronovium.*
Singularis in hoc genere eſt iſta gluma propria ſeminum feminarum.

MILLERIA foliis ovatis, pedunculis ſimplicibus. *Hort. Cliff.* 425. *ſp.* 2.

a *Calyx communis a tergo viſus.*
b *Calyx idem cum tribus ſuis floſculis.*
c *Calyx aucta magnitudine.*
d *Floſculus femineus.* e *Idem aucta magnitudine.*
f *Floſculus hermaphroditus.* g *Idem auctus magnitudine.*

G. D. EHRET del. J. WANDELAAR fecit.

MELAMPODIUM.

MELAMPODIUM.
Caltha americana, foliis laciniatis, flore luteo. *Houſt. mſſ.*
Creſcit in Vera Cruce, *communicata per Ph. Millerum.*
Speciminis deſcriptio eſt. Caulis erectus, in octo internodia diviſus, pilis aſperſus. Folia oppoſita, lanceolato-linearia, utrinque duobus majoribus dentibus conformibus notata, margine integerrima, ſuperne plana: punctis albis aſperſa, ſubtus tomentoſa incana, longitudine internodiorum caulis, patentia. Ramus ex ala ſingula ſingulus, licet ſerius prorumpit; caulem autem terminat pedunculus filiformis, piloſus, erectus, terminatus flore luteo toto; abſoluta vero floreſcentia ex ala petioli cum pedunculo utrinque ramus enaſcitur. Semen femininum repræſentat coronâ (dum connivet) pedem capræ.

CALENDULA. *g. pl.* 672.

1. CALENDULA ſeminibus radii cymbiformibus echinatis: diſci bicornibus.
Calendula. *Cæſalp. ſyſt.* 495. *Dod. pempt.* 254.
Calendula vulgaris, flore citrino ſimplici *Herm lugdb.* 1. *p.* 103.
Calendula ſativa polyanthos melina. *Rupp. jen.* 138.
Caltha. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 101.
Caltha flore ſimplici. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 13. *ſ.* 6. *t.* 4. *f.* 1, 3, 4, 5, 6.
Caltha vulgaris. *Bauh. pin.* 275.
Caltha vulgaris, flore pallido. *Tournef. inſt.* 498. *Vaill. act.* 1720. *p.* 371. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 113. *Pont. diſſ.* 272.
α Caltha vulgaris, flore citrino *T.*
Caltha vulgaris, flore rufo. *T.*
Caltha calendula, flore mixto. *T.*
Caltha polyanthos major. *C. B. T.*
Caltha polyanthos major, flore aureo. *T.*
Caltha polyanthos major, flore mollino. *T.*
Caltha floribus reflexis. *C. B. T.*
Caltha, flore pleno variegato ex pallido & flavo, major. *Boerh.*
Caltha prolifera, majoribus floribus. *C. B. T.*
Caltha prolifera, majoribus floribus, flore melino. *C. B. T.*
Caltha prolifera, minoribus floribus. *T.*
Caltha arvenſis. *C. B. T. Vaill. B. Pont.*
Creſcit in vinetis Galliæ *& arvis* Italiæ.

2. CALENDULA ſeminibus radii obſolete ſerratis: diſci cordatis.
Calendula humilis africana, flore intus albo: foris violaceo ſimplici. *Herm. lugdb.* 104. *t.* 105.
Caltha africana, flore intus albo: foris violaceo. *Tournef. inſt.* 499. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 113.
Dimorphotheca foliis inciſis, ovariis minoribus. *Vaill. act.* 1720. *p.* 361. *t.* 9. *f.* 21, 22.
β Cardiſpermon africanum pubeſcens, foliis inciſis, parvo flore. *Trant. act.* 1724. *p.* 55. *t.* 2.
Creſcit in aridis collibus Capitis bonæ ſpei.
Variat immenſe figura foliorum, hinc multiplicatio ſpeciei apud Authores ſumma.
Corolla intus alba, extus violacea eſt; hinc Hortulanis (nath ock dag) *dicitur.*

MILLERIA. *g. pl.* 676.

1. MILLERIA foliis cordatis, pedunculis dichotomis.
Milleria annua erecta, floribus ſpicatis luteis. *Mart. cent.* 41. *t.* 41.
β Milleria annua ramoſior, foliis maculatis profundius ſerratis. *Mart. cent.* 47. *t.* 47. *f.* 2.
Creſcit in Panama *&* Vera cruce.
Radix annua. Caulis ſimplex, humanæ ſæpe altitudinis, ſimpliciſſimus, erectus, quadragonus, lævis. Folia oppoſita, cordata, acuminata, in petiolos deſinentia, ſerrata, ſcabra, petiolis hiſpidis purpuraſcentibus; ubi coeunt ad latera caulis acumen ſtipulæ inſtar producunt. Pedunculi ex alis ſuperioribus & adhuc major terminatrix, dichotomi, intermedio proprio breviſſimo unifloro. Calycis ſquama ſuperior tandem concava evadit, margineque contrahitur & inferiores duas lacinias calycis involvit cum ſemine capſulæ inſtar. Corollula feminina radii unica ſemitrifida flava eſt, & floſculi hermaphroditi diſci flavi ſæpius quatuor, Hermaphroditi abortiunt: Hinc unicus fructus ſubrotundus.

2. MILLERIA foliis ovatis, pedunculis ſimpliciſſimis. vide Tab.
Milleria annua erecta minor, foliis parietariæ, floribus ex foliorum alis. *Mart. cent.* 47. *t.* 47. *f.* 1.
Creſcit in Campechia.
Radix fibroſa, annua. Caulis rectus, pedalis vel bipedalis, in quinque circiter internodia diviſus, leviſſime piloſus; Rami oppoſiti, quorum inferiores longiores. Folia ſeminalia ſubrotunda, glabra, petiolata; caulina primo ovato-obtuſa, dein ovata, tum ovato-acuta, tandem lanceolato-ovata; omnia obſcure ſerrata, piloſa, ſcabra, petiolo parvo appenſa, horizontali-pendula, trinervia, venoſa, viridia; petioli coeunt ad latus caulis lævisſimo margine. Umbella ſimpliciſ-

ſima

ſima caulem & ramos terminat, conſtans ſingula floribus viginti pluribus, propriis pedunculis inſidentibus, qui pedunculi ſimplices inſeruntur petiolo cilii inſtar. Flos ſingulus conſtat floſculis duobus hermaphroditis in diſco abortientibus, & unica in radio feminina fertili. Calyx communis connivens ſit fructus orbiculatus erectus ex tribus foliis, quorum quod a dorſo poſitum ſit planum eſt & majus, at a ventris parte tegunt duo foliola & angulum conſtituunt, includentia ſemen unicum trifidum, quod a floſculo femineo productum fuit.

Dictum fuit hoc genens in honorem Viri Curioſiſſimi Philippi Milleri, *Præfecti Horti Chelſeenſis, claro dudum tam variis, tamque multis operibus præſertim in Horticitura editis; Huic viro, in conquirendo plantas rariſſimas Americæ nullo inferiori, inque collectas conſervando ſine pari, debet Hortus Cliffortianus plantas longe plures, ego certe plurimas. Hic enim Houſtoriana poſthuma, per teſtamentum Houſtoni, in America collecta tenet, publicique, ut ſperare eſt, juris quamprimum faciet.*

MONOGAMIA.

JASIONE. *g. pl.* 677.

1. JASIONE foliis lineari-lanceolatis obſolete ſerratis.
Rapuntium montanum capitatum leptophyllon. *Col. ecphr.* 1. *p.* 227.
Rapunculus ſcabioſæ capitulo cœruleo. *Bauh. pin.* 92. *Tournef. inſt.* 113. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 250.
Rapunculus ramoſus corniculatus, ſcabioſæ capitulo cœruleo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 464. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 48.
Aphyllanthes 1. *Dalech. hiſt.* 864.
Scabioſa globularis, quam ovinam vocant. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 12.
α Rapunculus ſcabioſæ capitulo albo. *Tournef.*
Creſcit in petris, montibus ſteriliſſimis, collibus graminoſis aridiſſimis Sveciæ, Germaniæ, Galliæ, Belgii.

LOBELIA. *g. pl.* 678.

1. LOBELIA caule erecto, foliis lanceolatis obſolete ſerratis, racemo terminatrici.
Rapuntium galeatum virginianum vel americanum, coccineo flore majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 466. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 54.
Rapuntium maximum, coccineo ſpicato flore. *Hern. mexic.* 879. *t.* 880. *Tournef. inſt.* 163. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 250.
Cardinalis rivini. *Rupp. jen.* 201.
Trachelium americanum rubrum. *Raj. hiſt.* 746.
α Rapuntium americanum, coccineo flore: lineis albis eleganter picto. *Tournef.*
Creſcit in Virginia.

2. LOBELIA caule erecto, foliis ovato-lanceolatis crenatis, floribus lateralibus.
Rapuntium americanum, flore dilute cœruleo. *Tournef. inſt.* 163. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 250.
Rapunculus galeatus virginianus, flore violaceo majore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 466. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 55.
Trachelium americanum, flore cœruleo. *Robert. ic.*
Creſcit in Virginia.
Antecedenti affinis admodum, folia autem latiora, flores ex alis, calyx latus & tubus corollæ dilatalus ſatis diſtinctam reddunt plantam.

3. LOBELIA caule erecto, foliis cordatis obſolete dentatis petiolatis, corymbo terminatrici. *vid. Tab.*
Rapuntium trachelii folio, flore purpuraſcente. *Plum. ſpec.* 5.
Rapuntium americanum, trachelii folio, flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 163.
Creſcit in America.
Radix fibroſa, annua. Caulis pedalis, ſimpliciſſimus, erectus, glaber. Folia *cordata, obtuſa, obtuſe per marginem eroſa, glabra, latitudine duorum pollicum, longitudine trium, petiolis folio paulo brevioribus inſidentia, alterna, inferiora majora. Corymbus caulem terminat, conſtans floribus pedunculis propriis, alternis, confertis, ſetaceis, erectis, inferioribus longioribus inſidentibus; ex alis inferioribus primordia ramorum, ex ſuperioribus interdum unicus flos longo petiolo obſervatur. Pedunculi nudi ſunt, calyx quinquefidus, germen ſub calyce, corollâ parva purpuraſcens.*

4. LOBELIA caulibus ramoſis procumbentibus, foliis lanceolatis ſerratis.
Rapuntium africanum minus anguſtifolium, flore violaceo. *Tournef. inſt.* 163. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 250.
Campanula minor africana, erini facie, caulibus procumbentibus. *Herm. lugdb.* 108. *t.* 109.
Creſcit in paſcuis aliisque irriguis locis ad Caput bonæ ſpei.

5. LOBELIA foliis bilocularibus ſubulatis. *Fl. lapp.* 279.
Dortmanna lacuſtris, floribus ſparſis pendulis. *Rudb. act.* 1720. *p.* 97. *t.* 2. *optima.*
Gladiolus lacuſtris dortmanni. *Cluſ. cur.* 40. *Raj ſyn.* 237. *hiſt.* 1325.
Gladiolus ſtagnalis aut lacuſtris. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 202. *f.* 15.
Gladiolus aquaticus ſeu, Gladiolus paluſtris. *Dod. hiſt.* 950.
Leucojum paluſtre, flore ſubcœruleo. *Bauh. pin.* 202.
Campanula aquatica. *Blair. obſ.* 103.

Creſcit

LOBELIA caule erecto, foliis cordatis obsolete dentatis petiolatis, corymbo terminatrice. *Hort. Cliff.* 426. *sp.* 3.

a *Corolla.*
b *Pistillum.*
c *Stamina.*
d *Calyx.*

G. D. EHRET del. J. WANDELAAR fecit.

Creſcit in ſtagnis fundo glareoſo non longe a littoribus in lacu möklen Smolandiæ; *mälaren* Uplandiæ; *Kiællſletten* Dalekarliæ, *ad ripas fluvii Dalelfwen ad pagum Elfkarleby in* Svecia; *ad pagum Norch & Weſterveld in* Drentia; *in ſtagno Hulswater non longe a Pereth* Cumberlandiæ *& variis Cuberlandiæ montoſæ lacubus.*
Rationem nominis dedimus. Fl. lapp. §. 279. β.

VIOLA. *g. pl.* 679.

1. VIOLA pedunculis caulinis angulatis, ſtipulis oblongis pinnato-dentatis, foliis ovato-oblongis crenatis.
Viola bicolor arvenſis. *Bauh. pin.* 200. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 476. *ſ.* 5. *t.* 7. *f.* 10. 7, 8, 9, 11. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 244. flore candido & luteo. *Tournef. inſt.* 421.
Viola tricolor. *Dod. pempt.* 158.
Viola flammea. *Cæſalp. ſyſt.* 393.
Jacea tricolor ſive Trinitatis flos. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 546.
α Viola bicolor arvenſis, flore cœruleo & luteo. *T.*
β Viola bicolor arvenſis, flore cœruleo & candido. *T.*
γ Viola arvenſis, flore toto luteo. *T.*
δ Viola arvenſis, flore toto albo. *T.*
ε Viola tricolor hortenſis repens. *C. B.* 199.
ζ Viola tricolor hortenſis repens, flore albo & luteo. *T.* 420.
η Viola tricolor hortenſis repens, flore cum pallido cœruleo. *T.*
ϑ Viola tricolor hortenſis repens, flore purpureo & luteo. *T.*
ι Viola tricolor hortenſis repens, flore penitus albo. *T.*
κ Viola tricolor hortenſis repens, flore violaceo holoſericeo purpureo & aureo. *T.*
λ Viola tricolor hortenſis repens, flore nigro purpureo & inſtar holoſerici nitente. *T.*
μ Viola tricolor hortenſis repens, flore pallido & inſtar holoſerici nitente. *T.*
ν Viola tricolor hortenſis repens, flore magno ex aureo & pallido inſtar holoſerici nitente. *T.*
ξ Viola montana alba grandiflora. *C. B.* 200.
ο Viola montana tricolor odoratiſſima. *T.*
π Viola montana lutea grandiflora. *T.*
ϱ Viola montana lutea, ſubrotundo crenato folio. *T.*
ϛ Viola montana cœrulea tricolor, folio ſubrotundo crenato. *T.*
ϒ Viola montana cœrulea grandiflora. *T.*
Creſcit in locis ſteriliſſimis, ſiccis, cultis, agris, tectis, muris, frequens per Europam.

2. VIOLA foliis reniformibus, pedunculis caulinis. *Fl. lapp.* 276.
Viola alpina rotundifolia lutea. *Bauh. pin.* 199. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 475. *ſ.* 5. *t.* 7. *f.* 6. *Scheuch. alp.* 342.
Viola montana 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 309.
Viola rotundifolia montana major ſ. pthoræ valdenſium facie, floribus luteis. *Pluk. alm.* 388. *t.* 234. *f.* 1.
Viola martia lutea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 545.
α Viola alpina rotundifolia minor lutea. *Pluk. alm.* 388. *t.* 233. *f.* 7.
Creſcit in Alpibus Lapponicis, Helveticis, Auſtriacis *&* Styriacis *juxta rivulos in umbroſis.*

3. VIOLA floribus radicalibus abortientibus, caulinis apetalis ſeminiferis.
Viola montana latifolia, flores ex radice, ſemina in cacumine ferens. *Dill giſſ.* 36. *app.* 36. *elth.* 408. *t.* 303. *f.* 390.
Viola alpina apetalos, foliis rigidis rotundis amplis. *Rupp. jen.* 233.
Viola montana ananthos, ſtamine perpuſillo luteo, cui capſula oblonga triangula ſuccedit. *Hoffm. hort.* 63.
Creſcit inter præruptos ſcopulos, locis umbroſis meridiei expoſitis in monte Hangenſtein circa Giſſam *Dillenio obſervata; circa* jenam *a Ruppio; in monte altiſſimo Hykie Dalekarliæ nobis in Itinere Reuterholmiano per* Dalekarliam *viſa.*

4. VIOLA acaulis, ſtolonibus teretibus reptatricibus, pedunculis radicatis.
Viola martia purpurea, flore ſimplici odoro. *Bauh. pin.* 199. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 474. *ſ.* 5. *t.* 7. *f.* 1.
Viola martia purpurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 542. *Lob. hiſt.* 334.
Viola nigra ſive purpurea. *Dod. pempt.* 156. *t.* 1, 2.
Viola purpurea, vulgo Mammola. *Cæſalp. ſyſt.* 393.
α Viola martia alba. *C. B.* 199.
β Viola martia, multiplici flore. *C. B.* 199. purpureo. *Tournef. inſt.* 419.
γ Viola martia, multiplici, flore rubello. *T.*
δ Viola martia, multiplici, flore candido. *T.*
ε Viola martia, multiplici, flore ex albo & purpureo variegato. *T.*
ζ Viola flore pleno maximo. *J. B.*
Creſcit ad ſepes & in umbroſis per Angliam, Belgium, Italiam, Germaniam; *in* Svecia *unius.*

5. VIOLA caulibus aſcendentibus floriferis, foliis cordatis.
Viola foliis cordatis oblongis, pedunculis fere radicatis. *Fl. lapp.* 277.
Viola martia inodora ſylveſtris. *Bauh. pin.* 199. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 474. *ſ.* 5. *t.* 7. *f.* 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 243.
Viola cœrulea martia inodora ſylvatica, in cacumine ſemen ferens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 543.
Cum primum flore incipit foliorum petioli conferti ſunt & ex ſingulis alis florem promunt, at cum defloruit, excrevit in caulem inſignem & folia alterna gerit, fructumque pedunculo inſidentem ſecundum longitudinem caulis.

IMPATIENS. *g. pl.* 680.

1. IMPATIENS pedunculis ſolitariis multifloris.
Impatiens. *Riv. tetr.* 146. *Rupp. jen.* 217.
Impatiens herba. *Dod. pempt.* 659.
Noli me tangere. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 908.
Balſamina lutea ſive Noli me tangere. *Bauh. pin.* 306. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 320.
Balſamina herba ſeu Noli me tangere, flore patulo luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 282. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 2.
Catanance altera. *Cæſalp. ſyſt.* 266.
Perſicaria ſilicoſa, ſive Noli me tangere. *Lob. adv.* 135.
Eſula ſilveſtris tragi. *Dalech. hiſt.* 1655.
Chryſæa. *Dalech. hiſt.* 876.
α Balſamina ſive Noli me tangere, flore pallido. *Tournef. inſt.* 419.
β Balſamina ſive Noli me tangere, flore purpuraſcente. *Tournef.*
Creſcit ad rivulos in denſiſſimis ſylvis & deſertis per Europam *paſſim.*

2. IMPATIENS pedunculis confertis unifloris.
Herba impatiens ſeu Noli me tangere, flore patulo eleganter dilute rubente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 281. *ſ.* 3. *t.* 15. *f.* 1.
Catance vulgo Balſaminum. *Cæſalp. ſyſt.* 266.
Balſamina fœmina. *Bauh. pin.* 306. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 320.
Balſamina fœmina, perſicæfolia vel ſalicis folio. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 909.
Balſamina fœmina perſicæfolia. *Lob. hiſt.* 172.
Balſamina. *Dod. pempt.* 671.
α Balſamina fœmina, flore candido. *Tournef. inſt.* 448.
β Balſamina fœmina, flore partim candido: partim rubro. *T.*
γ Balſamina flore majore ſpecioſo. *T.*
δ Balſamina flore majore candido. *T.*
Creſcit in India Orientali.

Classis XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

ORCHIS. *g. pl.* 681.

1. ORCHIS radicibus palmatis, bracteis flore longioribus, nectarii labio trifido: cornu germinibus breviore.
Orchis palmata paluſtris latifolia. *Bauh. pin.* 86. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 498. *ſ.* 12. *t.* 15. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 152.
Satyrium baſilicum folioſum. *Dod. pempt.* 241.
Satyrion latifolium. *Swert. flor.* 1. *t.* 63. *f.* 7.
Serapias paluſtris latifolia. *Lob. hiſt.* 91.
Creſcit in pratis humidiuſculis Belgii, Sveciæ *&c.*
Variat foliis maculatis & immaculatis.

2. ORCHIS radicibus palmatis, bracteis longitudine floris, nectarii labio trifido: ſeta germinibus longiore.
Orchis palmata minor, calcaribus oblongis. *Bauh. pin.* 85. *Vaill. pariſ.* 153. *t.* 30. *f.* 8.
Serapias minor rubra. *Dalech. hiſt.* 1562.
Serapias minor, rubello nitente flore, anguſtifolia, nullis inſperſis punctulis. *Lob. hiſt.* 91.
Palmata rubella, cum longis calcaribus rubellis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 778.
Creſcit in campis ſylveſtribus ſteriliſſimis per Sveciam, Germaniam, Galliam, Angliam, Belgium.

3. ORCHIS radicibus ſubrotundis, bracteis flore brevioribus, nectarii labio trifido: ſeta longiſſima.
Orchis purpurea, ſpica congeſta pyramidali. *Raj. ſyn.* 377. *t.* 18.
Orchis parvo flore rubro ſive phœniceo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 764.
Orchis batavica 6. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 269.
Creſcit Hagæ *& juxta dunas in pratis Belgii, nec non in* Anglia.

HERMINIUM. *g. pl.* 684.

1. HERMINIUM radicibus ovatis tunicatis, ſcapo nudo.
Pſeudo-orchis bifolia. *Dod. hiſt.* (*belg.*) 383.
Pſeudo-orchis bulboſa lilifolia paluſtris noſtras, flore ſubviridi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 500. *ſ.* 12. *t.* 11. *f.* 1.
Pſeudo-orchis bifolia paluſtris. *Raj. ſyn.* 382.
Chamæorchis lilifolia. *Bauh. pin.* 84.
Orchis lilifolia minor ſabuletorum zelandiæ & bataviæ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 770. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 152.
Ophris bifolia bulboſa. *Bauh. pin.* 87.
Creſcit in humidiuſculis Hollandiæ *&* Angliæ; *Upſaliæ in Svecia eandem legit Cel. O. Celſius.*
Folia aliquot radicalia amplexantia ſeu baſi convoluta e radice bulboſa tunicata, quorum interius ſingulum quadruplo majus eſt proximo exteriore. Scapus abſolute nudus eſt, nec folio, nec ſquama notatus, hinc puto Pſeudo-Orchidem bifoliam Dodonæi *cum hac noſtra eandem eſſe plantam, & proin etiam* ophris bifolia bulboſa C. B. *inquirendum dein relinquo aliis num* ophris bifolia paluſtris. *Pluk. phyt.* 247. *f.* 2. *ſit ſcapo abſolute nudo ut figura dictitat; quod ſi ſit, utrum ab hac diſtinctiſſima.*

OPHRYS. *g. pl.* 686.

1. OPHRYS foliis ovatis.
Ophrys. *Cæſalp. ſyſt.* 430.
Ophris bifolia. *Bauh. pin.* 87. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 153.
Pſeudo-orchis bifolium. *Dod. pempt.* 242.
Bifolium majus vulgare. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 489.
Bifolium majus, ſeu Ophrys major quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 533.
Bifolium. *Lob. hiſt.* 161.
Creſcit in ſylvis & dumetis Angliæ; *inter tumulos arenoſos* Belgii; *in pratis ſubhumidis* Sveciæ.

SERAPIAS. *g. pl.* 683.

1. SERAPIAS caule multifolio multifloro.
Helleborine latifolia montana. *Bauh. pin.* 186. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 486. *ſ.* 12. *t.* 11. *f.* 11. (*mala*) 12. 4. 7.
Helleborine recentiorum 3. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 273.
Helleborine. *Dod. pempt.* 384.
Elleborine dodonæi. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 516.
Sigillum ſanctæ mariæ. *Cæſalp. ſyſt.* 431.

α Helleborine anguſtifolia paluſtris ſive pratenſis. *C. B.*
β Helleborine flore carneo. *C. B.* 187.
γ Helleborine altera, atro-rubente flore. *C. B.* 186.
δ Helleborine paluſtris noſtras. *Raj. hiſt.* 1231.
Creſcit in locis ſterilibus opacis & deſertis ſat frequens per Europam.
Species hæc a Botanicis maxime multiplicata eſt, hinc qui ſpecies plures deſiderant, ut eas ex ſtructura vera diverſa florum demonſtrent neceſſe eſt; huc usque certe nulla nota ſpecifica in hoc genere deſcripta eſt.

CYPRIPEDIUM. *g. pl.* 687.

1. CYPRIPEDIUM folio caulino ovato-oblongo, terminatrici ſetaceo plano.
Helleborine virginiana diphylla ſive Calceolus tenuiore folio, flore luteo longiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 488.
Helleborine virginiana, ophioglofſi folio. *Pluk. alm.* 182. *t.* 93. *f.* 2.
Creſcit in Virginia.

EPIDENDRON. *g. pl.* 688.

1. EPIDENDRON foliis ſubulatis.
Orchidi affinis Epidendron coraſſavicum, folio craſſo ſulcato. *Herm. parad.* 187. *t.* 187.
Viſcum arboreum ſive Epidendron, flore albo ſpecioſo, americanum, folio forma ſiliquarum nerii. *Pluk. alm.* 390. *t.* 117. *f.* 6.
Viſcum delphinii flore, petalis e viridi albicantibus anguſtioribus, radice fibroſa. *Sloan. flor.* 120. *hiſt.* 1. *p.* 251. *t.* 121. *f.* 3.
Creſcit in arboribus per Americam *calidiorem*, *in* Coraſſao, Jamaica *&c.*
Flos immaculati eſt candoris; caulis vix manifeſtus.

2. EPIDENDRON *foliis erectis oblongis* obtuſis compreſſis articulatis.
Bontia luzon, geniculis inferioribus carinulatis. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 10. *bona.*
Creſcit arboribus inſidens in Inſ. Luzonum.
Hæc apud nos numquam floruit; ad hanc proxime accedit Fu ran. *Kæmpf. jap.* 864. *t.* 864.

3. EPIDENDRON foliis ovato-oblongis, petiolis inferne amplexicaulibus, cirrhis radicatis.
α Vanilla flore viridi & albo, fructu nigreſcente. *Pluk. gen.* 25?
Vanillas piperis arbori jamaicenſis innaſcens. *Pluk. alm.* 381. *t.* 320. *f.* 4?
Vanille. *Mer. ſur.* 25. *t.* 25?
Vainillas hiſpanis a vaginarum ſimilitudine. *Piſ. mant.* 200?
Volubilis ſiliquoſa mexicana, foliis plantagineis. *Raj. hiſt.* 1330?
Volubilis americana capreolata, plantagineis foliis, ſiliquis longis moſchum olentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 612?
Lobus oblongus aromaticus. *Cluſ. exot.* 72. *Sloan. flor.* 70?
Tlilxochitl. *Hern. mex.* 38?
Creſcit in America calidiori Jamaica, Surinama *&c.*
Utrum Vanilla Plumieri, cujus ſynonyma (α) *dubitanter adpoſui, ejusdem ſpeciei cum noſtra ſit dubius hæreo, cum omnes authores folia ſeſſilia pingant & cirrhos ſpirales ac folia nervoſa a baſi ad apicem, cumque noſtra adhuc dum flore familiam ſuam nobis non aperuerit.*
Planta eſt Caule tereti, lævi, articulato, debili, filiformi, rariſſime ramam producente, niſi truncato. Folia ad genicula, ſolitaria, ovata, acuminata, integerrima, coriacea, utrinque viridia, marginibus parum deflexis, duplo longiora quam lata; nervi e linea longitudinali per aliquot oppoſitiones ſecundum ejus longitudinem exeunt & apicem reſpiciunt. Petioli *juxta folium unciali ſpatio fere teretes, dein verſus baſin ſuam deſinentes in membranam amplexicaulem, quæ dum recens eſt arcte internodium ſuum obvolvit, at dein magis magisque ab eo dehiſcit. E geniculo ſub petioli baſi protruditur teres, hirſutus, griſeus cirrhus, qui arborem, terram, vel proxima quæcunque quærit ut in eis radiculas agat, ſi vero nil reperiet, contabeſcit. Folia inferiora tandem pereunt, ſuperiora excreſcunt; ſcandit per parietem ligneum ad tectum usque, nec floruit.*

TRIANDRIA.

SISYRINCHIUM. *g. pl.* 689.

1. SISYRINCHIUM caule foliisque ancipitibus.
Siſyrinchium cœruleum parvum, gladiato caule, virginianum. *Pluk. alm.* 348. *t.* 61. *f.* 1.
Bermudiana graminea, flore minore cœruleo. *Dill. elth.* 49. *t.* 41. *f.* 49.
Gladiolus cœruleus hexapetalus, caule etiam gladiato. *Bann. virg.* 1926.
α Siſyrinchium bermudienſe, floribus parvis ex cœruleo & aureo mixtis. *Pluk. alm.* 348. *t.* 61. *f.* 2.
Bermudiana iridis folio, radice fibroſa. *Tournef. inſt.* 388. *Dill. elth.* 48. *t.* 41. *f.* 48.
Creſcit in Virginia, *at* α *in* Bermudis *inſulis.*

TE-

TETRANDRIA.

1. NEPENTHES.
Nepenthes zeylanicum, flore minore. *Breyn. prod.* 2. *p.* 75.
Utricaria vegetabilis zeylanenſium, Bandura cingalenſibus dicta. *Pluk. alm.* 394. *t.* 237. *f.* 3.
Bandura zeylanica in extremo foliorum folliculum peniformem expanſum habens. *Herm. zeyl.* 16. *Burm. zeyl.* 42. *t.* 17. *fig. opt.*
Priapus vegetabilis monorchis, Bandura cinghalenſium. *Amm. char.* 529.
Planta mirabilis diſtillatoria. *Grimm. ephem. curioſ. ann.* 1. *dec.* 2. *p.* 363.
Creſcit in Zeylona *prope Columbum locis humidis ſylveſtribus & umbroſis, communicata a Cl. Burmanno.*
Caulis teres; Folia alterna, lanceolata, ſeſſilia, ſemiamplexicaulia, patentia, glabra, integerrima, deſinentia in cirrhum filiformem (uti Glorioſa,) quem terminat folliculus inflatus, oblongus, cylindraceus, ex ipſo cirrho originem ſumente cavitate, apice truncato margine reflexo, operculo orbiculari altero angulo affixo; pendet hic folliculus aqua refertus, ſingulari artificio ut merito inter rariſſimas & maxime mirabiles orbis plantas locum habeat. Caulis terminatur panicula florum, ſingulo calyce quadripartito & antheris quatuor apici ſtyli adnatis ut in ſiſyrinchiis absque filamentis; in ſpeciminibus ſiccis nullum video germen, hinc de ſexu perfecto mihi nil conſtat. Fructum autem vidi, eſt enim is Capſula oblonga, lævis, columnaris, parum in medio ventricoſior, truncata, ſtigmate obtuſo quadragono terminata, angulis obtuſis, quadrilocularis, quadrivalvis. Semina numeroſa, ſetacea, longitudine fere capſulæ, utrinque attenuata, acuminata.
Aſſumſi ſynonymon Breynii, cum enim ſi hæc non Helenæ nepenthes, certe Botanicis omnibus erit. Quis Botanicorum longiſſimo itinere profectus, ſi mirabilem hanc plantam reperiret, non admiratione raperetur, totus attonitus, præteritorum malorum oblitus, mirificam Creatoris manum dum obſtupeſcens adſpiceret?

PENTANDRIA.

CLUTIA. *g. pl.* 691.

1. CLUTIA. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 260.
Frutex æthiopicus, portulacæ folio, flore ex albido vireſcente. *Comm. hort.* 1. *p.* 177. *t.* 91.
Creſcit in Africa.
Copioſiſſime omni anno floret, ſed abortit ſemper, nec germinis rudimentum quidem reperire licet.
Arbor eſt humanæ altitudinis, ramoſa, viridis. Folia ovata, integerrima, petiolata, utrinque viridia, glabra, ex alis (decidunt communiter folia ubi flores erumpunt) prodeunt vernali tempore flores conſerti, propriis pedunculis breviſſimis inſidentes.

PASSIFLORA. *g. pl.* 692.

1. PASSIFLORA foliis ovato-lanceolatis integris ſerratis.
Granadilla americana, folio oblongo leviter ſerrato, petalis ex viridi rubeſcentibus. *Mart. cent.* 36. *t.* 36.
Granadilla ſirinamenſis, folio oblongo-ſerrato. *Tournef. inſt.* 241.
Creſcit in America.

2. PASSIFLORA foliis lunulatis: punctis duobus melliferis ſub baſi.
Granadilla bicornis, flore candido filamentis intortis. *Dill. elth.* 164. *t.* 137. *f.* 164.
Creſcit in America.
Folia lepide veſpertilionem repræſentant cum alis, cauda, oculis, colore.

3. PASSIFLORA florum involucris triphyllis multifido-capallaribus.
Paſſiflora veſicaria hederacea, foliis lanuginoſis odore tetro, filamentis florum ex albo & purpureo variegatis. *Pluk. alm.* 282. *t.* 86. *f.* 1.
Granadilla fœtida, folio tricuſpidi villoſo, flore albo. *Plum. ſpec.* 6. *Tournef. inſt.* 240. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 265.
Flos paſſionis, folio hederaceo anguloſo fœtido. *Sloan. flor.* 104.
Flos paſſionis albus reticulatus. *Herm. parad.* 173. *t.* 173.
Clematis indica hirſuta fœtida. *Plum. amer. p.* 71. *t.* 86.
Creſcit in America, in Inſulis ſ. Domingo, Martini, Jamaica *adripas fluviorum & foſſas frequens.*
Folia cordata, oblonga, triloba, angulis brevioribus, piloſa.

4. PASSIFLORA foliis cordatis trilobis integerrimis glabris lateribus angulatis.
Paſſiflora hepaticæ nobilis folio parvo non crenato, flore ex luteo viridante. *Pluk. alm.* 282.
Granadilla folio tricuſpide, flore parvo flaveſcente. *Tournef. inſt.* 240. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 81.
Clematis paſſionalis triphyllus, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 7. *ſ.* 1. *t.* 2. *f.* 3.
Flos paſſionis minor, folio in tres lacinias non ſerratas minus profundas diviſo. *Sloan. flor.* 104.
Creſcit in locis glareoſis, agris ſaxoſis & montoſis Jamaicæ.

5. PASSIFLORA foliis cordato-trilobis integerrimis basi utrinque denticulo reflexis.
Granadilla folio hastato holosericeo, petalis candicantibus, fimbriis ex purpureo & luteo variis. *Mart. cent.* 51. *t.* 51.
Crescit in Vera Cruce *Americæ.*

6. PASSIFLORA foliis palmatis quinquepartitis integerrimis, involucris cordatis triphyllis.
Passiflora. *Frid. Cæsii. Pluk. alm.* 281.
Granadilla pentaphyllos, flore cœruleo magno. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 81.
Clematis pentaphylla, flore roseo clarato. *Morif. hist.* 2. *p.* 6. *s.* 1. *t.* 1. *f.* 8.
Murucuja 2. *Marcgr. braf.* 71.
Crescit in Brasilia.
Involucrum *triphyllum, concavum, sessile, æquale, uniflorum, integerrimum, spatio a flore remotum, flore paulo minus.*
Calyx *monophyllus, quinquepartitus: laciniis ovato-lanceolatis, patentibus, interne albis, obtusis, parum subtus carinatis, carinis seta terminatis.*
Corolla *calyci simillima, eique adnata, sed utrinque alba, plana.*
Fundus floris format cavitatem orbicularem, quam marginis instar densi & acuti ambit glandula; glandulam cingit interius nectarium, membrananæ brevis ambientis instar, cujus margo interior punctis callosis obtusis munitur, exterior autem emittit radios innumeros, subulatos, compressos, æquales, connivéntes, atropurpureos.
Exterius nectarium cingens interius emittit primo ordinem apicum truncatorum minimorum, summitate nigricantium, dein duplicem ordinem radiorum fere teretium, corolla dimidio breviorum, patentium. Hi radii basi purpurascunt, dein cærulei, modo in radio albi.
Receptaculum fructus columnæ instar teres, erectum, longum, supra basin exserit limbum orbiculatum, obtusum, concavum, margine punctatum, qui intra nectarium interius occultatur & tegit glaudulam nectariferam.
Stamina *quinque, apici columnæ insident, linearia, basi connata, patenti-reflexa.* Antheræ *oblongæ, obtusæ, in medio latere affixæ, uniloculares, margine membranaceæ, post dehiscentiam planæ, disco farinifero deorsum verso, ne combibatur farina a pluvia.*
Germen *intra stamina subgloboſum.* Styli *tres, colorati, superne crassiores, desinentes in stigmata convexa, fere reniformia, reflectuntur hi styli sub stamina & antheras ut concipiant feminæ.*
Glandulæ in folio utrinque ad basin singulæ laciniæ, & nonnullæ in ipso petiolo.

7. PASSIFLORA foliis semitrifidis serratis: basi duabus glandulis convexis: lobis ovatis.
Passiflora foliis crenatis tripartito divisis. *Pluk. alm.* 281.
Granadilla hispanis, flos passionis italis. *Hern. mex.* 888. *t.* 889. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 81.
Clematis trifolia, flore roseo clavato. *Bauh. pin.* 301.
Murucuja 3. *Marcgr. braf.* 71.
Crescit in Brasilia.
Hujus flos præcedentis (6) *simillimus, ab eo modo differens.*
α *Involucro omnium minimo, acuto, crenato, lateribus e margine glandulam globosam proferentibus.*
β *Corolla ex calyce vix longitudine nectarium superantibus.*
γ *Nectarium colore rubro (ubi præcedens albo) tinctum, & interioribus ordinibus brevissimis simplicibus.*
δ *Filamentis & pistillis maculatis, stylis tribus rarius quinque antheris longitudinalibus non transversaliter ut in illa flexis.*
ε *Ubi petiolus folio inseritur ibi in parte prona glandulæ duæ virides obtusæ.*

HEXANDRIA.

ARISTOLOCHIA. *g. pl.* 692.

1. ARISTOLOCHIA caule erecto simplicissimo, foliis cordatis petiolatis, floribus lateralibus confertis.
Aristolochia clematitis recta. *Bauh. pin.* 307. *Morif. hist.* 3. *p.* 509. *s.* 12. *t.* 17. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Aristolochia clematitis vulgaris. *Bauh. hist.* 3. *p.* 560. *Clus. hist.* 2. *p.* 71.
Aristolochia clematitis nostras. *Lob. hist.* 332.
Aristolochia saracenica. *Dod. pempt.* 326.
Aristolochia altera, radice tenui. *Cæsalp. syst.* 566.
Crescit omnium copiosissime circa Monspelium *in vineis, fossis, aggeribus.*

2. ARISTOLOCHIA caulibus infirmis, foliis cordato-oblongis undulatis, floribus recurvis solitariis pendulis.
Aristolochia, Pistolochia altera. *Bauh. hist.* 3. *p.* 565. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Aristolochia, Pistolochia dicta, cretica, folio smilacis, sempervirens. *Herm. lugdb.* 58.
Pistolochia cretica. *Bauh. pin.* 307. *Morif. hist.* 3. *p.* 510. *s.* 12. *t.* 17. *f.* 16.
Pistolochia altera. *Clus. hist.* 2. *p.* 260.
Crescit in Creta *& (ut fertur) in* Virginia.

3. ARISTOLOCHIA caule infirmo ramoso, foliis cordatis integerrimis, floribus solitariis erectis.
Aristolochia rotunda. *Bauh. hist.* 3. *p.* 559. *Dod. pempt.* 324. *Lob. hist.* 332.
Aristolochia rotunda 1. *Clus. hist.* 2. *p.* 70.
Aristolochia flore ex purpura nigro. *Bauh. pin.* 307. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.

α Ariſtolochia rotunda, flore ex albo purpuraſcente. *Bauh. pin.* 307.
β Ariſtolochia longa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 560. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 70. *Dod. pempt.* 324.
Ariſtolochia longa vera. *Bauh. pin.* 307. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 509. *ſ.* 12. *t.* 17. *f.* 3.
γ Ariſtolochia longa hiſpanica. *Bauh. pin.* 307.
Creſcit in Italia, Hiſpania, G. Narbonenſi *ad ſepes & aggeres, at* β *inter ſegetes in vinetis & campeſtribus Galliæ* Narbonenſis.

4. ARISTOLOCHIA caule infirmo ramoſo, foliis cordatis obſolete dentatis, floribus ſolitariis erectis.
Ariſtolochia polyrrhizos. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 561. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 510. *ſ.* 12. *t.* 17. *f.* 12.
Ariſtolochia Piſtolochia dicta. *Bauh. pin.* 307. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 278.
Piſtolochia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 72. *Dod. pempt.* 325.
Creſcit in olivetis, petroſis, arvis Hiſpaniæ, G. Narbonenſis *& prope* Monſpelium.
Inquirendum num hæc a priori ſufficienter diſtincta ſit, & qua plantæ ſtructura alia, quam radicis.

5. ARISTOLOCHIA caule volubili, foliis cordato-oblongis planis, fructu pendulo, pedunculis ramoſis.
Ariſtolochia ſcandens odoratiſſima floris labello purpureo, ſemine cordato. *Sloan. flor.* 60. *hiſt.* 1. *p.* 162. *t.* 104. *f.* 1.
Ariſtolochia mexicana, folio acutiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 508. *ſ.* 12. *t.* 7. *f.* 7.
Ariſtolochia longa indica aromatica odorata. *Burm. zeyl.* 32.
Careloe-vegon. *Rheed. mal.* 8. *p.* 49. *t.* 25.
Creſcit in inſulis Jamaicæ, *Baypin* Malabariæ, Zeylonæ.
Dehiſcit capſula a baſi & totus pedunculus longitudinaliter dividitur in ſex filamenta, cui capſula aperta appenditur corbis inſtar.

6. ARISTOLOCHIA caule erecto recto fruticoſo, foliis cordato-lanceolatis.
Creſcit . . . .
Ante aliquot annos e ſeminibus neſcio unde allatis provenit, præterito anno periit, at in Hortis variis batavis adhuc viget, nec dum florut, licet plus quam humanæ altitudinis ſtaturam habeat, hinc ſynonyma temere adponere ſuperſedeo.

DECANDRIA.

HELICTERES. *g. pl.* 695.

1. HELICTERES.
α Helicteres arbor indiæ occidentalis, fructu majore. *Pluk alm.* 182. *t.* 245. *f.* 3.
Abutilo affinis arbor, althææ folio, cujus fructus eſt ſtyli apex auctus, quatuor vel quinque ſiliquis hirſutis funis ad inſtar in ſpiram convolutis conſtans. *Sloan. flor.* 97. *hiſt.* 1. *p.* 220.
Iſora althææ foliis, fructu breviore & craſſiore. *Plum. gen.* 24.
β Helicteres arbor indiæ orientalis, ſiliqua varicoſa & funiculi in modum contortuplicata. *Pluk. alm.* 181. *t.* 245. *f.* 2.
Frutex indicus, fructu e ſtyli apice egreſſo ſextuplici funiculo in ſpiram convoluto conſtante. *Raj. hiſt.* 1765.
Iſora althææ foliis, fructu longiori & anguſtiori. *Plum. gen.* 24.
Iſora-murri. *Rheed. mal.* 6. *p.* 55. *t.* 30.
Creſcit α *in collibus* Jamaicæ, β *in* Malabariæ.
Fructus apud orientales tenuior, glaber: ſiliquis anguloſis; apud occidentales vero ſæpius craſſior, tomento obſitus, teres.
Aſſuminus nomen Plukenetii Helicteres *F. B.* 240. 239 243. *cum malabarorum* Iſora *F. B.* 229. *& Ruthenorum* Contorta *F. B.* 235. 244. *minus digna ſint.*

POLYANDRIA.

GREWIA. *g. pl.* 696.

1. GREWIA corollis acutis.
Guidonia ulmi foliis, flore roſeo? *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 259.
Ulmifolia arbor africana baccifera, floribus purpureis. *Pluk. alm.* 393. *t.* 237. *f.* 1.
Ulmi facie arbuſcula æthiopica, ramulis alatis, floribus purpuraſcentibus. *Kigg. beaum.* 42. *Comm. hort.* 1. *p.* 165. *t.* 85. *Seb theſaur.* 1. *p.* 46. *t.* 29. *f.* 3.
Creſcit in Æthiopia, *nec crederem hanc arborem facile dari in* America, *cum facies abſolute repugnat.*
In Malabaria alia occurrit hujus generis abſoluta ſpecies Grewia *corollis obtuſis.* Pai-parœa ſeu Conradi Rheed. mal. 5. p. 91. t. 46 *quam inter Plantas ſiccas Cl. Royeni examinare licuit, antecedenti adeo ſimilis tota ſtructurâ, ut ne unicam notam realem aliam, quam a corollæ magnitudine reperire potuerim.*
Conſecrata fuit hæc memoriæ Nehemiæ Grew *Angli, Anatomico quondam plantarum dexterrimo ſagaciſſimo.*
Arbor eſt humanæ altitudinis in hortis noſtris Caule cinereo, vix ſtriato, craſſitie tibiæ. Rami & ramuli alterni. Folia magnitudine ultimi articuli pollicis, alterna, ovata, crenata, petiolata petiolis breviſſimis rubicundis, utrinque glabra, ſubtus venis purpuraſcentibus notata. Flores ſoli-

tarii, pedunculis petiolo oppoſitis ita, ut petiolus e regione reſpondeat pedunculum, utque flos opponatur folio in minimis ramis. Pedunculus petiolo paulo longior, in medio fere duabus ſtipulis minimis caducis inſtructus. Calyx extus ſcaber, interne coloratus purpuraſcens; petala calyce minora. Stigma obtuſum quinquangulare, Pericarpium tamen quadriloculare. Semina in ſingulo loculo aliquot.

DRACONTIUM.

1. DRACONTIUM ſcapo breviſſimo, petiolo radicato lacero, foliolis tripartitis: laciniis pinnatifidis.
Dracontium americanum, ſcabro puniceo caule, radice cyclaminis. *Herm. parad.* 93.
Dracunculus americanus, caule aſpero puniceo, radice cyclaminis. *Tournef. inſt.* 160.
Arum polyphyllum, caule ſcabro punicante. *Herm. parad.* 93. *t.* 93.
Creſcit ut fertur in Syrinama.
Cum hac noſtra plurimum ſimilitudinis habent Ari *iſtæ ſpecies, quas depinxit.* Comm. hort. 1. t. 52 & 53. *utrum autem ejusdem cum noſtra ſint ſpeciei, quamdiu florum nullam fecere mentionem authores, difficile determinatur, præſertim cum* Schena Rheed. mal. XI. p. 35. t. 18. *a noſtra diverſiſſima omnino exiſtat, & præterea Commelinus ſuam zeylanicam nominat, & Hermannus (qui zeylanenſes noverat expertiſſimus per longam in zeylona moram) hanc noſtram americanam dixit plantam; de Hermanniana planta allegata nullum eſt dubium, cum figura & deſcriptio abſolute conveniat.*
Per aliquot annos in hybernaculo conſervata fuit planta, quæ omni anno protulit petiolum pedalem ex cinereo viridi & albicante variegatum, epidemide quaſi lacera, inæquali; ex apice petioli expandebatur folium undique patens more filicum, diviſum in tres partes ad baſin, ſingula parte itidem tripartita, ſed minus profunde, & ſingula nona parte pinnatim quaſi diviſa laciniis oppoſitis decurrentibus; omni anno communiter bis periit hoc folium, eoque deleto novum enaſcebatur figura ſemper parum diſcedens. Menſe Aprili (1737) deletum erat folium quod excrevit præterito anguſto, tumque enaſcebatur e radice immediate flos, cujus ſpatha coriacea, dura, angulata, nigra, acuminata, incurva. pedunculo minimo vix decimam partem longitudinis ſpathæ obtinente; poſt aliquot dies aperiebatur ſpata longitudinaliter debiſcens præſertim in medio, violacea, tantum fœtorum putridiſſimi cadaveris ſpargens, ut olfacientes attonitos redderet & catalepticos, ſed quod mirum, cum poſt aliquot dies farinam ejaculare incipiebant antheræ, una eademque hora intoxicatus iſte fœtor totus quantus abolitus erat penitus.
Ari floris ſtructura ſingularis eſt, tamen ab hac diverſiſſima; propius enim accedit hæc ad Acorum, non tamen perfecte. Optandum eſſet quod aliquis curioſus Botanicus ſingularem impenderet curam in examinando Colocaſiæ, Ari, Arioidis, Saururi, Piperis, Acori & ſimilium ſpecies in America naſcentes, ſecundum omnes & vel minimas fructificationis partes, quo tandem certi limites in hiſce generibus conſtarent. Hujus ſpeciei characterem dedimus in Corollario.

ARUM. *g. pl.* 698.

1. ARUM, foliis palmatis, foliolis undecim lanceolatis integerrimis: intermediis majoribus, ſpadice clavato.
Arum polyphyllum ſive Dracunculus polyphyllus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 548. *ſ.* 13. *t.* 5. *f.* 46.
Dracunculus polyphyllus. *Bauh. pin.* 195. *Tournef. inſt.* 160. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 75.
Dracunculus major vulgaris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 789.
Dracunculus, vulgo Dragontea & ſerpentaria. *Cæſalp. ſyſt.* 225.
Dracontium. *Dod. pempt.* 329.
Anguina Dracontia. *Lob. hiſt.* 327.
Serpentaria minor matthioli. *Dalech. hiſt.* 1602.
Creſcit . . . .
Folia ſingularia ſunt, petiolus enim apice bifariam dividitur & in duo cornua diſtracta extenditur, cujus diviſuræ foliolum maximum inſeritur, at apicem utrumque petioli terminat folium minimum; dein inter terminatricia & intermedia foliola, a latere interiore petioli, utrinque quatuor foliola inſeruntur decurrentia, obſervata ſemper proportione, ut ſecundum foliolum ſeſquimajus ſit primo, tertium ſecundo, quartum tertio, & intermedium ſeu quintum duplo majus proximis. Flos in hac ſpecie e caule inter folia prodit purpureus, magnus, reflexo-patens.

2. ARUM acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato.
Arum vulgare maculatum & non maculatum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 543. *ſ.* 13. *t.* 5. *f.* 1.
α Arum vulgare non maculatum. *Bauh. pin.* 195. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 74.
β Arum maculatum, maculis candidis. *Tournef. inſt.* 158. vel nigris. *Bauh. pin.* 195.
γ Arum maculatum, maculis nigris. *Tournef. inſt.* 158.
Arum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 784. *Lob. hiſt.* 325. *Dod. pempt.* 328.
Gicherum ſeu Gigarum. *Cæſalp. ſyſt.* 226.
δ Arum venis albis. *Bauh. pin.* 195.
ε Arum, venis albis, majus, nigris lituris maculatum. *Tournef.*
ζ Arum, venis albis, italicum maximum. *Tournef.*
η Arum latifolium. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 543. *ſ.* 13. *t.* 6. *f.* 2.
Creſcit ad ſepes in umbroſis per Germaniam, Hollandiam, Angliam, Galliam, Italiam.

3. ARUM acaule, foliis ſagittatis triangulis acutis: angulis extrorſum flexis acutis.
Arum minus eſculentum, ſagittariæ foliis viridi nigricantibus. *Sloan flor.* 63. *hiſt.* 1. *p.* 167. *t.* 106. *f.* 2.
Arum minus, ſagittariæ foliis, ex inſula barbados. *Pluk. phyt.* 149. *f.* 2.
Colocaſia braſiliana lacteſcens latifolia, caule viridi. *Herm. parad.* 87.
Tajaoba ſecunda. *Marcgr. braſ.* 35.
Nelenſchena major. *Rheed. mal.* 11. *p.* 39. *t.* 20.
Creſcit in Barbados, Jamaica, Braſilia.
Hanc florentem non vidimus, in delineatione Rheedi & Plukenetii deficit coſta primaria a petiolo ad lacinias excurrente, an itaque duæ diverſæ plantæ vel falſæ figuræ? Sloanea bona eſt.

4. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis: baſi ſemibifidis: margine repandis.
Arum maximum ægyptiacum, quod vulgo Colocaſia. *Bauh. pin.* 193. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 546. *ſ.* 13. *t.* 6. *f.* 31. *Sloan. flor.* 61. *Tournef. inſt.* 159.
Arum ægyptiacum. *Dod. pempt.* 328.
Aron magnum vulgo Colocaſia. *Cæſalp. ſyſt.* 227.
Colocaſia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 75. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 790. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 73.
Colocaſia ægyptia florida. *Veſl. ægypt.* 192. *t.* 54.
Culcas ſive Colocaſia. *Alp. ægypt.* 48. *t.* 15.
α Arum ægyptiacum florigerum & fructum ferens, radice magna orbiculari. *Tournef.*
Creſcit in Ægypto, Creta, Cypro, Jamaica *ad rivulos & in aquoſis.*

5. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis: baſi ſemibifidis: margine integerrimis.
Arum minus, nymphææ folio, eſculentum. *Sloan. flor.* 62. *hiſt.* 1. *p.* 167. *t.* 106. *f.* 1.
Braſſica braſiliana, foliis nymphææ. *Bauh. pin.* 111.
Tajaoba. *Marcgr. braſ.* 35.
Veli-ila. *Rheed. mal.* 11. *p.* 43. *t.* 22?
Creſcit in America.
Flores a nobis viſi non ſunt, hinc dubium ſynonymum H. Mal.; a proxime præcedente foliis vix manifeſte differt, an flore?

6. ARUM acaule, foliis peltatis ovatis: baſi bipartitis.
Creſcit in America.
Adeo ſimilis eſt foliis Aro 5^to^ *&* 4^to^ *ac ovum ovo, modo latus folii a petiolo ad baſin totum bipartitum, & folia majora.*

7. ARUM acaule, foliis cordatis obtuſis cum acumine: angulis rotundatis.
Creſcit in America, *unde radix communicata ab ill. Hans Sloane ſub nomine Ari cujusdam eſculecti.*
Radix bulboſa; Folia peltata, cordata usque ad petiolum, diſco horizontali longitudine pedis, obtuſa cum acumine, viridia, ſubtus octo parium coſtis craſſis inſtructa, quarum quatuor e rachi longitudinali folii utrinque exeruntur, at quatuor inferiores e rachi quæ ad lobum baſeos utrinque exit; margo folii integerrimus eſt, vixque undulatus, color folii viridis, ſuperficiesque glabra. Petiolus ſingulum ſuſtentans folium radicatus, erectus, pedalis; ſuperne teres, inferne ampliatus in membranam interiores petiolos amplexantem. Nobis adhuc dum florens viſa non eſt.

8. ARUM acaule, foliis haſtato-cordatis acutis: angulis obtuſis.
Creſcit in America.
Foliorum longitudo ſemipedis, petiolorum vero pedalis; angulis obtuſis a ſpecie 2^da^ *differt, foliisque magis oblongis; petioli nigro-purpuraſcentes ſunt, ut & margo foliorum, quod in hac ſpeciale eſt.*

9. ARUM acaule, foliis lanceolatis, ſpadice ſetaceo declinato.
Arum ſcorzoneræ folio. *Tournef. inſt.* 160.
Arum anguſtifolium, piſtillo longiſſimo tenui inflexo mucronato. *Herm. lugdb.* 60.
Ariſaron. *Cæſalp. ſyſt.* 228.
Ariſarum anguſtifolium. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 74. *Dod. pempt.* 332. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 787. *Bauh. pin.* 196. dioſcoridis forte. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 545. *ſ.* 13. *t.* 6. *f.* 21. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 73.
Creſcit circa Romam *& in* Dalmatia.

10. ARUM acaule, foliis cordato-oblongis, ſpatha bifida, ſpadice recurvo.
Arum humile Ariſarum dictum latifolium, piſtillo brevi incurvo obtuſo. *Herm. lugdb.* 60.
Arum humile ſive Ariſarum latifolium majus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 544. *ſ.* 13. *t.* 6. *f.* 15.
Ariſarum latifolium majus. *Bauh. pin.* 196. *Tournef. inſt.* 161. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 73.
Ariſarum latifolium alterum. *Bauh. pin.* 196.
Ariſarum latifolium. *Dod. pempt.* 332. (1) *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 73. *Lob. hiſt.* 326.
Creſcit in umbroſis ſalebroſis collibus Luſitaniæ, Italiæ, Galloprovinciæ.

CALLA. *g. pl.* 697.

1. CALLA foliis ſagittato-cordatis, ſpatha cucullata, ſpadice ſuperne maſculo.
Arum æthiopicum, flore albo odorato moſchum olente. *Herm. lugdb.* 60. *Comm. hort.* 1. *p.* 95. *t.* 50.
Arum africanum, flore albo odorato. *Herm. par.* 74. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 74.
Creſcit in Æthiopia.

Spatha verſus baſin convoluta eſt, ſuperne vero plano-patens. Spadix ſpathâ dimidio brevior, inferne floſculis hermaphroditis veſtitus, ſuperne vero ſolis maſculis obrutus.

2. CALLA foliis cordatis, ſpatha plana, ſpadice undique hermaphrodito.
Calla foliis cordatis. *Fl. lapp.* 320.
Provenzalia paluſtris. *Pet. gen.* 45.
Anguina aquatica. *Trew. comm.* 1731. *p.* 62.
Arum paluſtre, radice arundinacea. *Herm. lugdb.* 61. *Boerh. lugdb.* 74.
Dracunculus paluſtris ſive radice arundinacea plinii. *Bauh. pin.* 195. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 545. *ſ.* 13. *t.* 5. *f.* 23.
Dracunculus aquaticus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 787.
Dracunculus aquatilis. *Dod. pempt.* 330.
Dracontium in paluſtribus germaniæ. *Cæſalp. ſyſt.* 229.
Aquatica anguina ſive Dracunculus. *Lob. hiſt.* 328.
Creſcit in paludibus limo repletis per Germaniam, Belgium, Sveciam, *præſertim in utraque* Bothnia *&* Finlandia, *ut & in* Norwegia *&* Lapponia.
Spatha ovata, plana tota. Spadix undique floſculis hermaphroditis tectus; radix repens.
Calla eſt nomen Plinii.

RUPPIA. *g. pl.* 699.

1. RUPPIA.
Potamogiton maritimum, gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato. *Raj. ſyn.* 134. *t.* 6. *f.* 1. *charact.*
Potamogiton maritimum puſillum alterum. *Raj. hiſt.* 190.
Potamogiton maritimum puſillum alterum, ſeminibus ſingulis longis pediculis inſidentibus. *Pluk. phyt.* 248. *f.* 4. *alm.* 305.
Bucca-ferrea maritima, foliis acutiſſimis. *Mich. gen.* 72.
Fluvialis, gramineo folio, polycarpos. *Vaill. pariſ.* 54.
Gramen maritimum fluitans cornutum. *Bauh. prod.* 7.
Gramen aquæ innatans cum utriculis, ſeu Fœniculacea marina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 784.
Fucus folliculaceus, fœniculi folio longiore. *Bauh. pin.* 365.
Corallina fœniculi folio longiore. *Tournef. inſt.* 571.
α Buccaferrea maritima, foliis minus acutis. *Mich. gen.* 72. *t.* 35.
Creſcit in foſſis maritimis Italiæ, Galliæ, Angliæ, Belgii, *nos plantam ad pagum Katwyk legimus.*
Memoria hic ſuccurrit Henr. Berh. Ruppii, *Viri juvenis ad Botanicen prorſus nati, inter Botanicos primarios Germaniæ merito habendi, præpropero fato licet abrepti; quanta in Ruppii fuit induſtria in apte digerando ſpecies ſub ſuis generibus, inque obſervationes conquirendo abunde teſtatur doctiſſime elaborata ejus Flora Jenenſis.*

Classis XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

ZANNICHELLIA. *g. pl.* 700.

1. ZANNICHELLIA. *Fl. lapp.* 321.
   Zannichella paluſtris major, foliis gramineis acutis, flore cum apice quadricapſulari, embryonis clypeolis integris & vaſculo non barbato, capſulis ſeminum ad coſtas dentatis. *Mich. gen.* 71. *t.* 34. *f.* 1.
   Graminifolia. *Dill. gen.* 168.
   Algoides vulgaris. *Vaill. act.* 1719. *p.* 15. *t.* 1. *f.* 1.
   Aponogeton aquaticum graminifolium, ſtaminibus ſingularibus. *Pont anth.* 117. *Raj. ſyn.* 135.
   Potamogeton capillaceum, capitulis ad alas trifidis. *Bauh. pin.* 193. *prod.* 101. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 779.
   Potamogetum omnium minimus, graminis facie, capillaceus, ſiliculis recurvis binis ternis dorſo dentato. *Raj. app.* 122.
   Potamogitoni ſimilis Graminifolia aquatica. *Raj. hiſt.* 190.
   Potamogeitoni ſimilis, Graminifolia ramoſa & ad genicula polyceratos. *Pluk. alm.* 305. *t.* 102. *f.* 7.
α Zannichellia paluſtris minor, foliis gramineis acutiſſimis, flore minimo cum apice bicapſulari, embryonis clypeolis circumcrenatis & vaſculo barbato, capſulis ſeminum ad coſtam aſperis. *Mich. gen.* 71. *t.* 34. *f.* 2.
   Creſcit in foſſis Italiæ, Angliæ, Galliæ, Belgii, Sveciæ, Finmarkiæ.
   Perennat in hac planta memoria Jo. Hier. Zannichelli, *clari ex variis operibus Botanicis lingua Italica conſcriptis; ut de* plantis Venetis, *de* Myriophyllo pelagico, *de* Ruſco, *de* Hippocaſtano.

NAJAS. *g. pl.* 701.

1. NAJAS.
   Fluvialis piſana, foliis denticulatis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 779.
   Fluvialis vulgaris latifolia. *Vaill. act.* 1719. *p.* 17. *t.* 1. *f.* 2.
   Fluvialis latifolia, fructu minus obtuſo monoſpermo *Mich. gen.* 11. *t.* 8. *f.* 2.
   Potamogeton fluviatile, ſargazo ſimile lucens, foliis margine dentatis. *Pluk. alm.* 304. *t.* 216. *f.* 4. *Raj. app.* 121.
   Fucus fluviatilis aculeatus undulatus. *Tournef. inſt.* 569.
   Creſcit circa Piſas.

TRIANDRIA.

ZEA. *g. pl.* 703.

1. ZEA.
   Thalyſia. *Syſt. nat.*
   Triticum indicum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 453.
   Triticum indicum matthioli. *Dalech. hiſt.* 382.
   Milium indicum. *Lob. hiſt.* 24.
   Frumentum turcicum. *Dod. pempt.* 509.
   Frumentum indicum Mays dictum. *Bauh. pin.* 25. *theatr.* 490. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 248. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1, 2, 3. *Sloan. flor.* 26.
   Tlaolli. *Hern. mex.* 242.
   Maiz. *Cæſalp. ſyſt.* 81.
   Mays granis aureis. *Tournef. inſt.* 531. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 166.
α Mays granis albicantibus. *Tournef.*
β Mays granis rubris. *Tournef.*
γ Mays ſpica multiplici. *Tournef.*
   Creſcit in America.
   Varietates unius hujus ſpeciei, ſunt omnes ſpecies, a Tournefortio recenſitæ.
   Zea, peculiaris frumenti ſpecies a veteribus adſcriptum nomen, huc usque vagum, recepimus ad deſignandum hoc genus loco Barbari iſtius vocabuli Mays. F. B. 229. *Thalyſia. F. B.* 244. *Zea. F. B.* 242.

COIX. *g. pl.* 704.

1. Coix ſeminibus ovatis.
   Lachryma. *Cæſalp. ſyſt.* 181.
   Lacryma job. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 216. *Tournef. inſt.* 532. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 166.
   Lacryma job multis ſive Milium arundinaceum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 449.
   Lithoſpermum arundinaceum. *Bauh. pin.* 258.

Seſamum arundinaceum, ſemine nudo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 249. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1.
Catri-conda. *Rheed. mal.* 12. *p.* 133. *t.* 70.
Creſcit in Malabaria.

2. Coix ſeminibus angulatis.
Gramen dactylon maximum americanum. *Pluk. alm.* 174. *t.* 190. *f.* 1.
Gramen dactylon indicum eſculentum, ſpica articulata. *Ambroſ. phyt.* 546.
Seſamum perenne indicum. *Zan. hiſt.* 181.
Creſcit in America.
Coix eſt nomen Theophraſti, forte antecedentis ſynonymum, Lacryma jobi vero abſurdum.
Hæc perennis eſt, præcedens vero annua.

CAREX. *g. pl.* 705.

1. Carex ſpica androgyna.
Carex ſpica unica. *Fl. lapp.* 339.
Carex minima, caulibus & foliis capillaceis, capitulo ſingulari tenuiori, capſulis oblongis utrinque acuminatis & deorſum reflexis. *Mich. gen.* 66. *t.* 33. *f.* 1.
Scirpoides 9. *Vaill. pariſ.* 178.
Cyperoides minimum, ſeminibus reflexis puliciformibus. *Dill. giſſ.* 78.
Gramen cyperoides minimum, ſeminibus deorſum reflexis puliciformibus. *Raj. ſyn.* 424. *hiſt.* 1298. *Pluk. phyt.* 34. *f.* 10. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 244. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 21.
Creſcit in udis & paluſtribus Lapponiæ, Sveciæ, Germaniæ, Angliæ, Belgii, Galliæ.
Cum ſpica floruerit decidit pars ſuperior maſculina, & fructus reflectitur ad angulum acutum, tres communiter, quaſi ex eodem puncto apicis culmi, fructus.

2. Carex ſpica ſimplici dioica.

Mas.	*Fœmina.*
Cyperoides parvum, caulibus & foliis tenuiſſimis triangularibus, ſpica longiori, capſulis oblongis in anguſtum collum vix bifidum attenuatis. *Mich. gen.* 56. *t.* 32. *f.* 1. *n. o.*	Cyperoides parvum, caulibus & foliis tenuiſſimis triangularibus, ſpica longiori, capſulis oblongis in anguſtum collum vix bifidum attenuatis. *Mich. gen.* 56. *t.* 32. *f.* 1. *n. p.*
Gramen cyperoides minimum, ſpica ſimplici caſſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 244. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 22. *Scheuch. hiſt.* 497. *t.* 11. *f.* 10.	Gramen cyperoides minimum, ranunculi capitulo ſimplici aſperiore rotundo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 36.

Creſcit in paludibus Lapponiæ, Sveciæ, Angliæ, Belgii, Germaniæ. *In Fl. lapp.* 339. *incurri communem errorem, hoc gramen miſcens cum præcedente, uti Raj. ſynopſis & Agroſtographiæ Authores, cum tamen toto cœlo diverſa ſint & hoc facie externa ſcirpis ſimillimum.*

3. Carex ſpica ſupradecompoſita, ſpiculis androgynis ovatis ſeſſilibus confertis: ſuperne maſculis.
Carex major, ſpica compacta. *Rupp. jen.* 258.
Carex paluſtris major, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari, ſpica brevi habitiore compacta. *Mich. gen.* 69.
Scirpoides paluſtre majus, ſpica compacta. *Mont. gram.* 17.
Scirpoides 4. *Vaill. pariſ.* 178.
Gramen cyperoides paluſtre majus, ſpica compacta. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 87. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 244. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 24.
Gramen cyperoides integrum, ſpica integra. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 479.
Creſcit ubique per Europam *in vepretis & juxta aquas.*

4. Carex ſpicis linearibus erectis: maſculina breviore quam ultima feminea, bracteis aphyllis, capſulis diſtantibus.
Carex ſpica maſculina terminatrici quam feminina ſuprema breviore, capſulis diſtantibus. *Fl. lapp.* 338.
Cyperoides ſylvarum, ſpica varia. *Vaill. pariſ.* 44.
Cyperoides montanum nemoroſum, caule triquetro compreſſo, ſpicis ferrugineis tenuioribus inter ſe diſtantibus, capſulis rarius diſpoſitis oblongis turbinatis trilateris. *Mich. gen.* 65. *t.* 32. *f.* 9.
Cyperoides montanum, ſpicis floriferis, ſeminiferis (e rarioribus granis triquetris conſtantibus) interſperſis. *Dill. giſſ.* 50.
Gramen caryophyllatum montanum, ſpica varia. *Bauh. pin.* 4. *prod.* 23. *t.* 23. *theatr.* 48. *Scheuch. hiſt.* 448. *t.* 10. *f.* 14.
Gramen caryophyllatum polycarpon, fructu triangulo. *Loeſ. pruſſ.* 114.
α Cyperoides montanum nemoroſum minus, caule triquetro compreſſo, ſpicis ſtrigoſis ferrugineis circa faſtigium caulis ſitis, capſulis rarius diſpoſitis oblongis turbinatis trilateris. *Mich gen.* 65. *t.* 32. *f.* 14.
Gramen caryophyllatum nemoroſum, ſpica multiplici. *Bauh. pin.* 4. *prod.* 22. *theatr.* 47. *Scheuch. hiſt.* 450.
Gramen parvum ſylvaticum, paniculis forma pedum avium. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 497.
Creſcit in nemoribus & ſylvis umbroſis in Svecia, Germania, Belgio, Anglia, Gallia.

5. Carex piloſa, ſpicis erectis, maſculis tribus ſeſſilibus: ſecunda minore, femineis duabus remotis.
Cyperoides ſpicis remotis, femininis fere ſeſſilibus, capſulis hirſutis. *Fl. lapp.* 335.
Cyperoides polyſtachyon lanuginoſum. *Tournef. inſt.* 529.
Gramen cyperoides polyſtachyon lanuginoſum. *Pluk. phyt.* 34. *f.* 6. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 55. *f.* 24. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 243. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 10.
Creſcit copioſe in ſteriliſſimis arenoſis Belgii, *nec non in* Svecia, Germania, Anglia, Gallia.

6. Carex ſpicis androgynis terminatricibus petiolatis: floreſcentibus erectis, fructiferis pendulis.
Carex ſpicis ad apicem culmi pendulis androgynis. *Fl. lapp.* 324.
Cyperoides alpinum pulchrum, foliis caryophyllæis, ſpicis atris & tumentibus. *Scheuch. hiſt.* 481.
Creſcit in Alpibus Lapponicis & Helveticis.

7. Carex

7. Carex ſpicis femineis pedunculatis laxis: maſculina erecta, fulchris petiolorum aphyllis ſpatæformibus.
Cyperoides polyſtachyon minimum, ſpicis per maturitatem albicantibus. *Tournef. inſt.* 530.
Cyperoides foliis tenuiſſimis, caule ſubtriquetro, ſpicis exiguis albicantibus: pediculis longis inſidentibus, capſulis turbinatis rotundo-triquetris luteſcentibus, in apicem tenuiſſimum: una præcipue parte apertum, coarctatis. *Mich. gen.* 65.
Gramen ſylvaticum anguſtifolium, ſpica alba. *Bauh. pin.* 4. *prod.* 22. *theatr.* 47. *Scheuch. hiſt.* 410. *t.* 10. *f.* 3.
Creſcit in ſylvis Helvetiæ *frequens, in nemoribus* Belgii *rarius.*
Differt præſertim Hæc ſpecies a carice ſpicis ex apice pendulis, maſculina & femininis albis. Fl. lapp. 326. *quod bracteæ pedunculos excipientes in Lapponica extendatur in folium, at in hac nullo modo, ſed tantum tenuis membrana ſpathæ formis adſtat.*

8. Carex ſpicis oblongo-ovatis pedunculatis: maſculina longiore erectiore, caule repente.
Carex ſpicis verſus apicem pendulis maſculinis & femininis. *Fl. lapp.* 325.
Cyperoides, ſpica pendula breviore, minus. *Celſ. upſ.* 18.
Cyperoides ſpica pendula breviore, ſquamis e ſpadiceo vel fuſco rutilante viridibus. *Scheuch. hiſt.* 442. *t.* 10. *f.* 15.
Creſcit in paludibus Sveciæ, Lapponiæ, Helvetiæ *&c.*
Caulis ſquamis alternis obducitur, quæ vaginæ ſunt foliorum præcedentis anni, & ſtolones recentes vaginis absque foliis inferne veſtiuntur; ex horum ſinu exſeruntur filiformes radices & tomentoſæ, quæ fundum petunt, radicantur.
Synonymon Celſianum in planta Fl. lapp. 326. *per errorem incurrit, debuit enim ſub planta* §. 325. *ſeu præcedente locum obtinere.*

9. Carex ſpicis erectis oblongis ſeſſilibus alternis folio florali brevioribus: ſuperioribus maſculinis.
Carex nigra verna vulgaris. *Fl. lapp.* 330.
Cyperoides nigro-luteum vernum minus. *Tournef. inſt.* 529. *Scheuch. hiſt.* 460.
Graminis nigro-lutei verni varietas minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 494.
Gramen cyperoides, foliis caryophylleis, vulgatiſſimum. *Raj. hiſt.* 1293.
Creſcit in paſcuis humidis ſterilibus vulgatiſſima per Europam.

10. Carex ſpicis pendulis: femineis omnibus, unica androgyna infra maſculina.
Cyperoides ſpica pendula breviore. *Tournef. inſt.* 529. *Scheuch. hiſt.* 440. *Mich. gen.* 56. *Celſ. upſ.* 18.
Gramen cyperoides, ſpica pendula breviore. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 86. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 242. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 5.
Pſeudo-Cyperus lobelii, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 496.
Pſeudo-Cyperus. *Dod. pempt.* 339.
Creſcit ad fluviorum margines in Svecia, Germania, Anglia, Italia.

SPARGANIUM. *g. pl.* 706.

1. Sparganium foliis adſurgentibus triangularibus. *Fl. lapp.* 345.
Sparganium ramoſum. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 228. *Moriſ. hiſt* 3. *p.* 247. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1. *Mont. gram.* 22. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 168.
Sparganium quibusdam. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 541.
Sparganium. *Cæſalp. ſyſt.* 193.
Platanaria ſive Butomon. *Dod. pempt.* 601.
Palleos fœmina. *Dalech. hiſt.* 1017.
α Sparganium non ramoſum. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 231. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 247. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 3.
Sparganium alterum. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 541.
Platanaria altera. *Dod. pempt.* 601.
β Sparganium minimum. *Bauh. pin.* 15. *prod.* 24.
Creſcit in cænoſis & juxta aquas vulgaris per Europam.

TYPHA. *g. pl.* 707.

1. Typha. *Lob. hiſt.* 42.
Typha paluſtris. *Dod. pempt.* 604.
Typha paluſtris, Ulva latinis, Schianza in Etruria. *Cæſalp. ſyſt.* 194.
Typha paluſtris major. *Bauh. pin.* 20. *theatr.* 337. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 539. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1. *Mont. gram.* 21. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 167.
α Typha paluſtris media. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 539. *Moriſ hiſt.* 2. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 2.
Typha paluſtris, clava gracili. *Bauh. pin.* 20. *theatr.* 340.
β Typha paluſtris minor. *Bauh. pin.* 20. *theatr.* 341. *Raj. hiſt.* 1312.
Typha minor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 540.
Typha minima, duplici clava. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 3.
Creſcit in piſcinis, juxta foſſas & lacus frequens per Europam; *in* Svecia *rarior.*

PHYLLANTHUS. *g. pl.* 708.

1. Phyllanthus foliis lanceolatis ſerratis: crenis floriferis.
Phyllanthos americana planta, flores e ſingulis foliorum crenis proferens. *Herm. prod.* 365. *Kigg. beaum.* 34. *Comm. hort.* 1. *p.* 199. *t.* 102. *fig. opt. Seb. theſ.* 1. *p.* 21. *t.* 13. *f.* 2. *Catesb. ichth.* 26. *t.* 26.
Hippogloſſo forte cognata ſurinamenſis, foliis oleandri ſerratis: in crenarum extremo floſculos perminulos ſanguineas gerentibus, vel forte Hemionitidi affinis. *Breyn. prod.* 2. *p.* 57.

Lonchitidi affinis arbor anomala, folio alato e pinnarum crenis fructifero. *Sloan. flor.* 16. *hiſt.* 1. *p.* 80.
Filicifolia Hemionitidi affinis americana epiphyllanthos, anguſtiori & longiori folio, ramoſa cauleſcens. *Pluk. alm.* 154. *t.* 247. *f.* 4.
Creſcit in America (licet facies africana) in Porto Rico; *in* Zeylona; *in* Surinama, *in* Bahama; *collibus ſaxoſis ſylvaticis.*
Rariſſima exempla plantarum ex foliis floriferarum, exceptis Cryptogamiæ plantis, proſtant, at rarius adhuc quod folia in ipſis crenis ſeu margine collocentur, uti in Ruſco *& hac.*

2. PHYLLANTHUS foliis alternis alternatim pinnatis, floribus dependentibus ex alis foliolorum.
Fruticulus capſularis hexapetolis caſſiæ poëtarum foliis brevioribus ſubrotundis & denſius ſtipatis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 183. *f.* 5. *bona.*
Niruri barbadenſe, folio ovali ſubtus glauco, petiolis florum breviſſimis. *Mart. cent.* 9. *t.* 9.
Urinaria indica erecta vulgaris. *Burm. zeyl.* 230. *t.* 93. *f.* 2.
Kirganeli. *Rheed. mal.* 10. *p.* 29. *t.* 15?
Creſcit in Barbados, *forte & in* Malabaria?
Noſtra fruteſcens nullo modo dicenda, ſed planta eſt parva annua.
Variat foliorum figura & magnitudine, hinc plures tenentur ſpecies, quam re ipſa ſunt.

3. PHYLLANTHUS caule arboreo, foliis ovatis obtuſis integerrimis.
Niruri arboreſcens, foliis ſingularibus ſubrotundis & ſubtus incanis, fructu maximo. *Houſt. mſſ.*
Creſcit in America, *communicata per Millerum.*
Folia magnitudine palmi, ſubtus glauca.

TETRANDRIA.

URTICA. *g. pl.* 710.

1. URTICA amentis fructiferis globoſis. *Androgyna.*
Urtica ureus pilulas ferens. *Bauh. pin.* 232. dioſcoridis ſemine lini. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105.
Urtica pilulifera, facie urticæ vulgaris, ſemine lini. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 435. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 5.
Urtica pilulifera, folio profundius urticæ majoris in modum ſerrato, ſemine magno lini. *Raj. ſyn.* 140.
Urtica romana ſive mas cum globulis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 445.
Urtica ureus prior. *Dod. pempt.* 151.
Urtica romana. *Lob. hiſt.* 281.
Urtica prima. *Cæſalp. ſyſt.* 156.
α Urtica romana, facie urticæ vulgaris. *Boerh.*
β Urtica pilulifera, folio anguſtiori, caule viridi, balearica. *Boerh.*
γ Urtica pilulifera, parietariæ facie, ſemine lini. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 435.
Creſcit in pratis Baſileæ; Monſpelii *in ſepibus; rarius in* Anglia.

2. URTICA foliis ovalibus. *Androgyna.*
Urtica foliis ovatis, amentis cylindraceis. *Fl. lapp.* 375.
Urtica urens minor. *Bauh. pin.* 232. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 435. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 4. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105.
Urtica urens minima. *Dod. pempt.* 152.
Urtica minor acrior. *Lob. hiſt.* 182.
Urtica minor annua. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 446.
Urtica 3 matthioli. *Dalech. hiſt.* 1244.
Creſcit vulgatiſſima per Europam *in ſimetis & ruderatis.*

3. URTICA foliis oblongo-cordatis. *Dioica.*
Urtica foliis cordatis, amentis cylindraceis, ſexu diſtincta. *Fl. lapp.* 374.

Mas.	*Fœmina.*
Urtica urens maxima ſterilis. *Pont. anth.* 210.	Urtica urens maxima fertilis. *Pont. anth.* 210. Urtica urens maxima. *Bauh. pin.* 232. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 434. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105. Urtica vulgaris major. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 445. Urtica urens altera. *Dod. pempt.* 151.

Creſcit circa pagos, domos, in ruderatis vulgaris per Europam.

4. URTICA foliis orbiculatis utrinque acutis ſubtus tomentoſis.
Urtica racemifera maxima ſinarum, foliis ſubtus argentea lanugine villoſis. *Pluk. amalt.* 212.
Creſcit in China, *facies tamen americana eſt.*

5. URTICA foliis cordato-ovatis, amentis ramoſis diſtichis erectis.
Urtica maxima racemoſa canadenſis. *Moriſ. bleſ.* 323. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105.
Urtica canadenſis racemoſa mitior ſive minus urens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 434. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 2.
Verbena botryoides major canadenſis. *Munt. hiſt.* 784.
Creſcit in Canada.
Amenta huic ramoſa, diſticha, erecta.

MORUS. *g. pl.* 711.

1. MORUS foliis oblique cordatis lævibus. *Androgyna.*
Morus fructu albo. *Bauh. pin.* 249. *Pont. ant.* 224. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 209.
Morus alba. *Bauh. hist.* 1. *p.* 119.
Morus candida. *Dod. pempt.* 810. *Dalech. hist.* 326. *Lob. hist.* 610.
α Morus vulgaris, sterilis. *Pont. anth.* 224.
β Morus fructu albo humilior profundius laciniata. *C. B.*
Crescit in Italia.
In hac arbore semper florum racemos alios masculinos, alios femininos, observavi in eadem planta & ramulo, nec unquam masculas aut femineas arbores solum; inquirendum itaque an Polygamia detur sive alia sola mas, uti Cl. Pontedera, qui oculatissimus est author & in examinando flores nulli inferior, observavit? quodque idem & in sequenti obtinet.
Hæc arbor expetitur a Bombyce præ sequenti.

2. MORUS foliis cordatis hispidis.

Androgyna.	*Fœmina.*
Morus fructu nigro. *Bauh. pin.* 459. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 209.	Morus fructu nigro. *C. B.*
Morus nigra. *Bauh. hist.* 1. *p.* 118.	Morus nigra. *J. B.*
Morus. *Dod. pempt.* 810. *Dalech. hist.* 326. *Lob. hist.* 610.	Morus. *Dod. Dalech. Lob.*

Crescit in Italia *locis sabulosis maritimis.*
Hæc folia exacte cordata gerit, præcedens ovata magis basi ab altero latere gibbo, ab altero vero minus prominulo, hinc nec regularia dicenda in illa, at in hac omnino.

BUXUS. *g. pl.* 712.

1. BUXUS. *Cæsalp. syst.* 126. *Bauh. hist.* 1. *p.* 496. *Dod. pempt.* 782.
Buxus arborescens. *Bauh. pin.* 471. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 172.
α Buxus foliis ex luteo variegatis. *Tournef. inst.* 578.
β Buxus major, foliis per limbum aureis.
γ Buxus humilis. *Dod. pempt.* 782.
Buxus foliis rotundioribus. *Bauh. pin.* 471.
δ Buxus minor, foliis per limbum aureis. *Tournef.*
ε Buxus foliis minoribus angustis longioribus. *Boerh.*
ζ Buxus foliis angustis longissimis. *Boerh.*
Crescit in collibus, montibus alsiosis, clivosis, incultis Delphinatus *&* Galloprovinciæ *omnium copiosissime, in* Helvetia, Sabaudia, Burgundia, Genevam *inter &* Lugdunum *in* Gallia.
Nulla aptior arbor in opere topiario; pygmæa (γ) *sterilis persistit semper; folia Buxi quasi duplicata sunt & margine connata.*

VISCUM. *g. pl.* 713.

1. VISCUM. *Cæsalp. syst.* 94. *Dod. hist.* 740. *Lob. hist.* 361.
α Viscum baccis albis. *Bauh. hist.* 423. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 228.
Crescit in variis arboribus, vulgaris per Europam.
Frutex parasiticus caule dichotomo; propagatur sponte per aves deglutientes baccas, semina autem perdurant, excernuntur cum excrementis, quæ si cadant in ramo arboris vivo excrescunt; immo sæpe sub ramo ipso arboris, dum pluvia accedat ante germinationem seminis, qua diluitur, facile vero non decidit ob gluten pulpæ adhærentis, sed progerminat sub ramo, quod paradoxon multis fuit.

ALNUS. *g. pl.* 714.

1. ALNUS. *Fl. lapp.* 340.
Alnus rotundifolia glutinosa viridis. *Bauh. pin.* 428. *Boerh. lugdb.* 181.
Alnus vulgaris. *Bauh. hist.* 1. *p.* 151. *Clus. hist.* 1. *p.* 12.
Alnus vulgo Ontanum. *Cæsalp. syst.* 39.
Alnus. *Dod. pempt.* 839.
β Alnus folio oblongo viridi. *Bauh. pin.* 428.
γ Alnus folio incano. *Bauh. pin.* 428.
Alnus incana & hirsuta. *Bauh. hist.* 1. *p.* 154.
δ Alnus alpina minor. *Bauh. pin.* 428.
Crescit α. *juxta aquas & paludes vulgatissima per* Europam, *at* β. γ. *in montosis magis & septentrionalibus ac alpinis.*

BETULA. *g. pl.* 715.

1. BETULA foliis acuminatis ſerratis.
Betula foliis cordatis ſerratis. *Fl. lapp.* 341.
Betula. *Bauh. pin.* 427. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 148. *Dod. pempt.* 839. *Lob. hiſt.* 607. *Dalech. hiſt.* 92.
Betula plinii. *Cæſalp. ſyſt.* 121.
Creſcit ubique in Europa *ſeptentrionali, copioſiſſime omnium in* Lapponia.
Arbor decentiſſima mirabili candore epidermidis ſpectabilis, frondium amæno virore grata, terribilis magiſtratuum virgis, utiliſſima quondam literis, cui inſcribebant veteres opera ſua ante chartæ inventum, vide floram Lapponicam pag. 261, 262, 263, 264, 265.
Singulares flores ſunt maxima ex parte omnes Amentacei; inter hos præſertim Alni & Betulæ, qui inter ſe ſimillimi; Amentum enim conſtat infinitis ſquamis, ſingula ſquama continet tres floſculos; ſingulus Floſculus maſculinus conſtat corolla quadrifida monopetala, ſtaminibusque quatuor; at femininus totidem floſculis in Betula, ſingulo flore unico ſemine, ſingulo ſemine duobus ſtylis. An itaque Alnus & Betula ejusdem generis? & cur non?

2. BETULA foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp.* 342. *t.* 6. *f.* 4.
Creſcit in Alpibus Lapponicis *ut nulla arbor frequentior, in paludibus* Norwegiæ, Finmarchiæ, Finlandiæ, Ruſſiæ, Sveciæ, Groenlandiæ (*Dillenio*), Siberiæ (*Siegesbeckio*), *& forte Boruſſiæ.*
Hiſtoriam dedimus in Fl. lapponica p. 266, 267, 268, 269, 270.

PENTANDRIA.

PARTHENIUM. *g. pl.* 675.

1. PARTHENIUM foliis lanceolatis ſerratis.
Tarchonanthos folio trinervi dentato, floribus pendulis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 410. *t.* 20. *f.* 16, 17.
Conyza americana fruteſcens, foliis ſubrotundis nervoſis, floribus ſpicatis. *Tournef. inſt.* 455.
Ageratum peruvianum arboreum, folio lato ſerrato. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 125.
Pſeudo-Helichryſum fruteſcens peruvianum, foliis longis ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 90.
Elichryſo affinis peruviana fruteſcens. *Pluk. phyt.* 27. *f.* 1.
Creſcit in Virginia, *facies tamen ſatis afra eſt.*
Caulis fruteſcens; folia inferiora oppoſita; flores ſolitarii nutantes in alis foliorum.
Cal. *Pentaphyllus: foliolis ſubovatis, planis, obtuſis, patulis, perſiſtentibus, fere æqualibus, continens floſculos quindecim ad viginti usque* paleis *minoribus diſtinctis, quorum qui in ambitu ſunt fœminei, in diſco vero maſculi.*
Feminei *quinque vel ſex, Germine oblongo, obtuſo, ſuperne craſſiore.* Corollula *minima, tubuloſa, fere integra.* Stylo *bipartito, ſetaceo, longo.*
Maſculi *duplo vel triplo plures, ſinguli piſtilli rudimento inſtructi,* corollulâ *infundibuliformi, quinquedentata, &* ſtaminibus *quinque filamentis ſetaceis longitudine corollulæ, Antheris diſtinctis.*
Feminei ſoli ſeminiferi, *ſeminibus ſolitariis, longitudine calycis, ſuperne craſſioribus, obtuſioribus.*

2. PARTHENIUM foliis ovatis crenatis.
Partheniaſtrum helenii folio. *Dill. elth.* 302. *t.* 225. *f.* 292.
Pſeudo-Coſtus virginiana, ſive Anonymos corymbifera virginiana, flore albo. *Raj. hiſt.* 363.
Ptarmica virginiana, folio helenii. *Moriſ. bleſ.* 297.
Ptarmica virginiana, ſcabioſæ auſtriacæ foliis diſſectis. *Pluk. alm.* 308. *t.* 53. *f.* 5. *t.* 219. *f.* 1.
Dracunculus latifolius ſive Ptarmica virginiana, folio helenii. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 41.
Creſcit in Virginia. *Plantam communicabat DD. Dillenius.*
Hujus floris anatomiam ſolus dedit Cl. Dillenius, eamque abſolutam.

3. PARTHENIUM foliis compoſito-multifidis.
Hyſterophorus ambroſiæ folio. *Vaill. act.* 1720. *p.* 435. *t.* 9. *f.* 4. 8. 42. 34, 35.
Partheniaſtrum americanum, ambroſiæ folio. *Niſſ. act.* 1711. *p.* 423. *t.* 13. *f.* 2. *Dill. gen.* 165. *t.* 13.
Matricaria flore minore albo, abſinthii foliis. *Plum. ſpec.* 10.
Matricaria americana, ambroſiæ folio, parvo flore albo. *Tournef. inſt.* 666. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 111. *Raj. app.* 224.
Matricariæ achoavan dictæ ſimilis, eryſimi foliis, abſinthii ſapore, jamaicenſis. *Pluk. phyt.* 45. *f.* 3.
Abſinthium eryſimi folio, Achoavan alpini quodammodo accedens ex inſula jamaicenſi. *Pluk. alm.* 8.
Artemiſia humilior, flore majore albo. *Sloan. flor.* 127. *hiſt.* 1. *p.* 263.
Artemiſiæ folio, coma in corymbos innumeros albos late diffuſa. *Raj. app* 234.
Creſcit in campeſtribus glareoſis inſulæ Jamaicæ *circa urbem St. Jago de la vega.*
Hujus floris anatomen dedit Niſſolius & Dillenius.
Singularis in hoc genere, præ omnibus aliis eſt florum ſtructura & apparatus ſpecialis ſexus; in Hujus examine ſe exerceant Tyrones, in Platano magiſteria exhibeant.

AMBRO-

AMBROSIA. g. pl. 718.

1. AMBROSIA foliis multifidis tripartitis dentatis.
Ambrosia vulgaris. *Barr. rar.* 80. *t.* 1144.
Ambrosia maritima. *Bauh. pin.* 138. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 102.
Ambrosia hortensis lanuginosa. *Morif. hist.* 3. *p.* 4. *f.* 6. *t.* 1. *f.* 1.
Ambrosia sativa hortensis procerior. *Lob. hist.* 442. *Dalech. hist.* 1148.
Ambrosia quibusdam. *Bauh. hist.* 3. *p.* 190.
Ambrosia. *Cæsalp. syst.* 158. *Dod. pempt.* 35.
Crescit in Cappadocia & Hetruriæ *maritimis arenosis.*

2. AMBROSIA foliis palmatis: laciniis lanceolatis serratis.
Ambrosia virginiana maxima, platani orientalis folio. *Morif. hist.* 3. *p.* 4. *f.* 6. *t.* 1. *f.* 4.
Ambrosia canadensis altissima hirsuta, platani folio. *Tournef. inst.* 439. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 102.
Crescit in Canada & Virginia.
Male collocatæ fuere plantæ Ambrosiæ & Xanthii a quibusdam systematicis inter flores compositos, pertinent enim vere ad Amentaceos uti conferenti flores masculinos Ambrosiæ cum Castanea & flores femininos Xanthii cum Fagi flosculis femininis patebit, Arbores licet non sint.

XANTHIUM. g. pl. 717.

1. XANTHIUM caule inerme.
Xanthium. *Dod. pempt.* 39. *Lob. hist.* 319. *Dalech. hist.* 1056. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 103.
Xanthion herba. *Cæsalp. syst.* 319.
Xanthium sive Lappa minor. *Bauh. hist.* 3. *p.* 572.
Xanthium seu Lappa urokossa zeylanensibus dicta. *Herm. mus.* 59. *Burm. zeyl.* 233.
Lappa minor, sive Xanthium dioscoridis. *Bauh. pin.* 198.
Lappa strumaria, foliis angulosis, dispermos, echinis bicornibus sursum ringentibus ad foliorum alas confertis. *Pluk. alm.* 205.
Sooni. *Kæmp. jap.* 892.
α Xanthium elatius & majus americanum, fructu spinulis aduncis armato. *Morif. hist.* 3. *p.* 604. *f.* 15. *t.* 2. *f.* 2.
Xanthium canadense majus, fructu aculeis aduncis munito. *Tournef. inst.* 439.
Xanthium majus canadense. *Herm. lugdb.* 635. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 103.
Lappa canadensis minori congener sed procerior. *Raj. hist.* 165.
Lappa strumaria s. Xanthium virginianum, folio & fructu grandiore. *Pluk. alm.* 205.
Crescit solo læto & pingui ad rivulos & in scrobibus Scaniæ *campestris*, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Chinæ; *at* α *in* Virginia, Carolina, Jamaica & *in* Zeylona *ubi paulo minor evadit.*

2. XANTHIUM spinis triplicibus.
Xanthium lusitanicum laciniatum, validissimis aculeis munitum. *Tournef. inst.* 439. *Magn. hort.* 208. *t.* 208.
Xanthium lusitanicum spinosum. *Herm. parad.* 246. *t.* 246. *Pluk. phyt.* 239. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 103.
Xanthium spinosum, atriplicis folio. *Morif. hist.* 3. *p.* 604. *f.* 15. *t.* 2. *f.* 3.
Lappa minor polyacanthos s. Xanthium lusitanicum validissimis aculeis munitum. *Pluk. alm.* 206.
Crescit in Lusitania.

ANDRACHNE. g. pl. 719.

1. ANDRACHNE.
Telephioides græcum humifusum, flore albo. *Tournef. coroll.* 50. *Dill. elth.* 377. *t.* 282. *f.* 364. *Buxb. act.* 2. *t.* 12. *f.* 2.
Telephioides italica humifusa, flore herbaceo. *Till. pis.* 163.
Glaux procumbens, myrti tarentinæ folio. *Bocc. mus.* 2. *p.* 168. *t.* 119.
Crescit in Media; *in monte* Olympo; *in* Græcia; *in* Italia.
Plurima habet communia cum Phyllanthis, differt vero ab iis staminum numero & corollis.

AMARANTHUS. g. pl. 716.

1. AMARANTHUS racemis cylindraceis pendulis longissimis.
Amaranthus maximus. *Bauh. pin.* 120. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 97.
Amaranthus paniculis propendentibus, semine albo seu Quinua. *Morif. hist.* 2. *p.* 602. *f.* 5. *t.* 31. *f.* 2.
Amaranthus major, floribus paniculosis spicatis. *Lob. hist.* 126.
Amarantus. *Dod. pempt.* 185.
Blitum maximum, sive Amaranthus major, semine albo. *Bauh. hist.* 2. *p.* 968.
Blitum rubrum majus. *Dalech. hist.* 539.
Blitum peregrinum grande specie arborea. *Cæsalp. syst.* 162.
Quinua sive Blitum majus peruvianum. *Clus. hist.* 2. *p.* 81.
α Amaranthus maximus, paulo humilior, dilutiore panicula & foliis angustioribus. *Tournef. inst.* 234.
β Amaranthus maximus, panicula sparsa longiore. *Tournef.*
γ Amaranthus maximus, semine rubello, qui granis rubris petri ciecæ. *Tournef.*
Amaranthus maximus, paniculis longis nodosis crassis propendentibus ruberrimis. *Boerh.*
δ Amaranthus maximus præcox, semine pallido. *Tournef.*
Crescere fertur in America *meridionali.*

2. AMARANTHUS racemis cylindraceis erectis, alis ſpinoſis.
Amaranthus indicus ſpinoſus, ſpica herbacea. *Herm. lugdb.* 31. *t.* 33. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 97. *Burm. zeyl.* 18.
Amaranthus major zeylanicus ſpinoſus, flore viridi. *Amm. char.* 105.
Blitum americanum ſpinoſum. *Sloan. flor.* 49.
Blitum monoſpermum indicum aculeatum, capſula rotunda, ſeu Amaranthus major ſpinoſus zeylanicus, flore viridi. *Breyn. prod.* 1. *p.* 18.
α Amaranthus indicus ſpinoſus, ſpica purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 236.
Creſcit in Amboina, Zeylona, Jamaica, *aliisque utriusque* Indiæ *regionibus.*

3. AMARANTHUS inermis, racemis cylindraceis erectis.
Amaranthus ſylveſtris maximus, novæ angliæ, ſpicis viridibus. *Raj. hiſt.* 201.
Amaranthus ſylveſtris maximus, novæ angliæ, totus viridis. *Tournef. inſt.* 235. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 97.
α Amaranthus ſylveſtris maximus, novæ angliæ, ſpicis purpureis. *Tournef.*
β Amaranthus ſylveſtris maximus, novæ angliæ, ſpicis carneis. *Tournef.*
Creſcit in Virginia.
Hæc ſpecies valde affinis eſt ſpeciei 1^mæ.

4. AMARANTHUS capitulis ſubrotundis lateralibus, foliis lanceolatis acuminatis.
Amaranthus folio variegato. *Bauh. pin.* 121. colore hillariori, qui fœmina. *Tournef. inſt.* 236.
Amaranthus tricolor, (Celoſia tragi.) *Lob. hiſt.* 127. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 98.
Amaranthus foliis variegatis ſeu tricolor ſeu foliis varie coloratis pſittaci plumas referentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 602. *ſ.* 5. *t.* 31. *f.* 1.
Blitum maculoſum. *Dod. pempt.* 617.
Blitum peregrinum alterum brevius. *Cæſalp. ſyſt.* 162.
Symphonia plinii. *Dalech. hiſt.* 540.
Symphonia dalechampio ſive Amaranthus tricolor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 970.
Pſittacus. *Heiſt. helmſt.*
Creſcit . . . .

5. AMARANTHUS capitulis ovato-oblongis lateralibus, foliis ovatis, caule erecto.
Blitum album majus. *Bauh. pin.* 118. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 599. *ſ.* 5. *t.* 30. *f.* 2. *Tournef. inſt.* 507. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 91.
Blitum majus. *Dod. pempt.* 617.
Blitum pulchrum magnum album. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 967.
β Blitum rubrum majus. *Bauh. pin.* 118.
Blitum pulchrum rectum magnum rubrum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 966.
Creſcit circa Giſſam *in Arenoſis.*

6. AMARANTHUS foliis ovatis emarginatis.
Blitum album minus. *Bauh. hiſt.* 967. *Bauh. pin.* 118. *Raj. hiſt.* 200. *deſcr. opt.*
Creſcit Lundini *in Scania.*
Planta procumbit, repit, magnitudine varia, maculis albis fugacibus nitidis in folio, apice folii emarginato, ſæpe & erecta eſt, maculam etiam non raro fuſcam gerit in medio fere folii.

POLYANDRIA.

CROTON. *g. pl.* 720.

1. CROTON foliis lineari-lanceolatis integerrimis.

Fœmina.
Alaternoides africana telephii legitimi imperati folio. *Comm. hort.* 2. *p.* 3. *t.* 2. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 214.

Creſcit in Africa.
Cum nullum noverim genus ad quod propius accedat prædicta planta, hic locum ei conceſſi, licet femina diſtincto individuo a mare perſiſtat; Floruit omni anno Arbuſcula in hortis vidua, ſed ſterilis, mariti ope deſtituta.
Arbuſcula eſt tenuis, viminalibus virgis, erectis, altitudinis humanæ, ramis leviſſime angulatis. Folia lineari-lanceolata, integerrima, decurrentia parum, utrinque lævia, ſæpius reflexa. Ramulus ex ſingula ala folii, ſimplex, digiti longitudine, foliis alternis inſtructus; ex ſingula ala folioli in ramulo flos niveus (excepto germine viridi & nectariis flavis) proprio breviſſimo petiolo inſidens, folio brevior. Cujus calyx quinquepartitus, erectus, coloratus, laciniis lanceolatis. Petala quinque, lanceolato-rhomboidea, æqualia, erecta, calyce longe minora. Nectariferæ glandulæ quinque, depreſſæ, trifidæ, calycis baſi interne adnatæ. Germen rotundum, trigonum; Styli tres, reflexi, patentes. Stigmatibus in ſingulo duobus obtuſis, germen tranſverſaliter diſſectum eſt triloculare, ſeminibus ſolitariis. Floret menſe aprili.

2. CROTON foliis ovatis tomentoſis integris ſerratis. *vide tab.*
Creſcit in America.
Radix annua. Caulis erectus, ſpithamæus vel pedalis, florum capitulo terminatus. Folia alterna, ovata, ſerrata, tomentoſa, ſuperne viridia, ſubtus argentea, petiolis folio dimidio brevioribus inſidentia, patentia, longitudine quatuor digitorum tranſverſorum. Abſoluta primi capituli flore-

floreſcentia excreſcunt plures rami ſub prædicto capitulo ex ſingula ala foliorum ſuperiorum, qui inferne nudi, ad apicem folia expandunt nonnulla alterna, terminante ſingulum ramum capitulo florum; hac etiam abſoluta floreſcentia, prædicta methodo ex alis foliorum in ramis alii conſimiles prodeunt ramuli cum floribus; hinc planta ſemper corymbi formam ſervat. Stipulæ lineares acutæ piloſæ deciduæ. Singulum capitulum ſubrotundum eſt, cujus infima pars conſtat ſolis ramis non enatis, exterior ſeu intermedia ex floribus femininis quorum calyx dimidiatus, a latere exteriore tantum poſitus, tripartitus, tomentoſus, lacerus: laciniis oblongis; Germen tomentoſum, ſat magnum, globoſum, triſulcatum. Styli tres ſuperne bis bifidi ſtigmatibus ſimplicibus, petalis nullis. Flores Maſculi vero, qui apicem capitis occupant, conſtant conſimili calyce, ſed longe minore, laciniis ovatis concavis integris; Corolla vero hic adeſt tenuiſſima quinquepartita pallida, laciniis exterioribus non cum calyce alternantibus ſed oppoſitis, regularis, calyce fere brevior. Stamina ſeptem vel plura, flore longiora; glandulæ nectariferæ in receptaculo.

3. CROTON foliis ovato-lanceolatis plicatis ferratis ſcabris.
Ricinoides paluſtre, foliis oblongis ferratis, fructu hiſpido. *Mart. cent.* 38. *t.* 38.
Creſcit in locis paludoſis prope Veram crucem *Americæ.*

4. CROTON foliis ferratis: inferioribus quinquelobis, ſuperioribus trilobis.
Ricinoides herbaceum, foliis trifidis vel quinquefidis & ferratis. *Mart. cent.* 46. *t.* 46.
Creſcit circa Veram Crucem.
Glandulæ duæ in ſupina parte petioli ſub baſin folii, nonnumquam & duæ aliæ inferiores; folia infima integra, reliqua ſemitrifida vel quinquefida ſunt.
Croton eſt ſynonymon Ricini apud Dioſcoridem, quod aſſumſi ad deſignandum hocce plantarum genus.

JATROPHA. *g. pl.* 721.

1. JATROPHA foliis multipartitis lævibus, ſtipulis ſetaceis multifidis.
Ricinus americanus, tenuiter diviſo folio. *Breyn. cent.* 116. *t.* 53. *Sloan. flor.* 40. *Raj. hiſt.* 167. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 348. *ſ.* 10. *t.* 3. *f. ult.*
Ricinoides americana arbor, folio multifido. *Tournef. inſt.* 566. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 253.
Avellana purgatrix. *Bauh. pin.* 418.
Avellana purgatrix novi orbis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 322.
Avellana purgativa. *Cæſalp. ſyſt.* 79.
Manihot folio tenuiter diviſo. *Dill. elth.* 217. *t.* 173. *f.* 213.
Creſcit in America calidiori, in inſulis Gallorum, in Surinama *&c.*

2. JATROPHA foliis palmatis dentatis retrorſum aculeatis.
Ricinus lacteſcens, fici foliis ſpinulis mordacibus armatis. *Pluk. alm.* 320. *t.* 220. *f.* 3.
Ricinus tithymalodes americanus lacteſcens & urens, floribus albis. *Comm. hort.* 1. *p.* 19. *t.* 10.
Ricinoides qui Ricinus tithymalodes &c. *Comm. Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267.
Juſſieuia. *Houſt. mſſ.*
Frutex anonymus pungens & urens. *Marcgr. braſ.* 79. *f.* 2.
Manihot ſpinoſiſſima, folio vitigineo. *Plum. ſpec.* 20. *Tournef. inſt.* 656.
Creſcit in America calidiori, in Braſilia *&c.*
Frutex urticæ inſtar, præſertim foliis, urit & pungit tangentem.
Flores in corymbum, pedunculis ramoſis, digeſti, albi; primum prodeunt flores ſex vel ſeptem feminini, qui diviſuris primariis corymbi inſidebant, eis defloratis prodiere demum mares, nec ullæ dein feminæ, hinc absque fructu floruit. Vide ſingularem horum ſtructuram. gen. plant. pag. 384. § 721.

3. JATROPHA foliis cordatis angulatis.
Ricinus americanus major, ſemine nigro. *Bauh. pin.* 432.
Ricinus major americanus, Curcas dictus & Faba purgatrix indiæ occiduæ. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 643.
Ricinus ficus folio, flore pentapetalo viridi, fructu lævi pendulo. *Sloan. flor.* 40.
Ricinoides americana, goſſypii folio. *Tournef. inſt.* 656. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 253.
Mundubigvacu. *Marcgr. braſ.* 97. *Piſ. braſ.* 83.
Creſcit in aggeribus & ad ripas fluviorum in Surinama, Jamaica, Braſilia.

POTERIUM. *g. pl.* 722.

1. POTERIUM ſpinis ramoſis.
Poterium. *Cæſalp. ſyſt.* 231. *Lob. hiſt.* 491. *Dalech. hiſt.* 1488.
Poterium quibusdam ſive Pimpinella ſpinoſa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 410.
Poterio affinis, foliis pimpinellæ, ſpinoſa. *Bauh. pin.* 388.
Pimpinella ſpinoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 262. *ſ.* 8. *t.* 18. *f.* 5.
Pimpinella ſpinoſa ſeu ſempervirens. *Moriſ. umb.* 57. *Tournef. inſt.* 157. *Boerh. lugdb.* 2 *p.* 100.
Chalcejon anguillaræ, Poterium dalechampii. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 108.
Stœbe legitima dioſcoridis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 303.
Bellan maurorum. *Dalech. app.* 34.
Creſcit in declivi montis Libani *& in* Creta.
Hæc abſolute baccifera eſt, & alios flores maſculinos ſolum, alios femininos producit.

2. POTERIUM inerme.
Sanguiſorba minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 113.
Sanguiſorba minor montana lævis hirſuta. *Rupp. jen.* 50.
Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta. *Bauh. pin.* 160. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 262. *ſ.* 8. *t.* 18. *f.* 1, 2. *Tourneſ. inſt.* 157. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 99.
Pimpinella ſanguiſorba. *Dod. pempt.* 105.
Pimpinella vulgo Sorbaſtrella. *Cæſalp. ſyſt.* 321.
Pimpinella minor matthioli. *Dalech. hiſt.* 1087.
α Pimpinella ſanguiſorba minor lævis. *Bauh. pin.* 160.
β Pimpinella ſanguiſorba inodora. *Bauh. pin.* 160. *prod.* 84.
γ Pimpinella ſanguiſorba minor, foliis elegantius laciniatis. *H. R. P.*
δ Pimpinella ſanguiſorba minor, ſemine majore & craſſiore. *Magn. monſp.*
Pimpinella tingitana minor, ſemine rugoſiore majore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 263. *ſ.* 8. *t.* 18. *f.* 4.
Creſcit locis aſperis petroſis montoſis in Germania *circum Jenam; in* Anglia, Gallia, Italia, *in agro* Tingitano, *in Dunis Hollandiæ &c.*

SAGITTARIA. *g. pl.* 723.

1. SAGITTARIA foliis ſagittatis. *Fl. lapp.* 344.
Sagittaria europæa minor latifolia. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 618.
Sagitta. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 789. *Sloan. flor.* 76. *Dill. gen.* 104. *giſſ.* 143. *Raj. ſyn.* 258.
Sagitta minor. *Dod. pempt.* 588. *Lob. hiſt.* 161. *Dalech. hiſt.* 1016. *Vaill. act.* 1719. *p.* 33.
Sagitta aquatica minor latifolia. *Bauh. pin.* 194. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 46. *Rupp. jen.* 28.
Ranunculus paluſtris, folio ſagittato minori. *Tourneſ. inſt.* 46.
Barbula ſylvana. *Cæſalp. ſyſt.* 553.
α Sagitta minor anguſtifolia. *J. B. Vaill.*
Sagitta aquatica minor anguſtifolia. *C. B.*
β Sagitta major. *J. B. Vaill.*
Sagitta aquatica major. *C. B.*
γ Sagitta aquatica major, folio anguſtiore. *Boerh.*
δ Sagitta aquatica omnium minima. *Pluk. alm.* 36. *Raj. ſyn.* 258.
ε Sagitta aquatica, foliis variis. *Loeſ. pruſſ.* 234.
Creſcit in ripis fluviorum foſſarum & paludum, frequens per Europam, *nec non in* Jamaica *Americes.*

MYRIOPHYLLUM. *g. pl.* 724.

1. MYRIOPHYLLUM floribus maſculis interrupte ſpicatis.
Myriophyllum aquaticum pennatum & ſpicatum. *Pont. anth.* 198.
Myriophyllum vulgare majus. *Vaill. act.* 1719. *p.* 30.
Myriophyllum. *Fl. lapp.* 343.
Potamogeton foliis pennatis. *Tourneſ. inſt.* 233. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 192.
Milleſolium aquaticum pennatum ſpicatum. *Bauh. pin.* 141. *prod.* 73. *f.* 1.
Milleſolium pennatum aquaticum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 783.
Creſcit in foſſis & lacubus frequens per totam Europam.

2. MYRIOPHYLLUM floribus omnibus verticillatis.
Myriophyllum aquaticum ad foliorum nodos floriferum. *Pont. diſſ.* 198.
Myriophyllum vulgare minus. *Vaill. act.* 1719. *p.* 31.
Myriophyllum aquaticum minus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 252.
Pentapterophyllon aquaticum, floribus ad foliorum nodos. *Dill. giſſ.* 112. *gen.* 125. *Raj. ſyn.* 316.
Potamogeton floſculis ad foliorum nodos. *Tourneſ. inſt.* 233. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 197.
Milleſolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos. *Bauh. pin.* 141.
Milleſolium aquaticum minus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 783.
Creſcit cum præcedenti, cui maxime affine eſt.

CERATOPHYLLUM. *g. pl.* 725.

1. CERATOPHYLLUM.
Hydroceratophyllon folio aſpero quatuor cornibus armato. *Vaill. act.* 1719. *p.* 21. *t.* 2. *f.* 2. §. 1. *Raj. ſyn.* 135.
Potamogeito affinis, equiſeti facie, trichophyllos. *Pluk. alm.* 177.
Equiſetum ſub aqua repens, foliis bifurcis. *Loeſ. pruſ.* 67. *t.* 12.
α Hydroceratophyllon folio lævi octo cornibus armato. *Vaill. act.* 1719. *p.* 21. *t.* 2. *f.* 2. §. 2. *Raj. ſyn.* 135.
Creſcit ubique in foſſis Hollandiæ, *nec non paſſim circum* Stokholmiam, Cantabrigiam *&c.*
An α ſola varietas? certe facies, ſtructura, attributa propria conveniunt, ſolum dubium movent fructus; fructus in hac absque ſpinis, in illa duabus ſpinis ad baſin retrorſum exſtantibus, unica etiam ex apice prominente; laciniæ foliorum in præcedenti ſpecie altero margine denticulis exaſperantur, at in hac vix manifeſte, tamen exiſtentes ſi attento examinentur oculo.

PLATANUS. *g. pl.* 876.

1. PLATANUS foliis palmatis.
Platanus orientalis verus. *Park. theatr.* 1427. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 209.
Platanus. *Bauh. pin.* 431. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 170. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 9. *Dod. pempt.* 842. *Dalech. hiſt.* 92.
Creſcit in paluſtribus riguis aquarumque ripis Cretæ, Lemni, *in monte* Atho; *in monte* Caſtana *Macedoniæ; in monte* Tauro *Aſiæ.*

2. PLATANUS foliis lobatis.
Platanus occidentalis. *Catesb. ornith.* 56. *t.* 56.
Platanus occidentalis aut virginenſis. *Park. theatr.* 1427. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 209.
Platanus novi orbis, foliis veſpertilionum alas referentibus, globulis parvis. *Pluk. alm.* 300.
Creſcit in Virginia, Carolina *&c.*

CARPINUS. *g. pl.* 729.

1. CARPINUS ſquamis ſtrobilorum planis.
Carpinus. *Dod. pempt.* 841. *Lob. hiſt.* 607. *Tournef. inſt.* 582. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 176.
Oſtrys theophraſti, Fagulus herbariorum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 55.
Oſtrya ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis. *Bauh. pin.* 427.
Fagus ſepium, vulgo Oſtrys theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 146.
Fago ſimilis poſterior. *Cæſalp. ſyſt.* 39.
Aceris cognata, oblongis rugoſis ſerratis foliis ad ulmum accidentibus, vaſculis disjunctis membranaceis foliaceis, ſeminibus ipſis oppoſitis pluribus confertis. *Pluk. alm.* 7.
Creſcit in Germania *copioſe, rarius in* Italia; *in* Scania *& inferiore parte* Smolandiæ, *ubi Avenbök dicitur.*

2. CARPINUS ſquamis ſtrobilorum inflatis.
Oſtrya ulmo ſimilis, fructu racemoſo lupulo ſimili. *Bauh. pin.* 427.
Oſtrya italica, carpini folio, fructu longiore. *Mich. gen.* 223. *t.* 104. *f.* 1.
Fago ſimilis prior. *Cæſalp. ſyſt.* 39.
α Oſtrya italica, carpini folio, fructu breviori & habitiori. *Mich. gen.* 223. *t.* 104. *f.* 2.
Creſcit in montoſis ſylvis Etruriæ.
Præcedenti valde affinis arbor & ſi varietas certe ſingularis varietatis modus.

FAGUS. *g. pl.* 728.

1. FAGUS foliis ovatis undulatis obſolete ſerratis.
Fagus. *Bauh. pin.* 419. *Cæſalp. ſyſt.* 35. *Dod. pempt.* 382. *Dalech. hiſt.* 34. *f.* 1, 2.
Fagus latinorum; Oxya græcorum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 117.
Creſcit vulgaris per Europam *vix vero a ſeptentrionali parte Smolandiæ in Svecia.*

2. FAGUS foliis lanceolatis acuminate ſerratis.
Caſtanea. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 121. *Cæſalp. ſyſt.* 36. *Dod. pempt.* 814. *Lob. hiſt.* 588. *Dalech. hiſt.* 31.
Caſtanea ſylveſtris quæ peculiariter Caſtanea. *Bauh. pin.* 419.
α Caſtanea ſativa. *Bauh. pin.* 418.
Creſcit in montibus Italiæ *copioſiſſime, parcius in* Gallia, Germania & Anglia.
* Maſculini *flores digeſti ſunt in Amentum ſubulatum, laxum, longum, erectum; quorum ſinguli conſtant*
Cal. Perianthio communi *polyphyllo, ſeſſili, colorato: foliolis ſubrotundis in ovalem poſitis; includit hic calyx plura*
Perianthia propria *ejusdemque longitudinis, ſeſſilia, quinquepartita vel ſexpartita, erecta, æqualia; horum ſingula continent*
Stam. Filamenta *decem vel duodecim, capillaria, erecta, calycibus multoties longiora.* Antheris *ſubrotundis.*
* Feminini *flores pauci ad radices amenti, quorum*
Cal. Perianthium commune *triflorum, monophyllum, ſubrotundum, ventricoſum: ore contracto, integerrimo, vix quadrifariam emarginato, clauſo; externe quadrifariam imbricatum ſquamis adnatis patentibus. Singulus incluſus floſculus conſtat*
Perianthio proprio *monophyllo, ſexpartito, minimo, germini inſidente, laciniis ſubovatis, deciduo.*
Cor. *nulla.*
Nectaria *ſex, in orbem poſita, minima, ſingula ex breviſſima ſeta capitata conſtant.*
Piſt. Germen *ovato-ſubulatum, longum, undique tectum calyce communi.* Styli *ſex, quorum duo & duo ad baſin juncti, ſubulati, erecti, calyce longiores.* Stigmata *ſimplicia.*
Per. Calyx communis *accreſcit, induratur, rumpitur tandem in quatuor valvas.*
Sem. Nuces *tres, coriaceæ, glabræ, uniloculares, ſubrotundæ, hinc depreſſæ: ſingulæ includentes* Nuculas *tres fere conformes.*

QUERCUS. *g. pl.* 726.

1. QUERCUS foliis ovato-oblongis indiviſis ſerratis, cortice rimoſo.
Suber latifolium perpetuo virens. *Bauh. pin.* 424.
Suber latifolium. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 103. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 22.
Suber folio breviore & latiore. *Dalech. hiſt.* 22.
Phellos ſive Suber. *Dod. pempt.* 830.
α Suber latifolium perpetuo virens. *Bauh. pin.* 425. *Tournef. inſt.* 584. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 178.
β Suber anguſtifolium non ſerratum. *Bauh. pin.* 424.
Suber folio longiore & anguſtiore. *Dalech. hiſt.* 22.
Creſcit in Aquitania, *tota* Luſitania, *variisque* Caſtellæ & Beticæ *oris.*

2. QUERCUS foliis ovato-oblongis indiviſis ſerratis, cortice integro.
Ilex oblongo ſerrato folio. *Bauh. pin.* 424. *Tournef. inſt.* 583. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 178.
α Ilex folio rotundiore molli modiceque ſinuato ſive Smilax theophraſti. *Bauh. pin.* 425.
Ilex major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 23.
Ilex major glandifera. *Dod. pempt.* 829.
Creſcit in ſylvis campeſtribus ac maritimis copioſe in G. Narbonenſi, *in* Hetruria, *aliisque* Italiæ *provinciis, præſertim ad mare inferum.*

3 QUERCUS foliis obverſe ovatis utrinque acuminatis ſerratis: denticulis rotundatis uniformibus.
Quercus, caſtaneæ foliis, procera arbor virginiana. *Pluk. alm.* 309. *t.* 54. *f.* 3. *Raj. hiſt.* 1916. *Catesb. ornith.* 18. *t.* 18.
Creſcit in Virginia & Carolina.

4. QUERCUS foliorum ſinubus obtuſis: angulis acutis ſeta terminatis, intermediis vix tridentatis, margine integerrimo.
Quercus virginiana venis rubris muricata. *Pluk. alm.* 309. *t.* 54. *f.* 4.
α Quercus carolinienſis, virentibus venis muricata. *Catesb. ornith.* 21. *t.* 21. *f.* 2.
Creſcit in Carolina & Virginia.

5. QUERCUS foliis annuis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus: angulis obtuſis.
Quercus vulgaris brevibus ac longis pediculis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 70.
Quercus cum longo pediculo. *Bauh. pin.* 420. *Tournef. inſt.* 582. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 177.
Quercus vulgaris. *Lob. hiſt.* 582.
α Quercus latifolia mas, quæ brevi pediculo eſt. *Bauh. pin.* 419.
Platyphyllos mas. *Dalech. hiſt.* 2.
Creſcere arborem vix ulli genti Europææ *incognitam putat J. B., excipi tamen debent Hyperborei, uti Norlandi, Oſtrobothnienſes, Lappones.*

CORYLUS. *g. pl.* 730.

1. CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis.
Corylus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 418. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 176.
Corylus perſimilis alno. *Lob. hiſt.* 608.
Corylus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 11.
Nux avellana ſive Corylus. *Dod. pempt.* 816.
Nux avellana. *Cæſalp. ſyſt.* 38.
α Corylus ſativa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 266.
Corylus ſativa ſive Nux avellana. *Dalech. hiſt.* 319.
Corylus ſativa, fructu albo minore ſive vulgaris. *C. B.*
β Corylus ſativa, fructu rotundo maximo. *C. B.*
γ Corylus ſativa, fructu oblongo rubente. *C. B.*
δ Corylus nucibus in racemum congeſtis. *C. B.*
Creſcit in ſepibus per Europam *ſat frequens.*

2. CORYLUS ſtipulis linearibus acutis.
Corylus byzantina. *Herm. lugdb.* 191.
Corylus byzantina altiſſima & maxima. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 176.
Avellana byzantina. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 270.
Avellana pumila byzantina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 11.
Avellana peregrina humilis. *Bauh. pin.* 418.
Creſcit forte Byzantii *unde ſemina Cluſio allata.*
Folia in hac ſuperne paruum laciniata; racemus nucum maximus; Nuces maximæ. in Horto lugduno batavo arbor omnium maxima, quæ plus quam certum vixerit annos Cluſii manu ſata viguit A. 1736.

JUGLANS. *g. pl.* 727.

1. JUGLANS foliolis ovalibus glabris vix ſerratis: omnibus ferme æqualibus.
Nux juglans. *Cæſalp. ſyſt.* 37. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 241. *Dod. pempt.* 816. *Dalech. hiſt.* 321.
Nux juglans ſive regia vulgaris. *Bauh. pin.* 417. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 175.
Nux juglans, fructu maximo. *C. B.*
Nux juglans fructu teneri & fragili putamine. *C. B.*

Nux

Nux juglans bifera. *C. B.*
Nux juglans foliis laciniatis. *Tournef. inſt.* 581.
Nux juglans fructu ſerotino. *C. B.*
Nux juglans fructu minimo. *T.*
Creſcendi locus nobis latet, nec a ſequenti productam facile demonſtraret quis, cum hæc nota erat antequam terra Americana detecta fuit, in qua illa reperta.

2. JUGLANS foliolis lanceolatis tomentoſis acute ſerratis: ſuperioribus minoribus.
Nux juglans virginiana nigra. *Herm. lugdb.* 452. *t.* 453. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 174. *Catesb. ornith.* 67. *t.* 67.
Creſcit in Virginia, Marilandia.
Examinandi in hac ſpecie ſunt flores amentacei, & quibus notis diſtinguantur a prioris ſpeciei fructificatione inquirendum.

MONADELPHIA.

THUJA. *g. pl.* 939.

1. THUJA ſtrobilis lævibus: ſquamis obtuſis.
Thuya theophraſti. *Bauh. pin.* 488 *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 180.
Thuiæ genus tertium, Arbor vitæ gallis. *Dalech. hiſt.* 60.
Cedrus lycia. *Lob. hiſt.* 630.
Arbor vitæ. *Cluſ hiſt.* 1. *p.* 36. *Dod pempt.* 630.
Arbor vitæ ſive paradiſiaca vulgo dicta odorata ad ſabinam accedens. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 286.
Creſcit in Canada.

2. THUJA ſtrobilis uncinatis: ſquamis reflexo-acuminatis.
Creſcit forte in China, *communicata per Cl. Royenum, qui hujus ſe daturum hiſtoriam pollicitus eſt.*

CUPRESSUS. *g. pl.* 733.

1. CUPRESSUS foliis imbricatis erectis.
α Cupreſſus. *Cæſalp. ſyſt.* 134. *Bauh. pin.* 488. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 280. *Dod. pempt.* 856. *Dalech. hiſt.* 58.
Kypariſſos. *Lob. hiſt.* 628.
Cupreſſus meta in faſtigium convoluta, quæ fœmina plinii. *Tournef. inſt.* 587. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 181.
β Cupreſſus ramos extra ſe ſpargens, quæ mas plinii. *Tournef.*
Creſcit in Creta.
Harum α ramis gaudet erectis, β vero patentibus, ex loco tamen easdem eſſe ſpecies vero ſimile videtur, nec innotuit adhuc aliqua realis nota, qua diſtinctæ ſint ambæ arbores, a ſtructura petita.

2. CUPRESSUS foliis diſtiche patentibus.
Cupreſſus virginiana, foliis acaciæ deciduis. *Herm. lugdb.* 107. *Comm. hort.* 1. *p.* 113. *t.* 59. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 181.
Cupreſſus virginiana, foliis acaciæ cornigeræ paribus & deciduis. *Pluk. alm.* 125 *t.* 85. *f.* 6.
Cupreſſus americana. *Park. theatr.* 1477. *Catesb. ornith.* 2. *t.* 11.
Creſcit in Virginia *copioſiſſime, ubi hæc, Liriodendrum & Platanus maximæ omnium iſtius regionis ſunt arbores.*
Folia diſtiche ponuntur patentiſſima & pectinatim, per hyemen decidunt & caulem glabrum relinquunt.

ABIES. *g. pl.* 732.

1. ABIES foliis ſolitariis apice acuminatis.
Abies foliis apice acuminatis. *Fl. lapp.* 347.
Abies tenuiore folio, fructu deorſum inflexo. *Tournef. inſt.* 585. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 179.
Abies. *Dod. pempt.* 866.
Picea. *Cæſalp. ſyſt.* 130. *Lob. hiſt.* 633. *Dalech. hiſt.* 50.
Picea major prima ſive Abies rubra. *Bauh. pin.* 493.
Picea latinorum ſive Elate arrhen, Abies mas theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 238.
Picea oxyphyllos polonica. *Barr. rar. t.* 730.
Creſcit in ſylvis vulgatiſſima per Europam *in omnibus regionibus montoſis, præcipue frigidis ſolo humidiuſculo & ſterili.*

2. ABIES foliis ſolitariis apice emarginatis.
Abies taxi folio, fructu ſurſum ſpectante. *Tournef. inſt.* 585. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 179.
Abies conis ſurſum ſpectantibus ſive mas. *Bauh. pin.* 505.
Abies fœmina ſive Elate teleja. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 231.
Creſcit in ſylvis Sveviæ & Bavariæ; *in alpibus* Helveticis & Rheticis.

3. ABIES foliis faſciculatis acuminatis.
Larix orientalis, fructu rotundiori obtuſo. *Tournef. inſt.* 586.
Cedrus conifera, foliis laricis. *Bauh. pin.* 490. *Raj. hiſt.* 1404.
Cedrus magna ſive libani conifera. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 277.

Cedrus libani & paleſtinæ præcelſa. *Lob. hiſt.* 630.
Cedrus libani. *Barr. rar. t.* 499.
Cedrus. *Bell. itin.* 162.
Creſcit in Oriente, *parcius in monte* Libano; *in* Amano *&* Tauro *montibus.*
In Horto Chelſejano vaſtiſſimæ molis arbores plures vidimus.

4. ABIES foliis faſciculatis obtuſis.
Larix, folio deciduo, conifera. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 265. *Tournef. inſt.* 586. *Hort. angl.* 43. *f.* 11.
Larix. *Bauh. pin.* 493. *Dod. pempt.* 868, 869. *Lob. hiſt.* 633. *Dalech. hiſt.* 55. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 180.
Creſcit in Alpibus Rheticis, Valleſiacis, Stiriacis, Corinthiacis *inque variis montibus vicinis, exceptis ſummis alpium jugis.*

PINUS. *g. pl.* 731.

1. PINUS foliis geminis, primordialibus ſolitariis glabris.
Pinus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 491. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 179. *Flor. lapp.* 346.
Pinus ſylveſtris vulgaris genevenſis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 253. *Tournef. inſt.* 586.
Pinus ſylveſtris fructifera. *Dalech. hiſt.* 44.
Pinus ſylveſtris minor, cono parvo, polonica. *Barr. rar.* 122. *t.* 729.
Creſcit in Europa *præſertim frigidiore vulgatiſſima, locis præſertim glareoſis & ſabuloſis.*
Figuræ malæ ſunt, deſcriptiones ſpeciales inſufficientes, ſpecierum chaos & multiplicatio injuſta.

2. PINUS foliis geminis, primordialibus ſolitariis ciliatis.
Pinus ſativa. *Bauh. pin.* 491 *Dalech. hiſt.* 44. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 179.
Pinus officulis duris, foliis longis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 248.
Creſcit copioſiſſime in Italia *prope Ravennam usque ad maris littus.*

POLYADELPHIA.

RICINUS. *g. pl.* 734.

1. RICINUS foliis peltatis palmatis ſerratis, petiolis glanduliferis.
Ricinus vulgaris. *Bauh. pin.* 439. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 642. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 347. *ſ.* 10. *t.* 3. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 253.
Ricinus. *Dod. pempt.* 367. matthioli. *Dalech. hiſt.* 1630.
Ricinus americanus major, caule vireſcente. *Sloan. flor.* 39.
Ricinus, gallis Palma chriſti. *Lob. hiſt.* 392.
Ricinus vulgo Giraſole. *Cæſalp. ſyſt.* 380.
Olyboom ſ. Palma chriſti. *Mer. ſurin.* 30. *t.* 30.
Nhambu-gvacv. *Marcgr. braſ.* 77.
Fima. *Kæmpf. jap.* 790.
Avanacoe ſeu Citavanacu. *Rheed. mal.* 2. *p.* 57. *t.* 32.
α Ricinus americanus major, caule vireſcente. *Tournef. inſt.* 542.
β Ricinus africanus maximus, caule geniculato rutilante. *Tournef.*
Creſcit per omnes quatuor mundi partes in Japonia, Malabaria, Africa, Creta, Jamaica, Caribæis, Surinama.

SYNGENESIA.

TRICHOSANTHES. *g. pl.* 735.

1. TRICHOSANTHES pomis teretibus oblongis incurvatis.
Anguina ſinenſis, flore albo elegantiſſimo capillamentis tenuiſſimis ornato, ſub initium ex albo & viridi variegato per maturitatem prorſus rubro. *Mich. gen.* 12. *t.* 9.
Cucurbita ſinenſis, fructu longo anguino vario, flore candido capillamentis tenuiſſimis ornato. *Till. piſ.* 49. *t.* 22.
Creſcit in China.
Hujus generis ſunt. 1°. Colocynthis flore albo fimbriato, fructu oblongo *Plum. amer.* 86. *t.* 10. 2do. Padavalam *Rheed. mal.* 8. *p.* 29. *t.* 15. 3io Scheru-padavalam *Rheed. mal.* 8. *p.* 31. *t.* 15. 4° Tota-pivi. *Rheed. mal.* 8. *p.* 33. *t.* 17. *Ex hiſce* 3 *&* 4 *unius ejusdemque videntur ſpeciei, a noſtra diverſiſſimæ; at* 1 *&* 2 *proxime ad noſtram accedunt, diverſæ tamen forte ſpeciei, ſi alias fructus ab Authoribus recte depictus ſit.*
Trichoſanthes quaſi flos piloſus dicitur, cum nota eſſentialis generica in pilis conſiſtat.

MOMORDICA. *g. pl.* 736.

1. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis.
Momordica vulgaris. *Tournef. inſt.* 103. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 76.

Cucu-

Cucumis puniceus. *Morif. hift.* 2. *p.* 33. *f.* 1. *t.* 6. *f.* 9. *Sloan. flor.* 103.
Balfamina cucumerina. *Bauh. hift.* 2. *p.* 251.
Balfamina rotundifolia repens five mas. *Bauh. pin.* 306.
Balfamina. *Dalecb. hift.* 630.
Balfamina, aliis Caranza. *Cæfalp. fyft.* 199.
Charantia. *Dod. pempt.* 670.
α Momordica fructu luteo rubefcente. *Boerh.*
Crefcit in India Orientali.

2. Momordica pomis angulatis tuberculatis, foliis villofis longitudinaliter palmatis.
Momordica zeylanica, pampinea fronde, fructu longiore. *Tournef. inft.* 103. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 77. *Burm. zeyl.* 161.
Balfamina cucumerina indica, fructu majore flavefcente. *Comm. hort.* 1. *p.* 103. *t.* 54.
Pandipavel. *Rheed. mal.* 8. *p.* 17. *t.* 9.
α Momordica zeylanica, pampinea fronde, fructu breviori. *Tournef.*
Cucumis puniceus zeylanicus Margofa lufitanis. *Herm. lugdb.* 204.
Pavel. *Rheed. mal.* 8. *p.* 18. *t.* 10.
Crefcit in Malabaria & Zeylona.

3. Momordica pomis oblongis: fulcis catenulatis, foliis incifis.
Cucumis ægyptius reticulatus feu Luffa arabum. *Veft ægypt.* 199. *t.* 58 & 59. *Morif. hift.* 2. *p.* 35. *f.* 7. *t.* 7. *f.* 1 & 2.
Pepo indicus reticulatus, feminibus albis, major. *Herm. lugdb.* 482. *Burm. zeyl.* 185.
Luffa arabum. *Tournef. act.* 1706. *Dill. gen.* 157.
Crefcit in Zeylona.

4. Momordica pomis ovalibus hifpidis, foliis cordatis integris plicato-dentatis.
Elaterium officinarum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 77.
Elaterium rivini & officinarum. *Rupp. jen.* 41.
Sicyos. *Knaut. meth.*
Cucumis fylveftris. *Cæfalp. fyft.* 204. *Dod. pempt.* 663.
Cucumis afininus. *Morif. hift.* 2. *p.* 32. *f.* 1. *t.* 6. *f.* 8.
Cucumis fylveftris afininus dictus. *Bauh. pin.* 314. *Bauh. hift.* 2. *p.* 248. *Tournef. inft.* 104.
Crefcit in ruderibus viarumque marginibus per Italiam, Siciliam, G. Narbonenfem.

CUCUMIS. *g. pl.* 737.

1. Cucumis foliorum angulis rectis.
Cucumis vulgaris. *Dod. pempt.* 66. *Dalech. hift.* 620.
Cucumis vulgaris viridis & albus. *Bauh. hift.* 2. *p.* 245.
Cucumis fativus vulgaris. *Bauh. pin.* 310. *Morif. hift.* 2. *p.* 31. *f.* 1. *t.* 6. *f.* 6. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 77. maturo fructu fubluteo. *Tournef. inft.* 104.
Cucumis efculentus. *Lob. hift.* 363.
Citreolus vulgo. *Cæfalp. fyft.* 199.
α Cucumis fativus vulgaris, maturo fructu albo. *Tournef.*
Crefcit . . . .

2. Cucumis foliorum angulis rotundatis.
Melo vulgaris. *Bauh. pin.* 310. *Morif. hift.* 2. *p.* 29. *f.* 1. *t.* 6. *f.* 4.
Melo. *Bauh. hift.* 2. *p.* 242.
Melo five Melopepo vulgo, Cucumis galeni. *Dod. pempt.* 663.
Melopepo. *Dalech. hift.* 623.
α Melo magnus: cortice virente lævi, femine parvo. *J. B.*
β Melo hifpanicus. *J. B.*
γ Melo rotundus parvus. *C. B.*
δ Melo turbinatus. *J. B.*
ε Melo reticulatus.
Crefcit . . . .
Varietatum hujus apud Hortulanos infinita farrago.

CUCURBITA. *g. pl.* 738.

1. Cucurbita feminibus obfolete bicornibus.
Cucurbita lagenaria, flore albo, folio molli. *Bauh. pin.* 313. *Sloan. flor.* 100.
Cucurbita lagenaria, flore albo. *Morif. hift.* 2. *p.* 23. *f.* 1. *t.* 5. *f.* 3.
Cucurbita lagenaria. *Bauh. hift.* 2. *p.* 216. *Lob. hift.* 366. *Tournef. inft.* 107. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 80.
α Cucurbita falcata figura, folio molli, flore albo. *Tournef.*
β Cucurbita latior, folio molli, flore albo. *J. B.*
γ Cucurbita longa, flore albo, protuberante ventre. *J. B.*
δ Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. *Bauh. pin.* 313. *Sloan. flor.* 100.
Cucurbita longa, folio molli, flore albo. *Bauh. hift.* 2. *p.* 214.
Cucurbita camerariana longa. *Dalech. hift.* 615.
Cucurbita fativa longa. *Cæfalp. fyft.* 196.
Zuccha longa. *Anguill. fimpl.* 115.
ε Cucurbita lagenaria flore albo, folio molli fructu turbinato. *Tournef.*
ζ Cucurbita lagenaria variegata. *Tournef.*

η Cucurbita lagenaria, folio aſpero, major. *Tournef.*
θ Cucurbita lagenaria, fructu aſpero, minor. *Tournef.*
Creſcit locis riguis & humentibus Americæ.
Utriusque varietatum immenſa copia.

2. CUCURBITA ſeminum margine integro tumido.
Cucurbita major rotunda, flore luteo, folio aſpero. *Bauh. pin.* 213.
Cucurbita foliis aſperis ſive Zuccha, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 218.
Cucurbita indica rotunda. *Dalech. hiſt.* 616.
Pepo vulgaris. *Raj. hiſt.* 639. *Tournef. inſt.* 105. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 78.
α Pepo oblongus. *Bauh. pin.* 311.
β Pepo rotundus aurantii forma. *Tournef.*
γ Pepo fructu minimo ſphærico. *T.*
δ Pepo fructu ſubrotundo variegato. *T.*
ε Pepo fructu turbinato variegato. *T.*
ζ Pepo fructu turbinato albido. *T.*
η Pepo fructu parvo pyriformi. *T.*
θ Pepo fructu turbinato ſubcroceo. *T.*
ι Pepo fructu minimo turbinato. *T.*
κ Pepo, fructu ovato flaveſcente, alter. *T.*
λ Pepo fructu ovato variegato. *T.*
Creſcit . . . .

3. CUCURBITA ſeminum margine baſi dilatato.
Anguria, Cucumis, Citrullus. *Dod. pempt.* 664.
Anguria Citrullus dicta. *Bauh. pin.* 312. *Tournef. inſt.* 106. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 79.
Anguria. *Dalech. hiſt.* 625. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 29. *ſ.* 1. *t.* 6. *f.* 2.
Citrullus officinarum. *Lob. hiſt.* 364
Citrullus folio colocynthidis ſecto, ſemine nigro, quibusdam Anguria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 235.
Creſcit in Apulia, Calabria, Sicilia.

SICYOS. *g. pl.* 739.

1. SICYOS foliis angulatis.
Sicyoides americana, fructu echinato, foliis angulatis. *Tournef. inſt.* 103. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 80.
Bryonioides canadenſis, villoſo fructu, monoſpermos. *Herm. parad.* 108.
Cucumis canadenſis monoſpermos, fructu echinato. *Herm. parad. t.* 133.
α Bryonioides flore & fructu minore. *Dill. elth.* 58. *t.* 51. *f.* 59.
Creſcit in Canada, *at* α *in* Mexico.
Multum dubito quod Sicyoides americana, fructu echinato, foliis laciniatis *Plum. ab hac ſpecie diſtincta ſit.*

2. SICYOS foliis ternatis.
Bryonia curaſſavica, folio dentato craſſo, & ſuccoſo caule. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 61.
Bryonia alba triphylla geniculata, foliis craſſis acidis. *Sloan. flor.* 106. *hiſt.* 1. *p.* 233. *t.* 142. *f.* 5, 6.
Bryonioides trifoliatum indicum, foliis ſucculentis craſſis & crenatis. *Pluk. alm.* 71. *t.* 152. *f.* 2.
Trifolia portoricenſis planta capreolata, foliis craſſiuſculis ſerratis. *Kigg. beaum.* 41.
Creſcit in Jamaica *ad ripas fluvii Cobre dicti & in prato circa urbem* S^t. Jago *de la vega.*
Plantam communicavit Cl. Royenus, quam florentem non vidi, proinde genus obſervent quibus florum copia ſit, præſertim cum Sloane baccas monoſpermas deſcribat, & pedunculos ſingulares pingat.

BRYONIA. *g. pl.* 740.

1. BRYONIA foliis palmatis ſcabris, laciniis lanceolatis ſerratis: lateralibus minimis.
Bryonia zeylanica, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 95. *t.* 97. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 61.
Bryonia zeylanica, foliis in profundas lacinias diviſis, fructu minori. *Tournef. inſt.* 102.
Creſcit in Zeylona.
Nehoemeka H. mal. 8. *t.* 19. *ab hac diverſa eſt.*
Diſcedit flore parum a reliquis, hinc brevem deſcriptionem ſiſtam.
E ſeminibus ſatis 1736 *vere prodiit planta bis altitudinem humanam ſuperans, hyemem perdurans, & eodem quo hæc ſcribo die* (24. *maj.* 1737) *flores promens.*
Radix *perennis.* Caulis *teres, ſcaber, longiſſimus, flaccidus, herbaceus.* Folia *ſolitaria, palmata, tripartita fere ad baſin: digitis lanceolatis, parum ſerratis, antrorſum parallele extenſis: intermedio paulo longiori, lateralibus latere interiore anguſtioribus, e quorum latere exteriore producitur lacinia quæ* (*utrinque*) *digitum mentitur; ad baſin folii glandulæ duæ, oppoſitæ, melliferæ. Floris* maſculini *calyx lævis, ventricoſus, quinquedentatus; Corolla quinquepartita, adnata calyci inferne, colore viridi diluto marginibus albicantibus, interne hirſuta. Filamenta tria; Antheræ coalitæ; Flores* feminini *ſeriores germine ovato-oblongo, glabro, ſtylo ſimplici, ſtigmatibus tribus, patulis, infundibuliformibus. Baccæ ovales* (*non globoſæ*), *læves, polyſpermæ.*

2. BRYO-

2. BRYONIA foliis palmatis ſupra calloſe punctatis. *Dioica.*
Bryonia cretica maculata. *Bauh. pin.* 297. *prod.* 135. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 61.
Bryonia alba maculata. *Bauh. hiſt.* 2. 146.
Creſcit in Creta.
Caulis filiformis, angulatus, lævis, rarius hinc inde denticulis calloſis exaſperatus, altus, flaccidus, debilis. Folia circumſcriptione cordata, ultra medium in quinque partes diviſa: laciniis lanceolatis, integris, obtuſiuſculis, quarum intermedia longior proximis lateralibus, ut hæ infimis; infimæ dein laciniæ lobum deorſum ſpectantem exſerunt; petioli longitudine folii; ſuperficies foliorum punctis calloſis, acuminatis, albis aſperſa & exaſperata; ex ala folii prodit cirrhus filiformis, ſimpliciſſimus, longiſſimus; juxta cirrhum ex eadem ala pedunculus digiti longitudine, pedicellis alternis inſtructus, hinc flores in racemum ferens.

3. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloſe ſcabris. *Dioica.*
Bryonia aſpera ſive alba, baccis rubris. *Bauh. pin.* 297. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 4. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 5. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 61.
Bryonia alba & nigra. *Dod. pempt.* 400.
Bryonia. *Cæſalp. ſyſt.* 205.
Vitis alba vel Bryonia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 143.
Creſcit ad ſepes in Germania, Hollandia, Anglia.

4. BRYONIA foliis palmatis quinquepartitis, ſubtus punctatis calloſis: ſupra lævibus, lobis laciniatis.
Bryonia africana laciniata, tuberoſa radice, floribus herbaceis. *Herm. parad.* 107. *t.* 108. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 61.
α Bryonia africana laciniata, tuberoſa radice, floribus luteis. *Herm. parad.* 107.
Creſcit in Africa.
Folia primario tripartita: laciniis ovato-oblongis, intermediâ in medio utrinque lobos aliquot, quorum inferiores majores, exſerente; laterales bipartitæ ſunt, laciniâ ſuperiore majore, utrinque lobata intermediæ inſtar, ut infima tantum a latere inferiore unico lobo & parvo denticulo notata.

Classis XXII.

DIOECIA.

MONANDRIA.

VALLISNERIA. *g. pl.* 741.

1. VALLISNERIA. *Fl. lapp.* 371.

Mas.

Vallisneroides paluſtre, algæ folio, italicum, foliis in ſummitate tenuiſſime denticulatis, floribus albis vix conſpicuis. *Mich. gen.* 13. *t.* 10. *f.* 2.

Alga fluviatilis graminea, longiſſimo folio. *Tournef. inſt.* 569.

Femina.

Valliſneria paluſtris, algæ folio, italica, foliis in ſummitate denticulatis, flore purpuraſcente. *Mich. gen.* 12. *t.* 10. *f.* 1.

Potamogiton, algæ folio, piſanum. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 289.

Creſcentem vidi in foſſis & rivulis Finmarkiæ, Norwegiæ, *juxta mare glaciale; in fluvio Sala juxta urbem* Upſalienſem; *in piſcinis juxta foſſas* Belgii *rarius. Creſcit & in* Italia *in foſſis* Piſanis & Florentinis.

Planta ſat vulgaris in Europa, *pro graminis, algæ, vel alius plantæ foliis habita fuit, usque dum miraculum hoc naturæ lynceus detexit Michelius.*

Mira naturæ providentia, & exemplo ſine pari, conjunguntur hic mares & feminæ ſub aquis naſcentes.

Mas *ſcapo breviſſimo, erecto, nec ullo modo ſuperficiem aquæ attingente. flores in capitulum ferente, dimittit floſculos inapertos, qui quamprimum aquæ ſuperficiem attigerint, clauſi antea & concavi, aperiuntur natantque corollis circum feminas anatum inſtar, farinamque efflant in maturas juxta natantes virgines.*

Fœmina *ſcapo longiſſimo, ſpiraliter involuto, cyclaminis inſtar, ſub aqua latente, flore unico terminato, eoque fixo, qui erigitur, evolvitur, elongatur usque dum aquæ ſuperficiem attigerit, quo facto expanditur flos alligatus, at dum per aliquot dies floruerit, ſatiata femina ſub aqua eterum ſe ſubducit prægnans, familiamque propagat.*

DIANDRIA.

SALIX. *g. pl.* 742.

1. SALIX foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris.
Salix pentandra. *Fl. lapp.* 370. *t.* 8. *f.* 2.

Mas.

Salix minima, flore eleganter luteo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 211.

Salix folio laureo ſeu lato glabro odorato. *Raj. ſyn.* 449. *Raj. hiſt.* 1420.

Creſcit in Lapponia, Svecia, Finlandia, Germania, Belgio, Anglia *in nemoribus umbroſis ſubhumidis.*

Serraturæ foliorum ſunt glandulæ pallidæ, obtuſæ & quaſi cartilagineæ in ipſo petiolo magis evidentes & elatiores.

2. SALIX foliis ſerratis glabris lineari lanceolatis, ramis pendulis.
Salix orientalis, flagellis deorſum pulchre pendentibus. *Tournef. cor.* 41.
Creſcit circa Babylon, *unde & Salix Babylonica vulgo ſalutatur.*
Nobis unica arbor fuit, e qua reliquæ propagatæ per ſtolones, hinc omnes ejusdem ſexus ſunt, cujusnam autem an maris vel feminæ, qui flores non viderim, divinare nequeo.
Arbor ramis teretibus, longiſſimis, flexilibus, laxis, deorſum arcuatis. Folia alterna, digito longiora, anguſto-lanceolata, utrinque glabra, acute ſerrata, petiolis brevibus inſidentia.

3. SALIX foliis ovatis glabris orbiculatis. *Fl. lapp.* 355. *t.* 8. *f.* 1.

Mas.

Salix prædicta. *Fl. lapp. tab.* 7. *f.* 3.

Salix alpina minima lucida repens, alni rotundo folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 19. *t.* 1. *f. inferior.*

Femina.

Salix prædicta. *Fl. lapp. tab.* 7. *f.* 4.

Salix alpina minima lucida repens, alni rotundo folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 19. *t.* 1. *f. ſuperior.*

Creſcit copioſiſſima in omnibus jugis Alpium Lapponicarum; *in alpibus* Helveticis *ſummoque ſeptimi montis jugo; in aſcenſu montis* Snowdon *Anglico.*

Hæc planta eſt arbor omnium nobis notarum minima.

4. SALIX foliis lineari-lanceolatis acuminatis ſerratis: utrinque vix pubeſcentibus, infimis ſerraturis glanduloſis.

Mas.

Salix vulgaris alba arboreſcens. *Bauh. pin.* 473.

Femina.

Salix vulgaris alba arboreſcens. *Bauh. pin.* 473.

Creſcit in Belgio, Anglia, Germania *vulgatiſſima arbor.*

TE-

ANTHOSPERMUM. mas. *Hort. Cliff.* 455 *ſp.* 1.

a *Ramus arboris.*
b *Ramulus utrinque truncatus, cum unico verticillo foliorum.*
c *Folia tria baſi connexa.*
d *Folia conjugata in ſinu folii præcedentis.*
e *Flos in ala folii.* f *Idem lente viſus.*
g *Flos nudus.* h *Idem lente viſus.*
h *Stamen.* i *Idem lente viſum.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

TETRANDRIA.

HIPPOPHÄE. g. pl. 744.

1. HIPPOPHÄE. *Fl. lapp.* 372.

Mas.

Hippophäe dioſcoridis. *Col. ecphr.* 1. *p.* 36.
Rhamnoides florifera, ſalicis folio. *Tournef. cor.* 53. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 174.

Femina.

Hippophäe dioſcoridis. *Col. ecphr.* 1. *p.* 36.
Rhamnoides fructifera, foliis ſalicis, baccis aureis. *Tournef. cor.* 53.
Rhamnus 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 110. *Dod. pemp.* 755. *Dalech. hiſt.* 140. *f.* 2 & 3.
Rhamnus vel Oleaſter germanicus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 33.
Rhamnus ſalicis folio anguſto, fructu flaveſcente. *Bauh. pin.* 755. *Raj. hiſt.* 1592.

Creſcit in arenoſis maris littoribus Angliæ, Hollandiæ, Galliæ, Sveciæ, Finlandiæ, Alandiæ, Norlandiæ.

Scribitur ab aliis Hippophäe, ab aliis vero Hippophäes.

ANTHOSPERMUM. g. pl. 745.

1. ANTHOSPERMUM.

Mas.

Tournefortia. *Pont. epiſt.* 11.
Comæ aureæ ſimilis frutex ambaram ſpirans. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 122.
Frutex africanus ambaram ſpirans. *Pluk. alm.* 159. *t.* 183. *f.* 1. *Volk. norib.* 173.
Frutex africanus ambaram ſpirans, flore albo. *Walt. hort.* 24. *t.* 9.

Creſcit in Africa ad Caput bonæ ſpei.

Nobis ſolus mas eſt, de femina vero nulla cognitio. Enne-pael Rheed. mal. 8. p. 159. t. 81. *facie noſtræ ſat ſimilis, præ imperfecta adumbratione tamen nil certi ſtatui poteſt, utrum cum noſtra eadem, nec non ſit.*

Frutex eſt bipedalis, ramis flaccidis, nunc rectis nunc recurvis; Rami tenues. Folia Stellatarum more verticillatim prodeunt, e regione terna, baſi leviſſime connexa cum denticulo intra ſingula quæque poſito; intra hæc terna folia, ſex oriuntur, duo & duo ſimul, tamquam ex ſinu foliorum prædictorum licet diſtinctiſſima ſint; omnia alias æqualia, linearia, utrinque acuminata, patentiſſima, apice recurva, odor foliorum aromaticus. Flores ſeſſiles ad alas, pallidi, in characteribus deſcripti. Femina nobis non nota eſt, & quem fructum deſcripſit Cl. Pontedera fuit absque dubio flos non explicatus, & ſemina ſolum antheræ, unde Anthoſpermum nobis dicatur.

MYRICA. g. pl. 746.

1. MYRICA foliis lanceolatis, fructu ſicco. *Fl. lapp.* 373.

Mas.

Gale florifera. *Vaill. pariſ.* 77.
Chamelæagnus. *Dod. pempt.*

Femina.

Gale fructifera. *Vaill. pariſ.* 77.
Gale frutex odoratus ſeptentrionalium. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 225. *Tournef. act.* 1706. *Dill. gen.* 154. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 261.
Gagel. *Dod. hiſt.* 1223.
Chamelæagnus. *Dod. pempt.* 780.
Rhus myrtifolia belgica. *Bauh. pin.* 414.
Rhus ſylveſtris altera. *Dalech. hiſt.* 110.
Thea europæum aut noſtras. *S Paul. monogr.*

Creſcit in paſcuis paludoſis copioſiſſime per Lapponiam, Finlandiam, Norwegiam, Norlandiam, Finlandiam, Smolandiam, *nec non per* Daniam, Hollandiam, Angliam *ſeptentrionalem parcius.*

2. MYRICA foliis lanceolatis, fructu baccato.

Mas.

Gale quæ Myrto brabanticæ ſimilis carolinienſis &c. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 261. *Hort. angl.* 34. *t.* 20. *f. ult.*
Myrtus brabanticæ ſimilis. *Catesb. ornith.* 69. *t.* 69. *f. ramus interior.*

Femina.

Myrica foliis lanceolatis, fructu baccato. *Fl. lapp. pag.* 298.
Myrtus brabanticæ ſimilis carolinienſis baccata, fructu racemoſo ſeſſili monopyreno. *Pluk. alm.* 250. *t.* 48. *f.* 9. *Catesb. ornith.* 69. *t.* 69 *f. exterior.*
Coriotragematodendros ſ. Arbor carolinienſis, æleagni cordi foliis, fructu ſaccharati ſpecie & magnitudine coriandri. *Pluk. amalt.* 65.
Ambulon arbor. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 503.
α Myrtus brabanticæ ſimilis carolinienſis humilior, foliis latioribus & magis ſerratis. *Catesb. ornith.* 13. *t.* 13.

Creſcit in America ſeptentrionali, *in* Carolina, Penſylvania *&c.*
In hortis Belgii *hoc tempore ſolus mas occurrit, feminam vidimus Oxoniis in Horto Academico, variisque aliis Angliæ Hortis.*
Ex hujus plantæ baccis conficiuntur candelæ in America, proin mira bacca quæ ceram producat, cum tamen cera apum ex farina antherarum florum conficiatur.
Ab antecedenti magnitudine & fructu ſucculento differt, alia autem nota vix ulla.

3 MYRICA foliis oblongis oppoſite ſinuatis.
Laurus africana minor, folio quercus. *Comm. hort.* 2. *p.* 161. *t.* 81. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 216.
Coriotragematodendros africana, botryos amplioribus foliis denſis. *Pluk. amalt.* 65.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Cum hæc nondum in Horto floruerit, licet plures poſſideamus annoſas arbuſculas, an mares vel feminæ ſint in medium pono, nec quid de genere certi ſcio, niſi quæ ex facie & authoritate Plukenetii dubiam fidem relinquunt.

4. MYRICA foliis oblongis alternatim ſinuatis.

Mas.	*Femina.*
Myrtus brabanticæ affinis americana, foliorum laciniis aſplenii modo diviſis, julifera. *Pluk. phyt. t.* 100. *f.* 7.	Myrtus brabanticæ affinis americana, foliorum laciniis aſplenii modo diviſis, fructum ferens. *Pluk. alm.* 250. *t.* 100. *f.* 6.

Creſcit in America.
Folia lanceolata, ſinuata ad coſtam usque, ſed lobis & ſinubus in oppoſito latere, alternis. Fructum non vidimus, quem ſatis diverſum a congeneribus deſcribit Plukenetius.

5. MYRICA foliis ſubcordatis ſerratis ſeſſilibus.

Femina.
Coriotragematodendros ilicis aculeatæ folio ex promontorio bonæ ſpei. *Pluk. amalt.* 65.
Tithymali facie planta æthiopica, ilicis aculeato folio. *Pluk. alm.* 373 *t.* 317. *f.* 7.
Arbuſcula africana, foliis ſolitariis triangularibus dentatis absque pedunculo arcte cauli ramisque adnatis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263.
Alaternoides ilicis folio craſſo hirſuto. *Walth. hort.* 3. *t.* 3.

Creſcit in Æthiopia.
Nobis ſola femina eſt, quæ floret menſe novembri, dum ex ala excreſcit amentum floſculos tres quatuorve femininos continens, ſingulis duplici piſtillo ſubulato longo albo, calyce vix manifeſto. Bacca parva, monopyrena, rugoſa ſuccedit, ſed ante maturitatem decidit ſubventanea.

6. MYRICA foliis ternatis: intermediis cuneiformibus tridentatis.

Femina.
Thymelæa capenſis, ſericeis & longioribus acutis foliis, caule geniculato piloſo. *Pluk. alm.* 367. *t.* 229. *f.* 4. *bona.*

Creſcit ad caput Africæ.
Planta procumbit & pilis ſericea evadit. Folia ternata, ſeſſilia, piloſa, intermedio latiori trifido, lateralibus lanceolatis, ſi flores rite depinxit Plukenetius, videntur hujus generis eſſe; ad nos autem nulla de fructificatione notitia alia pervenit.

PISTACIA. *g. pl.* 747.

1. PISTACIA foliis ternatis.

Mas.
Piſtacium mas ſiculum, folio nigricante. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 139. *t.* 93.
Terebinthus ſeu Piſtacia trifolia. *Tournef. inſt.* 580.

Creſcit in Sicilia.

2. PISTACIA foliis impari pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis.

Mas.	*Femina.*
Terebinthus vulgaris mas. *Boerh lugdb.* 2. *p.* 173.	Terebinthus vulgaris. *Bauh. pin.* 400. *Tournef. inſt.* 579.
Terebinthus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 279. *f. ramis ſubjectus. Dod. pempt.* 870. *f.* 2. *ramis ſubjectus. Lob. hiſt.* 538. *ramis ſubjectus. Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 15. *ramis ſubjectus.*	Terebinthus. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 279. *f. ramus cum folliculo. Dod. pempt.* 870. *f.* 2. *ramus cum folliculo. Lob. hiſt.* 538. *ramus cum folliculo. Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 15. *ramus cum folliculo.*

Creſcit in ſiccis lapidoſis ſoli expoſitis Galliæ Narbonenſis, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Italiæ, Siciliæ, Africæ, Indiæ, Syriæ, Cypri, Cycladum, Meſopotamiæ, Aſſyriæ.

3. PISTACIA foliis abrupte pinnatis.

Mas.	*Femina.*
Lentiſcus vulgaris, foliis minoribus & pallidioribus. *Herm. lugdb.* 360. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 174.	Lentiſcus vulgaris. *Bauh pin.* 399. *Tournef. inſt.* 580. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 174.
Lentiſcus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 14. *f. ramus major. Dod. pempt.* 871. *f. major. Lob. hiſt.* 538. *f. major.*	Lentiſcus. *Cæſalp ſyſt.* 77. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 283.
	Lentiſcus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 14. *f. ramus minor. Dod. pempt.* 871. *f. major. Lob. hiſt.* 538. *f. major.*
	α Lentiſcus vera ex inſula chio, cortice & foliis fuſcis. *Boerh.*

Creſcit

Creſcit in Italia, Sicilia, G. Narbonenſi, Luſitania, Bætica, Regno Valentino. *In* Chio *inſula ubi Maſtichen fundit.*

PENTANDRIA.

PISONIA. *g. pl.* 118 & *pag.* 380.

1. PISONIA.

Femina.

Piſonia aculeata, fructu glutinoſo & racemoſo. *Plum. gen.* 7.
Pentagonotheca americana ſpinoſa. *Vaill. act.* 1722. *p.* 260.
Plumbago americana ſcandens aculeata, betæ folio minori. *Tournef. inſt.* 141.
Rhamnus an potius Lycium Fringego jamaicenſibus dictum. *Pluk. alm.* 318. *t.* 108. *f.* 2.
Paliuro affinis arbor ſpinoſa, flore herbaceo pentapetaloide, fructu ſicco nudo cannulato lappaceo. *Sloan. flor.* 137. *hiſt.* 2. *p.* 25. *t.* 167. *f.* 34. *Raj. dendr.* 95.

Creſcit copioſe in ſylvis Jamaicæ.

Caulis lævis; rami fere oppoſiti, ſtricti, patento-deflexi; aculei breves, reflexi, acuti; folia ſubrotunda; racemi ſubrotundi, oppoſiti, in ſummis ramis.

SPINACIA. *g. pl.* 748.

1. SPINACIA.

Mas.

Spinacia vulgaris ſterilis. *Tournef. inſt.* 533. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 104.
Spinacia in qua flores ſine ſemine pallidi. *Cæſalp. ſyſt.* 163.
Spinachia mas. *Raj. hiſt.* 162.
Spinachia femina. *Dalech. hiſt.* 543. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 963.
Spinachia ſterilis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 598.
Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſterilis. *Bauh. pin.* 115.

Femina.

Spinacia vulgaris, capſula ſeminis aculeata. *Tournef. Boerh.*
Spinacia in qua ſine flore ſemina. *Cæſalp. ſyſt.* 163.
Spinachia femina. *Raj. hiſt.* 162.
Spinachia mas. *Dalech. hiſt.* 543. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 963.
Spinachia ſemine ſpinoſa. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 598. *ſ.* 5. *t.* 30. *f.* 1.
Lapathum hortenſe ſeu Spinacia, ſemine ſpinoſo. *Bauh. pin.* 114.
α Spinacia vulgaris, capſula ſeminis non aculeata. *Tournef.*
Spinachia ſemine non pungente, folio majore rotundiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 964.
Lapathum hortenſe ſeu Spinacia ſemine non ſpinoſo. *C. B.* 115.

Creſcendi locus apud Botanicos non occurrit.

CANNABIS. *g. pl.* 748.

1. CANNABIS foliis digitatis.

Mas.

Cannabis ſativa mas ſ. ſterilis. *Raj hiſt.* 158. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 433. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 2.
Cannabis ſterilis. *Dod. pempt.* 535.
Cannabis florens non fructum ferens. *Cæſalp ſyſt.* 157.
Cannabis fœmina. *Dalech. hiſt.* 497. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 443.
Cannabis erratica. *Bauh. pin.* 320. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 104.
Cannabis erratica paludoſa. *Lob. hiſt.* 284.
Kalengi-canſjava. *Rheed. mal.* 10. *p.* 119. *t.* 60.
Ba & Ma. *Kæmp. jap.* 897.

Femina.

Cannabis ſativa fœmina ſ. fertilis. *Raj. hiſt.* 158. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 433. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 1.
Cannabis fœcunda. *Dod. pempt.* 535.
Cannabis fructum ferens non florens. *Cæſalp. ſyſt.* 157.
Cannabis mas. *Dalech. hiſt.* 497. *J. B.* 3. *p.* 447.
Cannabis ſativa. *Bauh. pin.* 320. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 104.
Cannabis. *Lob. hiſt.* 284.
Tſjeru-canſiava. *Rheed. mal.* 10. *p.* 121. *t.* 60?
Ba & Ma. *Kæmp. jap.* 897.

Creſcit in India Orientali; Japonia, Malabaria.

Quod Mas in Horto Malabarico exhibitus noſtra ſit planta nullum dubium detur; fœmina autem parum recedit foliis ternatis, tamen & ejusmodi plantas in ſolo macro apud nos obſervamus non infrequentes. Præterito anno inter ſemina Japonica & Cannabis fuit, enata in magnitudinem duplo humanam, & arboreſcens quaſi, tamen annua, ne unica nota a noſtra diverſa.

2. CANNABIS foliis pinnatis.

Mas.

Cannabis lutea ſterilis. *Alp. exot.* 290. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 432. *ſ.* 11. *t.* 25. *f.* 4.
Cannabina cretica florifera. *Tournef. cor.* 52. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105.
Reſedæ affinis cretica, foliis cannabinis alterno ſitu pinnatis, floribus luteis. *Pluk. alm.* 317.
Luteola herba ſterilis. *Bauh. pin.* 100.
Luteola cannabinoides cretica. *Munt. hiſt.* 730.

Creſcit in Creta.
Mas floſculos decandros profert, qua differt a præcedenti pentandro; fœminam non vidimus

HUMULUS. *g. pl.* 750.

1. HUMULUS.

Mas.

Lupulus mas. *Raj. hiſt.* 156. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 151.
Lupulus fœmina. *Bauh. pin.* 298. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 104.
Lupulus ſilveſtris minor ſine fructu. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 38. *ſ.* 1. *t.* 7. *f. ult.*

Femina.

Lupulus fœmina. *Raj. hiſt.* 156. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 152.
Lupulus mas. *Bauh. pin.* 104. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 104.
Lupulus. *Dod. pempt.* 409. *Dalech. hiſt.* 414.
Lupus ſalictarius ſive Lupulus. *Lob. hiſt.* 347.
Convolvulus perennis heteroclitus floribus herbaceis, capſulis foliaceis ſtrobili inſtar. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 37. *ſ.* 1. *t.* 7. *f. penult.*

Creſcit inter ſenticeta, vepres & arbores loco fertili & ſucculento in Italia, Anglia, Gallia, Belgio; *hoc tempore per maximam partem* Europæ. *In denſis ſylvis maritimis* Biœrneburgum *inter &* Chriſtinam *arboribus inſidentem obſervavi in Finlandia.*

HEXANDRIA.

RAJANIA. *g. pl.* 753.

1. RAJANIA foliis haſtato-cordatis.

Mas.

Jan-Raja ſcandens, folio oblongo-anguſto & auriculato. *Plum. gen.* 33.
Bryonia fructu alato, foliis auriculatis. *Plum. amer.* 84. *t.* 98. *f. ramus in centro.*

Femina.

Jan-Raja ſcandens, folio oblongo-anguſto & auriculato. *Plum. gen.* 33.
Bryonia fructu alato, foliis auriculatis. *Plum. amer.* 84. *t.* 98. *f. circum centrum.*

Creſcit in inſula S. Domingo.
Planta caule tenui, volubili, absque cirrhis. Folia ſolitaria, lævia, e cordata figura baſi dilatata, apicem verſus attenuata, integerrima, glabra, petiolata. Racemi duo vel tres ex ſingula ala.
Dicta fuit in memoriam incomparabilis Botanici Joh. Raj. *Angli, clari ex tot egregiis operibus: ex Hiſtoria plantarum; Flora Anglicana, Flora Europæa; Syſtemate a fructu, variisque aliis, etiam in aliis Hiſtoriæ naturalis partibus; Hic ſolus plura præſtitit quam facile alius ullus, interque primos Botanicos omni ævo adnumerandus erit.*

TAMUS. *g. pl.* 752.

1. TAMUS foliis cordatis.

Mas.

Tamnus mas vulgaris ſeu ſterilis. *Vaill. pariſ.* 191.

Bryonia communis quæ Tamus. *Bauh. prod.* 135.
Bryonia lævis ſive nigra racemoſa, dioſcoridi flore muſcoſo capillaceo. *Bauh. pin.* 297.

Vitis nigra matthioli. *Dalech. hiſt.* 1412.

Femina.

Tamnus fœmina, fructu rubro. *Vaill. pariſ.* 191.
Tamnus racemoſa, flore minore luteo palleſcente. *Tournef. inſt.* 102. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 62.
Tamarum vulgo, aliis Ceraſiola. *Cæſalp. ſyſt.* 206.
Bryonia ſylveſtris baccifera. *Bauh. prod.* 135.
Bryonia lævis ſive nigra racemoſa cujus baccæ ruffeſcunt vel nigreſcunt. *Bauh. pin.* 297.
Bryonia nigra. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 5. *ſ.* 1. *t.* 1. *f.* 6.
Vitis nigra, quibusdam Tamnus plinii, folio cyclamini. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 147.
Vitis ſive Bryonia ſilveſtris, Sigillum mariæ. *Lob. hiſt.* 344.
Vitis ſilveſtris ſive Tamus. *Dod. pempt.* 400.

Creſcit in dumetis & ſepibus, copioſe juxta viam publicam Londinum *inter &* Oxoniam, *& alibi in* Anglia, Genevæ, Tiguri, Pariſiis *&c. in* Hetruria *alibique.*

SMILAX. *g. pl.* 751.

1. SMILAX caule angulato aculeato, foliis cordato-oblongis acutis aculeatis.

Mas.

Smilax aſpera. *Vulgo.*

Femina.

Smilax aſpera. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 115. *Dod. pempt.* 398.
Smilax aſpera, fructu rubente. *Bauh. pin.* 296. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 60.
Smilax aſpera, rutilo fructu. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 112.
Smilax aſpera vulgo Hedera ſpinoſa. *Cæſalp. ſyſt.* 208.
α Smilax aſpera minus ſpinoſa, fructu nigro. *Bauh. pin.* 236.
Smilax aſpera, nigro fructu. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 113.

Creſcit in ſepibus Siciliæ, Italiæ, G. Narbonenſis.
Variat foliis latioribus & anguſtioribus.

2. SMI-



DIOSCOREA foliis cordatis, caule lævi. *Hort. Cliff.* 459. *sp.* 1.

a *Caulis volubilis.*
b *Ramuli.*
c *Racemus fructuum.*

G. D. EHRET del. J. WANDELAAR fecit.

2. SMILAX caule tereti aculeato, foliis lanceolatis inermibus.
Smilax, viticulis aſperis, virginiana, foliis anguſtis lævibus nullis auriculis prædita. *Pluk. alm.* 349. *t.* 110. *f.* 4.
Creſcit in Virginia.
Caulis alternatim inflexus, folia baſi angulata, apice ſuperius oblique acuminata, lævia. Flores non vidimus.

3. SMILAX caule tereti inermi, foliis cordato-ovatis acutis inermibus, petiolis bidentatis.
Smilax virginiana, ſpicis innocuis armata, latis canellæ foliis, radice arundinacea craſſa nodoſa & carnoſa. *Pluk. alm.* 349. *t.* 110. *f.* 5.
Creſcit in Virginia.

4. SMILAX caule angulato aculeato, foliis dilatato-cordatis inermibus acutis.
Smilax, viticulis aſperis, virginiana, folio hederaceo leni zarza nobiliſſima. *Pluk. alm.* 348. *t.* 111. *f.* 2.
Mecapatli. *Hern. mex.* 288.
Creſcit in Virginia, Mexico *&c.*
Folia latiora quam longa, glabra, integerrima, petiolata, acuta, inermia. Sexus in hac & proxime præcedenti nobis non conſtat.

DIOSCOREA. *g. pl.* 754.

1. DIOSCOREA foliis cordatis, caule lævi.

Mas.
Ricophora indica ſ. Inhame malabarica, folio rotundo in acutiſſimum apicem mucronato. *Pluk. alm.* 321.
Mu-Kelengu. *Rheed. mal.* 8. *p.* 97. *t.* 51.

Femina.
Dioſcorea ſcandens, folio tamni, fructu racemoſo. *Plum. gen.* 9.
Volubilis nigra, radice tuberoſa compreſſa maxima digitata farinacea eſculenta, folio cordato nervoſo. *Sloan. flor.* 46. *hiſt.* 140.
Rhizophora ~~americana.~~ *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267?

Creſcit in America *calidiori*, Malabaria & Zeylona.
Rhizophora, Inhame & Batatas dicta fuit hæc plantarum familia a veteribus, Inhame autem & Batatas ſunt nomina Barbara, Rhizophora autem dicta fuit quod radix carnoſa ſit, imo & caulis ſæpe bulbifer, hoc vero cum nec eſſentiale nec univerſale in præſenti genere ſit, recepimus rhizophoræ nomen ad deſignandum plane aliud genus & arboreum, in quo radices arboris ſupra terram methodo propria ſeſe exerant, inque hoc magni Dioſcoridis retinemus cum Plumiero memoriam. Plumier, quod mirum, hujus unicam prædictam tradit ſpeciem, cum tamen reliqui peregrinatores in utraque India longe plures obſervarunt, uti.

2. DIOSCOREA *foliis cordatis, caule bulbifero.* * *Rizophora zeylanica, ſcammonii folio ſingulari, radice rotunda. Herm. parad.* 213. *t.* 217. *Burm. zeyl.* 207. *Ricophora indica bryoniæ nigræ ſimilis ad foliorum ortum verrucoſa. Pluk. alm.* 321. *t.* 220. *f.* 50? *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 267. *Katu-Katſjil. Rheed. mal.* 7. *p.* 69. *t.* 36. *Battata ſylveſtris foliis ſmilacis nervoſis, flore vidua, fructu triangulari compreſſo diſpermo. Raj. app.* 132. *femina eſt.*

3. DIOSCOREA *foliis cordatis, caule aculeato bulbifero.* * *Battata ſylveſtris ſpinoſa, ſmilacis folio, floribus ſtamineis racemoſis, pro fructu verrucoſam excreſcentiam protrudens. Raj. app.* 133. *Kattu-Kelangu. Rheed. mal.* 7. *p.* 71. *t.* 37.

4. DIOSCOREA *foliis ternatis* * *Battata ſylveſtris ſpinoſa trifolia flore vidua verrucoſa, fructibus in ſpicis longis rarioribus triangularibus ad pediculum reflexis. Raj. app.* 133. *Tſiageri-Nuren. Rheed. mal.* 7. *p.* 63. *t.* 33.

5. DIOSCOREA *foliis digitatis, caule ſpinoſo* * *Ricophora pentaphyllos, caule ſpinoſo, fructu oblongo triquetro, malabaræa. Pluk. alm.* 321. *Nurem-Kelengu. Rheed. mal.* 7. *p.* 67. *t.* 35. (*femina*). *Katunuren-Kelengu. Rheed. mal.* 7. *p.* 67. *t.* 34. (*forte mas*). *Reliquarum ſpecierum hiſtoria obſcure tradita eſt.*

Noſtræ ſeu ſpeciei 1 *brevem do deſcriptionem: Anno* 1736, *e ſeminibus americanis prodiit planta convolvuli modo ſcandens, absque ramis, lævis, foliis cordatis acuminatis duplo longioribus quam latis, inſequente autumno perit caulis, & e radice carnoſa ſubrotunda depreſſa vernali tempore* 1737 *excreſcunt.*
Caules plures, plus quam humanæ altitudinis trium digitorum transverſorum longitudine, quinque vero in latitudine, Folia novem nervis inſtructa, integerrima, glabra, utrinque viridia, petiolis folio dimidio brevioribus angulatis inſidentia, deflexa, parum venoſa; caulis angulatus filiformis ſcandens a ſiniſtris dextrorſum; plantæ caulis motus & circum alium baculam ſcandere coactus, recuſabat, marceſcebat, novos e radice produxit, hoc anno itaque non floruit.

OCTANDRIA.

POPULUS. g. pl.

1. POPULUS foliis ſubrotundis dentato-angulatis: ſubtus tomentoſus.

Mas.

Populus alba. *Dod. Dalech.*

Populus alba Leuce. *J. B.*
Populus alba, vulgo Albarus. *Cæſ.*
Populus alba, majoribus foliis. *C. B. Boerh.*

Femina.

Populus alba. *Dod. pempt.* 835. *Lob. hiſt.* 609. *Dalech. hiſt.* 87.
Populus alba Leuce. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 160.
Populus alba vulgo Albarus. *Cæſalp. ſyſt.* 120.
Populus alba, majoribus foliis. *Bauh. pin.* 429. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 211.

α Populus alba, minoribus foliis. *C. B.*

α Populus alba, minoribus foliis. *C. B.* 429.

Creſcit in Germania, Hollandia, Anglia, Gallia, Italia.

2. POPULUS foliis ſubrotundis dentato-angulatis utrinque glabris.

Mas.

Populus foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp.*
Populus tremula. *C. B.*
Populus lybica. *Dod. Lob. Dalech.*

Populus libyca, Cercis theophraſti. *J. B.*
Populus in alpibus, nigriori aſpectu, plinio libica. *Cæſ.*

Femina.

Populus foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp. p.* 300.
Populus tremula. *Bauh. pin.* 429. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 211.
Populus lybica. *Dod. pempt.* 836. *Lob. hiſt.* 610. *Dalech. hiſt.* 87.
Populus libyca, Cercis theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 163.
Populus in alpibus, nigriori aſpectu, plinio libica. *Cæſalp. ſyſt.* 120.

Creſcit in Regionibus Europæ frigidioribus, locis umbroſis & ſuccolentis in Lapponia, Svecia, Finlandia, Dania, Germania, Hollandia, Anglia, Gallia; *& juxta omnes Alpes.*

3. POPULUS foliis deltoidibus acuminatis ſerratis.

Mas.

Populus nigra quæ flores non fructum fert. *Cæſ.*

Populus nigra. *C. B. Dod. Lob. Dalech. Boerh.*

Populus nigra ſive Aigeros. *J. B.*

Femina.

Populus nigra quæ fructum fert at non floret. *Cæſalp. ſyſt.* 120.
Populus nigra. *Bauh. pin.* 429. *Dod. pempt.* 836. *Lob. hiſt.* 609. *Dalech. hiſt.* 86. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 211.
Populus nigra ſive Aigeros. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 155.

Creſcit juxta aquas in Germania, Hollandia, Anglia, Gallia.

4. POPULUS foliis cordatis crenatis.

Populus nigra, folio maximo, gemmis balſamum odoratiſſimum fundentibus. *Catesb. ornith.* 34. *t.* 34.

Creſcit in Carolina *Americes juxta aquas. Communicata ab Ill.* Boerhaavio.

Cum etiamnum apud nos non floruerit, ſexum determinare nequeo.

Tam ſimilis eſt antecedenti ac umquam affinis, differt foliis magis cordatis, obtuſis, foliisque balſamo obunctis; inter ſtipulas liquidiſſimum balſamum maxima in copia datur.

ENNEANDRIA.

HYDROCHARIS. g. pl. 757.

1. HYDROCHARIS.

Mas.

Micro leuco-Nymphæa. *Boerh.*
Nymphæa flore minimo tripetalo albo. *Moriſ.*

Nymphæa alba, folio aſari. *Cæſ.*
Nymphæa alba minima. *C. B.*
Nymphæa minor ſive Morſus ranæ. *J. B.* non figura.

Ranæ Morſus altera icon. *Dod. pempt.* 583. *f.* 2.
Morſus ranæ foliis circinatis, floribus albis. *Tournef. Dill. Vaill.*
Morſus ranæ foliis aſari. *Rupp.*
Stratiotes foliis alöes. *Johr. Raj. ſ.*

Femina.

Micro-leuco-Nymphæa. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 282.
Nymphæa flore minimo tripetalo albo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 513.
Nymphæa alba, folio aſari. *Cæſalp. ſyſt.* 569.
Nymphæa alba minima. *Bauh. pin.* 193.
Nymphæa minor ſive Morſus ranæ. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 773. *non figura.*
Ranæ Morſus. *Dod. pempt.* 583. *f.* 1. *Lob. hiſt.* 324.
Morſus ranæ, foliis circinatis, floribus albis. *Tournef. act.* 1705. *t.* 311. *Dill. gen.* 149. *Vaill. pariſ.* 129.
Morſus ranæ, foliis aſari. *Rupp. jen.* 49.
Stratiotes foliis alöes, ſemine rotundo. *Johr. hodeg. præf. Raj. ſyn.* 290.

Creſcit in foſſis & aquis pigrioribus per Sveciam, Daniam, Germaniam, Hollandiam, Angliam, Galliam.

MER-

MERCURIALIS. g. pl. 756.

1. MERCURIALIS caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris.

Mas.

Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta. *Raj.*

Mercurialis montana ſpicata. *C. B. Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 613. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 4.
Mercurialis altera. *Cæſalp.*
Mercurialis femina. *Fuch. hiſt.* 476.
Cynocrambe Mercurialis ſilveſtris. *Dod.*
Cynocrambe fœmina ſive Mercurialis repens. *J. B.* *fig. ſuperior.*
Cynocrambe. *Lob.*

Femina.

Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta. *Raj. ſyn.* 138.
Mercurialis montana teſticulata. *Bauh. pin.* 122. *Moriſ. hiſt.* 2 *p.* 613. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 3. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 106.
Mercurialis altera. *Cæſalp. ſyſt.* 318.
Mercurialis mas. *Fuch. hiſt.* 415.
Cynocrambe, Mercurialis ſilveſtris. *Dod. pempt.* 659.
Cynocrambe mas ſive Mercurialis repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 978.
Cynocrambe. *Lob. hiſt.* 131. *Dalech. hiſt.* 1628.

Creſcit in ſepibus & nemoribus frequens per Europam, *per* Sveciam *in* Scania *& ad acidulas* Wiksbergenſes *in* Sudermannia; *circa* Gœtteryd *in Smolandia.*

Dodonæus & Lobelius erroneas proponunt figuras ex floribus Androgynis, quod tamen obtinuit numquam.

2. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris.

Mas.

Mercurialis vulgaris florifera. *Vaill. pariſ.* 126.
Mercurialis annua glabra vulgaris. *Raj.*
Mercurialis ſpicata ſive fœmina. *C. B. Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 612. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 2. *Boerh.*
Mercurialis fœmina. *J. B. Dod. Lob. Dalech.*

Mercurialis quæ floret. *Cæſalp.*

Femina

Mercurialis vulgaris annua fructifera. *Vaill. pariſ.* 126.
Mercurialis annua glabra vulgaris. *Raj. ſyn.* 139.
Mercurialis teſticulata ſive mas. *Bauh. pin.* 121. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 612. *ſ* 5. *t.* 34. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 105.
Mercurialis mas. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 977. *Dod. pempt.* 658. *Lob. hiſt.* 131. *Dalech. hiſt.* 1627.
Mercurialis quæ fructum fert. *Cæſalp. ſyſt.* 318.

Creſcit locis humentibus ac umbroſis, in maris littore prope Ryde in Anglia, Gallia, Italia *&c.*

3. MERCURIALIS caule fruticoſo, foliis tomentoſis.

Mas.

Mercurialis fruticoſa incana ſpicata. *Tournef.*
Mercurialis fruticoſa incana mas. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 106.
Phyllon ſpicatum. *Bauh. pin. Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 613. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 6.
Phyllum feminificum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 48.
Phyllon thelygonum folio incano. *J. B.*
Phyllon mas ſeu arrhegonum mariparum. *Lob. adv.* 99. *f.* 1.
Phyllum arrhegonum thelygonum theophraſti. *Dalech. hiſt.* 1197. *f.* 1.

Femina.

Mercurialis fruticoſa incana teſticulata. *Tournef. inſt.* 534. *Boerh lugdb.* 2. *p.* 106.
Phyllon teſticulatum. *Bauh. pin* 122. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 613. *ſ.* 5. *t.* 34. *f.* 5.
Phyllum marificum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 48.
Phyllon arrhegonum folio incano. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 981.
Phyllon thelygonum ſive fœminiparum. *Lob. adv.* 99. *f.* 2.
Phyllum thelygonum matthioli. *Dalech. hiſt.* 1196. *f.* 1.

Creſcit in aggeribus, ad vias publicas, in maritimis, uti circa Monſpelium, in Galliæ Narbonenſis *variis dein locis, inque* Hiſpania.

DECANDRIA.

CARICA. g. pl. 759.

1. CARICA foliorum lobis ſinuatis.

Mas.

Papaya mas. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 170. *Burm. zeyl.* 184.

Papaya major, flore & fructu minoribus, pediculis longis inſidentibus. *Sloan. flor.* 203. *hiſt.* 2. *p.* 166.

Ambapaja. *Rheed. mal.* 1. *p.* 21. *t.* 15. *f.* 2. *Pont. anth.* 301.

Mamaera mas. *Cluſ. cur.* 80.
Pinogvacu mas. *Piſ. braſ.* 2. *p.* 159.
Ficus arbor utriusque indiæ, platani foliis, monoſteleches, fructu mali cydoniæ aut melonis magnitudine. *Pluk. alm.* 145.
Arbor platani folio, fructu peponis magnitudine eduli. *C. B.*

Femina.

Papaja fœmina. *Burm. zeyl.* 184.
Papaya fructu melo-peponis effigie. *Plum. ſpec.* 20. *Tournef. inſt.* 659. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 170.
Papaya major, flore & fructu majoribus, pediculis curtis inſidentibus. *Sloan. flor.* 202. *hiſt.* 2. *p.* 164.
Papaye peruviana. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 147.
Papajamaram. *Rheed. mal.* 1. *p.* 23. *t.* 15. *f.* 1. *Pont. anth.* 302.
Mamaera femina. *Cluſ. cur.* 80.
Pinogvacu fœmina. *Piſ. braſ.* 2. *p.* 159.
Ficus arbor utriusque indiæ, platani foliis, monoſteleches, fructu mali cydonii aut melonis magnitudine. *Pluk. alm.* 145. *t.* 278. *f.* 1.
Arbor platani folio, fructu peponis magnitudine eduli. *Bauh. pin.* 431.

Creſcit in utraque India: in Malabaria, Zeylona, Braſilia *&c.*

Mas communiter fœmina altior eſt, & ſemper floribus infundibuliformibus monopetalis; Fœmina autem floribus roſaceis pentapetalis; inde tamen homo non ſeparet, quæ Deus conjunxit.

2. CARICA foliorum lobis integris.
Papaya ramoſa, fructu pyriformi. *Fevill. per.* 2. *p.* 52. *t.* 39. *f.* 1?
Ficus arbor papaje ſylveſtris nomine miſſa ex Sirinama. *Pluk. alm.* 146. *t.* 278. *f.* 2.
Creſcit in Surinama.
De planta Fevillei hæſito, cum lobos foliorum trifidos pingat, qui in noſtra exacte reſpondent figuræ Plukenetii lobis integris; at Plukenetius caudicem ſimpliciſſimum pingit, Fevilleus vero ramoſum, noſtra vero duplici modo gaudet ramo.
Arbor nobis eſt humanæ altitudinis, ad baſin craſſitie trium pollicum in apice vero unius pollicis humani, inferne cinereus, ſuperne viridis, communiter ſimpliciſſimus absque ramo ullo, rarius unicum alterumve ramum exſerens, ſemper tamen verſus ſummitatem craſſitie pollicis, bis in anno folia dimittit, hyeme tamen vegetior perſiſtit, ſemper lacteſcit vulnerata ex apicibus ramorum ſummis. Folia petiolis teretibus ſpithamæis patentibus inſidentia, utrinque viridia, ſpithamæa.

KIGGELARIA. *g. pl.* 760.

1. KIGGELARIA.

Mas.	*Femina.*
Evonymo affinis æthiopica ſempervirens, fructu globoſo ſcabro, foliis ſalicis rigidis ſerratis. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 237. *Pluk. alm.* 139. *t.* 176. *f.* 3.	Evonymo affinis æthiopica ſempervirens, fructu globoſo ſcabro, foliis ſalicis rigidis ſerratis. *Herm. lugdb.* 139.
Laurus non odorata, fructu globoſo, africana. *Sterb. citr.* 246. *t.* 12. *f.* C.	Laurus non odorata, fructu globoſo, africana. *Sterb. citr.* 246. *t.* 12. *f.* B. D.

Creſcit in Æthiopia.
Figura nulla hujus plantæ adcurata cum exiſtet, marem depingi curavi, a quâ femina ſolum differt quod in petiolo ſimplici unicum florem producat, cum mas plures; figura autem Sterbeckii videtur mixta e mare & femina.
Arbor plus quam humanæ altitudinis, caulo & ramis griſeis. Folia alterna, lanceolata, petiolata, glabra, ſtricta, acute ſerrata, acuta, patentia, petiolis teretiuſculis absque ſtipulis, folio ipſo octies brevioribus; in averſa folii parte, ubi vaſa lateralia majora prodeunt, in ipſo ſinu ſeu ala obſervatur lævis pubeſcentia cum cavitate impreſſa, quæque prominet in latere ſupino folii.
Pedunculus unus alterve ramoſus plures flores, deorſum nutantes, in panicula compactos, profert, quorum petala alba, nectaria flava; reliquas partes fructificationis in mare ſuppeditat character generis, & tabula.
Dixi arborem in honorem Franciſci Kiggelarii, *cujus indefeſſo ſtudio quondam floruit Hortus Beaumontianus; cujus opera tot raræ in Europam ex America delatæ fuere plantæ; cujus induſtriæ debetur Hortus Beaumontianus publici juris factus; cujus notis Commelini hortus Amſtelodamenſis prior illuſtratus eſt.*

NYSSA. *g. pl.* 758.

1. NYSSA foliis integerrimis.

Mas.	*Femina.*
Cynoxylum americanum, folio craſſiuſculo molli & tenaci. *Pluk. alm.* 127. *t.* 172. *f.* 6.	Arbor in aqua naſcens, foliis latis acuminatis & non dentatis, fructu æleagni minore. *Catesb. ornith.* 41. *t.* 41.

Creſcit in aquis Marilandiæ, Virginiæ & Carolinæ *frequens. Excrevit e ſeminibus per D. Gronovium communicatis, & periit eodem anno.*
Nyſſa dicitur cum in aquis creſcat.

CORIARIA. *g. pl.* 761.

1. CORIARIA.

Femina.
Coriaria vulgaris. *Iſnard. act.* 1711. *p.* 418. *Dill. gen.* 159.
Rhus myrtifolia monſpeliaca. *Bauh. pin.* 414. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 261. *Angl. Hortul.* 64. *t.* 20. *f.* 1.
Rhus plinii putata. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 559. *t.* 560.
Rhus ſylveſtris plinii. *Dalech. hiſt.* 110.

Creſcit circa Monſpelium *præſertim ad ripas Ladi amnis copioſe.*

KIGGELARIA: mas. *Hort. Cliff.* 462. *Sp.* 1.

* *Ramulus.*
a *Flores in faſciculum nutantes.*
b *Cicatrices ramuli a caſu foliorum tempore floreſcentiæ.*
c *Flos explicatus.* d *Idem a tergo viſus.*
e *Nectarium.* f *Nectarium cum ſtaminibus.*
g *Stamen.* i *Idem lente viſum.*
i *Fructus feminæ ſcaber.* k *Fructus dehiſcens. Sterbeckii.*

G. D. EHRET del.

J. WANDELAAR fecit.

CLIFFORTIA foliis dentatis: mas. *Hort. Cliff.* 463. *ſp.* 1.

a *Ramus arboris.*
b *Flos maſculus.* c *Idem aucta parum magnitudine.*
d *Folium a latere viſum.*
e *Folium explicatum ſupinum.* f *Folium idem pronum.*
g *Vaginæ foliorum perſiſtentes.*

J. WANDELAAR del. & fecit.



CLIFFORTIA foliis lanceolatis integerrimis: Femina. *Hort. Cliff.* 463. *ſp.* 2.

a *Ramus.*
b *Flos integer.*
c *Piſtillum cujus germen infra receptaculum.*
d *Calyx germini inſidens.*
e *Capſulæ ſuperior pars calyce coronata.*
g *Folium.* h *Idem a tergo viſum.*
f *Semen.*

ICOSANDRIA.

ARUNCUS. g. pl. 762.

1. ARUNCUS.

Mas.

Ulmaria floribus in longas ſpicas congeſtis. *Boerh.*

Ulmaria major ſive altera. *Moriſ.*

Barba capræ floribus oblongis. *C. B. Tourn.*

Barba capræ. *Dalech.*
Barba capri. *J. B.*

Femina.

Ulmaria floribus in longas ſpicas congeſtis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 295.
Ulmaria major ſive altera. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 323. *ſ.* 9. *t.* 20. *f.* 2.
Barba capræ floribus oblongis. *Bauh. pin.* 163. *Tournef. inſt.* 265.
Barba capræ. *Dalech. hiſt.* 180.
Barba capri. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 488.

Creſcit in ſylvis montanis Hungariæ, Auſtriæ, Stiriæ *in montibus* Alverniæ *aliisque altis tractibus. Aruncus vocabulum a Plinio uſitatum, idem ſignificat ac barba capræ, hinc iſto lubentius utor.*

POLYANDRIA.

CLIFFORTIA. g. pl. 763.

1. CLIFFORTIA foliis dentatis.

Mas.

Cliffortia. *Ludw. defin.* 144.
Clyfortia. *Eich. Carolsr.* 14.
Arbuſcula afra, folio aculeato ilicis, caulem amplexo rigido. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263. *Dill. elth.* 36. *t.* 31. *f.* 35.
Camphorata capenſis, eryngii minoris folio. *Pet. hort.* 243.

Creſtit in Africa.

Hæc nobis ſola mas eſt, de femina vero hujus nobis nulla eſt notitia.

Arbores noſtræ humanæ altitudinis ſunt, caule ſcabro & inæquali; ramis tenuibus longis debilibus, ſquamis undique veſtitis a foliis deciduis remanentibus.

Folia alterna, ſubrotunda, glabra, rigida, extrorſum quinque ad undecim acuminatis dentibus inciſa, dentibus acutis in ſpinulam deſinentibus, quorum denticulus terminatrix brevior & reflexus, baſis foliorum in tubum deſinit integrum, vaginantem ramum, a latere interiore duos dentes ſetaceos emittentem; cum folia decidunt perſiſtit tubus tegens ramos.

Flores in ſingula ala ſolitarii fere ſeſſiles, ſquamis duabus acutis tamquam parvo perianthio excepti.

Hæc arbuſcula in Honorem Ill. Georgi Clifforti, *Patroni horti noſtri, primum dicta fuit a Cl. Eichrodt in Horto principis Badendurlacenſis ſ. Carolsruhano; Quanto amore & ſtudio botanicen proſequatur Ill. Cliffort, perſpiciet facile Botanicus quivis ex hujus Horti collectione, ex hujus operis Tanti Viri impenſis editione. Meruit itaque Ille juſtam apud bonos memoriam, hac ipſa arbore magis perennantem, merebunt & idem alii ſimiles, cum oriantur in vaſto immenſo ſidera rara, plantas noſtras dum ſuis radiis illuminant.*

2. CLIFFORTIA foliis lanceolatis integerrimis.

Femina.

Frutex æthiopicus conifer, fructu parvo ſparſim intra folii ruſci, ſeminibus cylindraceis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 297. *f.* 2.

Creſcit in Æthiopia.

Arbuſcula magnitudine & ſtatura præcedenti ſimillima, cujus rami ſummi teguntur foliis lanceolatis, ſpina acutis, integerrimis, rigidis, perſiſtentibus, baſi vaginantibus, diſcedentibus ſupra baſin; hinc ramuli tunicis imbricati. Flores in ſummis ramis, in capitula congeſti, ſeſſiles, piſtillis coloratis.

Ex hac abunde patet, quod a Mercuriali toto cælo diſtinctiſſimum ſit genus.

Hæc præbuit characterem genericum feminæ in corollario, præcedens vero maris characterem in generibus; differt adeoque a Mercuriali non modo facie, ſed & fructificationum omnibus partibus; fructus enim teres eſt, longus, coronatus calyce; Semina longa, ſtyli plumoſi graminum ſimillimi; Stamina maris faſciculata, numeroſa, calyx concavus baſi connatus.

MONADELPHIA.

JUNIPERUS. g. pl. 764.

1. JUNIPERUS foliis ſeſſilibus patentiſſimis.

Mas.

Juniperus foliis undique prominentibus pungentibus. *Mas. Fl. lapp.* 376.
Juniperus florifera. *Vaill. pariſ.* 111.

Juniperus Fœmina. *Volk. norib.* 234.

Juniperus prior, quæ floret fructum non fert. *Cæſalp. ſyſt.* 136.
α Juniperus vulgaris arboreſcens ſterilis ſive amentacea. *Pont. anth.* 223.
Juniperus vulgaris arbor. *C. B.*
β Juniperus alpina ſuecica ſ. polonica in viretis belgicis frequens. *Pluk.*
γ Juniperus minor montana, latiore folio, ſterilis. *Pont. anth.* 223.

Femina.

Juniperus foliis undique prominentibus pungentibus. *Femina. Fl. lapp.* 376.
Juniperus vulgaris fruticoſa. *Bauh. pin.* 488. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 208.
Juniperus baccifera. *Tabern. hiſt.* 3. *p.* 40.
Juniperus. *Dod. pempt.* 852.
Juniperus prior, quæ fructum fert non floret. *Cæſalp. ſyſt.* 136.
α Jupinerus vulgaris arboreſcens fructifera. *Pont. anth.* 221.
Juniperus vulgaris arbor. *Bauh. pin.* 488.
β Juniperus alpina ſuecica ſ. polonica in viretis belgicis frequens. *Pluk. alm.* 201.
γ Juniperus minor montana, folio latiore, fructu longiore. *Bauh. pin.* 489.

Creſcit vulgaris in Europæ frigidioribus regionibus, uti in Norwegia, Svecia, Finlandia, Ruſſia, Polonia *&c. In calidioribus magis parce.*

2. JUNIPERUS foliis baſi adnatis: junioribus imbricatis, ſenioribus patulis.

Mas.

Juniperus virginiana, foliis inferioribus juniperinis, ſuperioribus ſabinam vel cupreſſum referentibus. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 208.
Juniperus barbadenſis, cupreſſi folio, ramis quadratis. *Pluk. alm.* 201. *t.* 197. *f.* 4. (*mala*) *amalth.* 125.
Juniperus barbadenſis, cupreſſi folio, arbor præcelſa tetragonophyllos ſive foliatura quadrangulari. *Pluk. mant.* 109.
Ju niperus maxima, cupreſſi folio minimo, cortice exteriore in tenues philyras ſpirales ductili. *Sloan. flor.* 128. *hiſt.* 2. *p.* 2. *t.* 157. *f.* 3. *Raj. dendr.* 12.
Juniperus major americana. *Raj. hiſt.* 1413, 1414.

Creſcit in Virginia, Carolina, *aliisque Americæ præſertim ſeptentrionalis regionibus.*

Folia terna mutuo opponuntur, baſi adnata interiori latere, in ramis nuper enatis imbricatim quadrifariam incumbunt, ramulosque quadrangulos repræſentant, at inſequente anno dehiſcunt ad angulum acutum a caule & ſexfariam ſeu in ſex phalanges longitudinales digeſta viſuntur. Noſtra mas eſt, feminam non vidimus, nec Cedri alia nobis innotuit ſpecies, plures autem Americanæ recenſentur, uti Virginianæ, Bermudianæ, Goenſes, Jamaicenſes, Barbadenſes, Marianæ, Carolinianæ &c. quæ imperfectæ deſcriptæ, nec differentiis diſtinctæ ſunt; luſit forte hic Botanicos ſexus, cum totidem diverſas vix concipere queam.

3. JUNIPERUS foliis inferne adnatis: oppoſitionibus concatenatis.

Mas.

Sabina mas. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 207.
Sabina ſterilis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 288.
Sabina folio tamariſci dioſcoridis. *Bauh. pin.* 487.
Sabina tamariſci ſimilis. *Dalech. hiſt.* 182.

F mina.

Sabina fœmina. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 207.
Sabina baccifera. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 288.
Sabina folio cupreſſi. *Bauh. pin.* 487.
Sabina cupreſſo ſimilis. *Dalech. hiſt.* 182.
Sabina. *Dod. pempt.* 854. *Lob. hiſt.* 625.

Creſcit in Italia.

In Horto noſtro ſola femina adeſt, in Horto Academico Upſalienſi quondam ambas marem & feminam alui, demonſtravi, nec memini differentiam intercedentem ullam præterquam in floribus; fœmina ibi omni anno fructum maturavit magnitudine juniperi, baccatum, minime ſtrobilam, licet aliquot ſquamis, ut juniperi (1) adnatis, obvallatura. Femina in Horto Cliffortiano quotannis in caſſum floret vidua, cui folia in caule terna, oppoſita, ultra medium adnata, decurrentia, erecta, perſiſtentia diutiſſime, undique tegentia ramos, ne ſpatium vacuum perſiſtat; at in ramis minoribus & minimis folia ſemper duo modo oppoſita, minus alte adnata. Rami ultimi ſæpe prodeunt tenelli foliis patulis ut in junipero; hoc idem in planta tenella fit.

TAXUS. g. pl. 765.

1. TAXUS. *Bauh. pin.* 505. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 241. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 208.

Mas.

Taxus vulgo Naſſus floſculos amentaceos ferens. *Cæſalp. ſyſt.* 134.

Femina.

Taxus vulgo Naſſus fructum ferens. *Cæſalp. ſyſt.* 134.
Taxus. *Dod. pempt.* 859. *Lob. hiſt.* 637. *Dalech. hiſt.* 78.
α Taxus folio latiori magisque ſplendente, *Boerh.*
β Taxus foliis variegatis. *Boerh.*

Creſcit

Creſcit in montoſis ſaxoſis præruptis ſepibus auſtralibus Angliæ, Italiæ, Germaniæ, Sveciæ.
Mas flores magnos fert & plures in communi petiolo gerit, femina vero vix evidentes ſeſſiles ſolitarios.
Obſervationibus tandem abſolute ſum convictus Baccam non eſſe vel conſtituere partem fructificationis aut fructus, cum vix ulla fructificationis detur pars, quæ non in aliqua ſpecie umquam evaſit bacca ſeu ſucculenta & colorata. Si vero in poſterum vocabulum aſſumendum, intelligendum eſt hoc de ſolo pericarpio non dehiſcente vel ſucculento, vel colorato, licet omnes tres hæ notæ abſentes obſervatæ ſunt in bacca, & præſentes absque bacca, non tamen omnes ſimul.

EPHEDRA. *g. pl.* 766.

1. EPHEDRA petiolis oppoſitis, amentis geminis.

Mas.

Ephedra maritima minor. *Tourn.*

Femina

Ephedra maritima minor. *Tournef. inſt.* 663. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 108.
Equiſetum polygonoides bacciferum minus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 621.
Tragus ſive Scorpius maritimus. *Dalech hiſt.* 1388.
Tragus ſive Uva marina. *Bauh. hiſt.* 1 *p.* 406.
Polygonum bacciferum maritimum minus. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 237.
Polygonum 4 plinii minus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p* 92.
Polygonum fruticans bitryoides narbonenſe minus. *Barr. rar. t.* 731. *f.* 2.
Racemoſa equiſeti facie planta. *Lob. adv.* 355.

Creſcit in arenoſis littoribus maritimis, in ſaxoſis collibus, prope montem Ceti & Frontignanam; *in colle quodam ſecundo a* Salmantica *milliari, totius fere Hiſpaniæ meditullio, longiſſime a mari remoto.*
Imperfecte traditæ ſunt ſpecies hujus generis, quas ſi reperias Curioſe, pedunculis duobus oppoſitis nec pluribus, ſingulis duplici amento terminatis pro varietatibus habeas, licet giganteæ eſſent; ſin minus, diſtinguas.

SYNGENESIA.

RUSCUS. *g. pl.* 767.

1. Ruscus foliis ſupine floriferis nudis.

Mas.

Ruſcus vulgaris mas. *Dill. elth.* 333.

Femina.

Ruſcus vulgaris fœmina. *Dill. elth.* 33.
Ruſcus myrtifolius aculeatus. *Tournef. inſt.* 79.
Ruſcus officinis Bruſcus. *Cæſalp. ſyſt.* 221.
Ruſcus. *Baub. pin.* 470. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 579. *Dalech. hiſt.* 243. *Lob. hiſt.* 362.
Ruſcum. *Dod. pempt.* 744.
Laurotaxa myrſinites noſtras, foliorum cuſpide aculeato. *Pluk. alm.* 210.

α Ruſcus vulgaris, folio ampliore. *Dill. elth.* 334. *t.* 251. *f.* 324.

α Ruſcus aculeatus, rotundiore & ampliore folio. *Juſſ. barr.* 1.
Bruſcus ſeu Ruſcus rotundifolius vel Myrtacantha latifolia. *Barr. rar. t.* 517.

Creſcit in Italia *ſecus vias in aſperis, ſcopulis & ſepibus, ſaxoſis & umbroſis.*

2. Ruscus foliis nudis prone floriferis.

Mas.

Ruſcus latifolius, fructu folio inſidente. *Tournef.*

Femina.

Ruſcus latifolius, fructu folio inſidente. *Tournef. inſt.* 79. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 63.
Ruſco affinis altera. *Cæſalp. ſyſt.* 223.
Laurotaxa epiphyllocarpos victoriola quibusdam. *Pluk. alm.* 208.
Laurus alexandrina, fructu folio inſidente. *Bauh. pin.* 305.
Laurus alexandrina vera. *Barr. rar. t.* 250. *opt.*
Laurus alexandrina. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 574. *deſcr.*
Laurus alexandrina vera. *Dalech. hiſt.* 206.
Laurus alexandrina Chamædaphne. *Col. ecphr.* 1. *p.* 165. *fig. opt.*

α Ruſcus latifolius fructu in medio foliorum extra pendente. *Dill. elth.* 333. *t.* 251. *f.* 323.

α Ruſcus latifolius, ſive Laurus alexandrina, fructu in medio foliorum extra pendente. *Till. piſ.* 149. *Dill. elth. t.* 251. *f. intima.*

Creſcit in Italia.

Folia

Folia communiter a latere inferiore foliorum flores promunt, hinc inde obſervantur tamen rarius a latere ſuperiore.

3. Ruscus foliis ſupine floriferis ſub foliolo.

Mas.

Ruſcus anguſtifolius &c. *Tournef.*

Femina.

Ruſcus anguſtifolius, fructu foliolo innaſcente. *Tournef. inſt.* 79. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 63.
Ruſco affinis prima vulgo Biſlingua & Bonifacia. *Cæſalp. ſyſt.* 222.
Bonifacia ſive Biſlingua. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 575.
Hippogloſſum ſive Biſlinga. *Barr. rar. t.* 249.
Hippogloſſon Bonifacia. *Lob. hiſt.* 362.
Hippogloſſum. *Dod. pempt.* 745.
Laurotaxa plinii. *Pluk. alm.* 209.
Laurus Taxa. *Dalech. hiſt.* 205.
Laurus alexandrina theophraſti 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 278.
Laurus alexandrina, fructu pediculo inſidente. *Bauh. pin.* 304.

Creſcit in Ungariæ montibus; in montanis umbroſis alpium Liguriæ *frequentiſſima.*

4. Ruscus foliis margine floriferis. *Hermaphroditus.*
Ruſcus anguſtifolius e foliorum ſinu florifer & baccifer. *Dill. elth.* 332. *t.* 250. *f.* 322.
Laurotaxa epiphyllocarpos, crenatis foliis, maxima e ſingulis foliorum crenis baccifera, ex inſula palma. *Pluk. mant.* 114.
Laurus alexandrina palmenſis, baccis e crenis foliorum prodeuntibus. *Petiv. muſ.* 258.
Creſcit in Canariis.

5. Ruscus racemo terminatrici. *Hermaphroditus.*
Ruſcus anguſtifolius, fructu ſummis ramulis innaſcente. *Tournef. inſt.* 79. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 63.
Laurotaxa anguſtifolia ramoſa in ſummitate caulium frugifera. *Pluk. alm.* 209.
Laurus alexandrina ramoſa, fructu e ſummitate caulium prodeunte. *Herm. lugdb.* 360. 679. *f.* 681.
Laurus alexandrina, fructu longis pediculis caulibus alligato. *Moriſ. bleſ.* 279.
Hippogloſſum anguſtiſſimis foliis, baccis ex oblongis petiolis in extrema ramorum dependentibus. *Breyn. prod.* 1. *p.* 39.
Creſcit . . . .
In tantum differt hæc a reliquis calice, corolla & reliquis partibus, ut diſtincto ſub genere & nomine tradi poſſet: Corolla enim & calyx coaliti in unum corpus carnoſum, ore conniventes, decidentes tandem; at ſtaminum nota in hoc genere eſſentialem characterem præbet.

Classis XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

MUSA. *g. pl.* 768. *Muſ. Cliff.* 14.

1. MUSA racemo ſimpliciſſimo.
   Muſa ſerapionis, Ficus indica. *Herm. muſ.* 70. *Burm. zeyl.* 164.
   Muſa Cliffortiana reliqua exhibet ſynonyma & varietates.
   Creſcit ſponte in India Orientali *calidiori.*
   Floruit in Horto Cliffortiano, utroque anno quo Horti hoſpes fui, anno ſcilicet 1736 & 1737; *horum priorem publicavit Illuſtris Cliffortius in opere ſpeciali Muſa Cliffortiana, me authore, edita Lugduni* 1736. 4^to^, *ubi hiſtoriam plantæ adumbravimus, cum autem iſte Liber prodiit primis quibus florebat diebus Muſa, ſequentes obſervationes, quas dein colligere datum, hic inſerimus.*

Pag. 13. *linea ultima. adde* 8. STRATIOTES gen. plant. 454.
Pag. 16. *ante iridem inſerantur.* 6. MARANTA. gen. plant. 826.
7. KÆMPFERIA. gen. plant. 827.
8. ALPINIA. gen. plant. 828
9. THALIA. gen. plant. 906.
Pag. 16. *poſt iridem inſerantur.* 11. GLADIOLUS. gen. plant. 27.
12. SISYRINCHIUM. gen. plant. 689.
Pag. 18. *lin.* 30. omnino *adde* ſed anguſtior.
lin. 32. ſubulata *adde* horum ſextum intra nectarium collocatum, dimidio brevius, absque anthera ulla fœcunda.
Pag. 20. *poſt characterem Boerhaavianum, adde*

GARCIN. *act. angl.* 1730. §. 415. *p.* 384. *t.* 2.

Muſa *eſt planta liliacea; flore irregulari, incompleto & hermaphrodito, compoſito e tubo, qui adnatus eſt ovario & ſummo diviſus in certos lobos, perſonatum referente. Ovarium tubo adhærens, eſt triangulare, incurvum, adnatum parietibus floris, ſtylus terminatus capitulo. Fructus carnoſus, ſucculentus, diviſus in tria loculamenta, pulpa repletus. Semina tenuia teretia adnexa placentæ oblongæ axis inſtar.*

P. 22. Radix *potius obtuſus bulbus eſt narciſſi inſtar; adeoque totus caulis vix niſi continuatio bulbi.*
P. 23. *lin. ultima. adde cum ſpathæ quadraginta cum ducentis floribus maſculis deciderunt, prodiere* Spathæ *nonnullæ minimæ (omnes enim erant per gradus vix conſpicuos minores) floribus caſſæ, quæ exſuccæ perſiſtebant, nigreſcebant, dehiſcebant.*
Corolla decidebat in omnibus floribus femininis, perſiſtebant vero in maſculis ſed exſiccabantur, nigreſcebant, exceptis germinibus viridibus, non vero adcreſcentibus.
P. 24. *poſt lineam antepenultimam. Pulpa dulciſſima fructus erat, & glutinis inſtar melle impræg-nati, ad ficum proxime accedens; ſemina nulla. Fructus omnes per octo dies modo conſervari potuere, ponderati libras* 2 *cum dimidia exhibuere.*
P. 31. lin. 20. *Florere incepit* 1736. *Jan.* 24 *& deſiit.* 1736. *Mart.* 24. *floruit itaque per menſes duos; Fructum maturuit* 1736. *Julio* 3. *maturitatem itaque adeptus eſt fructus per menſes ſex.*
P. 31. linea ultima. *Spatha ſexta erat prima quæ flores maſculinos continebat, quam ſecutæ ſunt circiter quadraginta conſimiles maſculiferæ, ſub ſingula harum flores quinque, raro tres, quatuor, vel ſex, ergo flores maſculini ſimul numerati ducenti fuere.*
P. 32. poſt. §. γ. inſere. *Poſtquam gravida facta fuit Muſa, ſordida apparuit & conſpurcata, reliquæ vero Muſæ virgines, nitidiſſimæ; ratio fuit, quod partu inſtante exſudabat e foliorum diſco ros inviſibilis, pinguis, dulciſſimus, cui adhæſit farina.*
P. 33. poſt §. δ. *ſi Narciſſi bulbus radix, utique & Crini caulis radix erit, adeoque & ſcapus muſæ abſolute bulbus eſt.*
P. 33. poſt §. ε. *Caulis tectus baſibus foliorum, imbricatis, quarum ſingulæ tunicæ carnoſæ & diſtentæ erant, digitisque preſſæ reſiſtentes, at ultimo quo vixit menſe, periit tonus ſquamarum, totusque caulis leucophlegmatia correptus mollis & quaſi coctus; tandem die tertia junii inflectebatur, nec præ debilitate amplius perſiſtere potuit.*
P. 34. poſt. §. ε. *E foliorum marginibus, præſertim in tenellis exſtillat tempore matutino aqua inſipida guttatim, at dum frangebatur aqua amariſſima.*

poſt §. 7. *flaveſcunt tandem folia & pereunt, non vero decidunt, antequam fructus maturitatem adepti erant fere omnia emarcuere.*

Pag. 35. poſt. §. 7. *Inter flores maſculinos erat flos admodum ſingularis a reliquis omnibus diverſiſſimus. Petala, ſtamina & piſtilla ordinaria, reliquis maſculinis ſimillima. Sed petalo ordinario quinquedentato opponebatur aliud petalum conſimile, ſed paulo brevius, multo anguſtius, apice acuminato integerrimo. Nectaria duo erant, vulgari ſimillima, ſed planiora, oppoſita, cum petalis alterna. Ergo nec Muſa Boſiana, nec Plumeriana, nec malabarica, nec Anglicana (eodem anno florens) a Cliffortiana ſpecie diverſa; patet hinc luſus iſtorum, qui e Muſis Plumieri plures ſpecies conſtituunt, quas & refellit Bihai Plumieri.*

Pag. 36. poſt. §. 0. *Stamina in floribus femineis ſex, quorum quod intra nectarium collocatur anthera gaudet, reliqua vero quinque ſæpius iis deſtituuntur; at in maſculis floribus quod intra nectarium ſitum eſt ſæpius anthera caret, reliqua vero quinque iis gaudent.*

Pag. 37. poſt. § 8. *Fructus e planta excerptus, poſt octiduum niger evadit quoad cruſtam a pulpa diſcedentem, non tamen dehiſcens.*

Pag. 37. poſt §. 27. *Hinc in petiolis & foliis cellulæ intra tunicas maximæ perſpicuæ ſunt, clariusque apparent quam armato oculo Malpigii in aliis plantis.*

Quæ autem Muſa 1737. menſe aprili florere incepit, longe majorem produxit racemum & fructificationibus uberiorem, in omnibus alias præcedenti ſimillima.

VALANTIA. *g. pl.* 770.

1. VALANTIA procumbens glabra.
Valantia quadrifolia verticillata. *Tournef. act.* 1706. *p.* 86. *Dill. gen.* 147.
Valantia annua quadrifolia verticillata, floribus ex viridi-palleſcentibus, fructu echinato. *Mich. gen.* 13. *t.* 7.
Cruciata muralis romana. *Col. ecphr.* 1. *p.* 297. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 328. *ſ.* 9. *t.* 21. *f.* 2.
Aſperula obtuſo folio. *Barr. rar.* 541. *f.* 2.
Rubeola echinata ſaxatilis. *Bauh. pin.* 334.
Rubia quadrifolia, verticillato ſemine. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 719.
Creſcit in arenoſis, aſperis, ſaxoſis, maritimis, ſiccis & antiquis parietibus circa Maſſiliam, Monſpelium, Nemauſum, Romam, Liburnum *in muris Horti Farneſiani, in thermarum Diocletiani ruinis.*
Hæc glaberrima eſt, minor, procumbens tota, vix apicibus ramorum aſcendens, vix petiolis piloſis, fructu glabro, hinc ſynonyma prædicta nonnulla ad ſequentem amandari poſſent, ni ab Authoribus imperfecte propoſita.

2. VALANTIA erecta hiſpida.
Cruciata tomentoſa, floſculis luteis in corniculis longis hiſpidis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 149.
Creſcit forte in Italia.
Hæc antecedenti duplo major, minus vel vix ramoſa, ſemipedis altitudine, caule & fructu pilis hiſpidis rigidiuſculis obſito, flores ut in præcedenti exacte. Folia quaterna, quæ verticillatim horizontaliter ambiunt caulem erectum; at in præcedenti, dum caulis procumbit, ut ſervent horizontale planum, ad unum latus patent folia.
Dicta eſt planta minima, fructificationis ſtructurâ ſingularis a Sebaſtiano Vaillantio, *Botanico dum vixerat excellentiſſimo, qui in generibus parem vix habuit, in plantis minimis vix ſuperiorem. Hoc genus a reliquis verticillatis diſtinctiſſimum eſt adeo, ut prius concederem omnia reliqua ſtellatarum genera in unum conjungi, quam hoc cum ullo miſceri.*

VERATRUM. *g. pl.* 769.

1. VERATRUM.
α Veratrum flore ſubviridi. *Tournef. inſt.* 272. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 296.
Helleborus albus, flore ſubviridi. *Bauh. pin.* 186. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 485. *ſ.* 12. *t.* 4. *f.* 1.
Helleborus albus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 634.
Helleborum ſive Veratrum album. *Dod. pempt.* 383.
Elleborus albus, exalbido flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 274.
Elleborus albus matthioli. *Dalech. hiſt.* 1632.
Elleborum album. *Cæſalp. ſyſt.* 580.
β Veratrum flore atro-rubente. *Tournef.*
Helleborus albus, flore atro-rubente. *C. B. Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 485. *ſ.* 12. *t.* 4. *f.* 1.
Creſcit α *in* Græciæ, Italiæ, Helvetiæ, Pannoniæ *& Auſtriæ montibus, at* β *in ſylvis cæduis* Ungariæ.

HOLCUS. *g. pl.* 883.

1. HOLCUS glumis glabris.
Milium arundinaceum, ſubrotundo ſemine, Sorgo nominatum. *Bauh. pin.* 26. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 196. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 7. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 162.
Milium arundinaceum ſive indicum, ſemine ſubrotundo. *Bauh. theatr.* 511.

Milium

Milium indicum, arundinaceo caule; granis flaveſcentibus. *Sloan. flor.* 25.
Melica. *Cæſalp. ſyſt.* 181.
Melica ſive Sorghum. *Dod. pempt.* 508.
Sorghi. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 447.
α Milium arundinaceum, ſubrotundo ſemine albo, Sorgo nominatum. *Tournef. inſt.* 514.
β Milium arundinaceum, ſubrotundo ſemine luteo, Sorgo nominatum. *Tournef.*
Creſcit in India Orientali *&* Occidentali.

2. Holcus glumis villoſis.
Sorghi album, Milium indicum, Dora. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 449. *deſcr.*
Milium arundinaceum, plano alboque ſemine. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 514. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 196.
Creſcit cultum cereale in Arabia *circa urbem Arnam*, *in* Sicilia *&* Epiro; *an ſponte?*

Parietaria. *g. pl.* 771.

1. Parietaria foliis lanceolato-ovatis.
Parietaria officinarum & dioſcoridis. *Bauh. pin.* 121. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 600. *ſ.* 5. *t.* 30. *f.* 1.
Parietaria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 976. *Dod. pempt.* 102.
Helxine ſive Parietaria. *Lob. hiſt.* 130.
Helxine vulgo Parietaria. *Cæſalp. ſyſt.* 169.
Helxine. *Dalech. hiſt.* 1241.
α Parietaria minor, ocymi folio. *Bauh. pin.* 121.
Parietaria ſicula, alſines folio. *Bocc. ſicc.* 47. *t.* 24. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 600.
Creſcit in ruderatis & muris frequentiſſima per Angliam, Galliam, Italiam, *inque* Belgio.
Varietas α foliis gaudet ovatis, acutis & hæc in muris ſeu locis ſiccis creſcit, at lanceolata & majora producit ſi colatur in Hortis, uti vulgaris prior planta.

Atriplex. *g. pl.* 772.

1. Atriplex caule erecto annuo, foliis triangularibus.
Atriplex ſativa. *Dalech. hiſt.* 535. *Lob. hiſt.* 127.
Atriplex rubra & alba hortenſis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 970.
Atriplex hortenſis alba ſive pallide virens. *Bauh. pin.* 119. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 607. *ſ.* 5. *t.* 32. *f.* 13. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 89.
Atriplex hortenſis. *Dod. pempt.* 615.
Atriplex. *Cæſalp. ſyſt.* 160.
Atriplex ſpuria alba (vel rubra) hortenſis. *Volk. norib.* 53.
α Atriplex hortenſis rubra. *Bauh. pin.* 119.
β Atriplex hortenſis nigricans. *Tournef. inſt.* 505.
Creſcit . . . .

2. Atriplex caule annuo, foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis.
Atriplex anguſto oblongo folio. *Bauh. pin.* 119. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 609. *ſ.* 5. *t.* 32. *f.* 15. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 89.
Atriplex anguſtifolia vulgaris, cum folliculis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 973.
Atriplex ſilveſtris 1 matth:, polygoni folio. *Dalech. hiſt.* 536.
Atriplex ſylveſtris polygoni aut helxines foliis. *Lob. hiſt.* 129.
Atriplex ſylveſtris anguſtifolia. *Raj. hiſt.* 192.
Atriplex ſilveſtris humillima. *Dod. pempt.* 615.
Atriplex ſpuria, folio oblongo-anguſto. *Volk. norib.* 53.
Creſcit locis ruderatis, inque hortis oleraceis, cultis frequens per Europam.

3. Atriplex caule annuo, foliis deltoideo-lanceolatis obtuſe dentatis, ſubtus farinaceis.
Atriplex maritima. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 974.
Atriplex maritima laciniata. *Bauh. pin.* 120. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 607. *ſ.* 5. *t.* 32. *f.* 17. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 89.
Atriplex marina. *Dod. pempt.* 615. *Dalech. hiſt.* 537.
Atriplex marina repens. *Lob. hiſt.* 128.
Atriplex ſpuria laciniata maritima. *Volk. norib.* 53.
Creſcit in littoribus maritimis Angliæ, Belgii *&c.*

4. Atriplex caule fruticoſo, foliis deltoidibus integris.
Atriplex latifolia ſive Halimus fruticoſus latifolius. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 607. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 89.
Halimus latifolius ſive fruticoſus. *Bauh. pin.* 120.
Halimus. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 53. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 227. *Lob. hiſt.* 214.
Halimum alterum. *Cæſalp. ſyſt.* 160.
Creſcit in ſepibus maritimis Ulyſſippone, *vicinisque locis ad* Tagum *aut ejus oſtia & æſtuaria mari proxima*, Hiſpali, Meſſanæ.

Dioecia.

Fraxinus. *g. pl.* 773.

1. Fraxinus floribus nudis.

Hermaphroditus.

Fraxinus excelsior. *Bauh. pin.* 416.
Fraxinus vulgatior. *Bauh. hist.* 1. *p.* 174.
Fraxinus. *Dod. pempt.* 833. *Lob. hist.* 545. *Dalech. hist.* 83.
α Ornus vulgaris excelsior, racemis florum confertis, fructu longiore cordiformi. *Mich. gen.* 223.
β Ornus vulgaris excelsior, racemis florum confertis, fructu longiore acuto. *Mich.*
γ Ornus italica præcox non ita excelsa, folio minori, racemis florum confertis, fructu ampliore acuto. *Mich. t.* 103.
δ Ornus italica humilior, foliis minoribus & acutioribus, racemis florum inter se longe distantibus, fructu oblongo. *Mich.*

Femina.

Fraxinus excelsior frugifera fœmina. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 171.
Fraxinus excelsior. *C. B.*
Fraxinus vulgatior. *J. B.*
Fraxinus. *Dod. Lob. Dalech.*
α Ornus eadem. *Mich.*
β Ornus eadem. *Mich.*
γ Ornus eadem. *Mich.*
δ Ornus eadem. *Mich.*

Crescit in sepibus & juxta agros, locis præsertim lapidosis sat frequens per Europam.

2. FRAXINUS floribus completis.

Hermaphroditus.

Ornus vulgaris fructifera. *Pont. anth.* 300.
Ornus. *Dalech. hist.* 83. *fig. pessima.*
Fraxinus humilior sive altera theophrasti, minore & tenuiore folio. *Bauh. pin.* 416. *Boerh. lugdb.*
Fraxinus tenuiore & minore folio. *Bauh. hist.* 1. *p.* 177.

Mas.

Ornus vulgaris sterilis. *Pont. anth.* 300.
Fraxinus excelsior, flore petalode mas. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 171. *nomine tenus.*
Fraxinus florifera botryoides. *Morif. præl.* 265. *Angl. hort.* 33. *t.* 9.

Crescit in Italia, *in montibus* Lugduno *in Gallia vicinis.*

Hæc adeo similis est antecedenti structurâ, ut non mirum quod a Rajo pro varietate prioris habita sit, cum autem talis varietas, e detectis hactenus principiis, non percipiatur, pro distincta eandem exhibeo specie.

RHODIOLA. *g. pl.* 774.

1. RHODIOLA. *Fl. lapp.* 378.

Hermaphroditus masculus.

Rhodiola hermaphrodita masculina. *Fl. lapp.*
Rhodia radix. *Bauh. pin.* 286. *Bauh. hist.* 3. *p.* 683. *Dod. pempt.* 347. *Lob. hist.* 212. *Clus. hist.* 2. *p.* 65.
Anacampferos, radice rosam spirante, major. *Tournef. inst.* 264. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 289.
Telephium luteum minus, radice rosam redolente. *Morif. hist.* 3. *p.* 468. *f.* 12. *t.* 10. *f.* 8.
α Anacampferos radice rosam spirante minor. *Tournef.*

Femina.

Rhodiola feminina. *Fl. lapp.*
Rhodia radix. *Raj. hist.* 690.
Rosea rivini & officinarum. *Rupp. jen.* 72.
α Anacampferos . . . .

Crescit in summis alpium jugis: in alpibus Lapponicis, Helveticis, Cambricis, Eboracensibus, Durrenstain *&c. locis apricis nudis sabulosis.*

Hermaphroditus gaudet corolla flava, calyce corolla germineque quadrifidis, staminibusque octo, non raro tamen unam quartam partem numeri in fructificatione addit, præsertim in primis floribus, corolla calyce duplo longior est. Hic abortit semper adeoque maris officium, nec feminæ, præstat: hæc planta caule instruitur paulo laxiori altiori. Hujus figuram dedere omnes.

Feminæ *calyx corollaque semper quadrifida, colore purpurascente obsoleto, nec distinctæ sunt inter se calyx & corolla figura aut insertione, sed corolla brevis ut calyx, stamina nulla. Nectaria ut in mare; pistilla in hac: styli evidentes quatuor, calyce longiores, qui in mare obsoleti; hæc fructum fert, familiamque propagat, statura eadem gaudet qua mas, sed paulo brevior, foliisque paulo majoribus vivacioribus, cauleque firmiore.*

Varietas α *eodem modo sexu distincta est.*

POLYOECIA.

EMPETRUM. *g. pl.* 775.

1. EMPETRUM procumbens.

Hermaphroditus.	*Androgynus.*	*Mas.*	*Femina.*
Empetrum hermaphroditum. *Fl. lapp.* 379. Empetrum montanum fructu nigro. *Tournef. inst.* 579. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 173. Erica baccifera procumbens nigra. *Bauh. pin.* 486. Erica baccifera matthioli. *Bauh. hist.* 1. *p.* 526. *Dalech. hist.* 188. Erica coris folio. *Clus. hist.* 1. *p.* 45.	Empetrum androgynum. *Fl. lapp.* 379.	Empetrum mas. *Fl. lapp.* 379.	Empetrum femina. *Fl. lapp.* 379.

Crescit in regionibus frigidissimis, locis apricis sterilissimis Sveciæ, Norwegiæ, Lapponiæ, Finlandiæ, Russiæ &c.

Observandum quomodo ab hac differat Empetrum erectum * Empetrum lusitanicum, fructu nigro. *C. B. an hujus sit generis? an sexu differat?*

CRYP-

Classis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

PLANTÆ.

FICUS. *g. pl.* 776.

1. Ficus foliis palmatis.

Mas.	*Femina.*	*Androgyna.*
Caprificus plinii. *Bauh. hist. Tournef.*	Ficus communis. *Bauh. pin.* 457. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 259.	Erinosyce. *Pont. anth.* 230. descriptio varietatum trium.
Caprificus. *Pont. anth.* 228. descriptio varietatum duarum.	Ficus species 1—19. *Tournef. inst.* 663.	
	Ficus. *Bauh. hist.* 1. *p.* 128. *Dalech. hist.* 336. *Lob. hist.* 612. *Dod. pempt.* 812.	
	α Ficus humilis. *C. B.*	

Crescit in Europa australi: Græcia, Hispania, Italia, G. Narbonensi.

Characterem dedimus quoad flosculos masculinos secundum Hireum, cum in nostra ficu numquam antheras reperire potuerim; Hire stamina tria pingit, Cel. *Pontedera vero quinque.*

Mira est structura floris nec ulli assimilanda. Mira copula planta, a Cel. Pontedera *omnium elegantissime descripta. Ichneumones cupidinis hic gerant vices, admirabili naturæ lege.*

Mas flores gerit ex flosculis masculis & femineis constructos, qui a parte feminina steriles sunt. Feminæ flores solis flosculis femineis constant. Androgyna in eadem arbore alios gerit ut femina, alios ut Mas flores compositos.

2. Ficus foliis cordatis integerrimis acuminatis.
Ficus malabarienſis, folio cuſpidato, fructu rotundo parvo gemino. *Pluk. alm.* 144. *t.* 178. *f.* 2.
Arealu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 47. *t.* 27.
Crescit in arenosis petrosis & etiam in arboribus Malabariæ.
Arbor est a Malabaris Deo Vistnu sacrata, quem sub ea natum esse & flores sustulisse gentiles fantur; estque ex religione ipsorum hanc adorare, quamobrem ab incolis christianis Arbor Diaboli *nominatur. Rheed.*

3. Ficus foliis cordatis subrotundis integerrimis.
Ficus nymphææ folio. *vulgo.*
Crescit (in Barbados ut fertur) certe in America.
Caulis *pedalis, cinereus, lævis, stigmatibus foliorum notatus.* Rami *ramosi, virides, cicatricibus albis.* Folia *ovata, obtusa, glabra, integerrima, plana, magnitudine manus, crassa, basi ad petiolum cordati folii instar excavata, subtus albo-glauca, venis transversalibus.* Petioli *longitudine foliorum, teretes, patuli;* stipulæ *ad exortum petiolorum duæ, deciduæ. Folia bis in anno decidunt; apud nos numquam fructificationem produxit.*

4. Ficus foliis ovatis integerrimis obtusis, caule inferne radicato.
Ficus bengalensis, folio subrotundo, fructu orbiculato. *Comm. hort.* 1. *p.* 119. *t.* 62.
Ficus americana, latiori folio venoso ex curacao. *Pluk. alm.* 144. *t.* 178. *f.* 1?
Peralu. *Rheed. mal.* 1. *p.* 49. *t.* 28?
Crescit in Bengala.
Caulis inferne radiculas exerit, quæ terram petunt, & intra eam se insinuant, caulemque firmant.

5. Ficus foliis lanceolatis integerrimis.
Crescit forte in America.
Arbor procera; caulis erectus, pollicis unius vel alterius crassitiei, brunnus, cortice tenui rimoso debiscente discedente; rami rariores, ramis ultimis simplicibus & tenellis. Folia *ovato-lanceolata, lævia, integerrima, vix spithamæa, petiolis quadruplo brevioribus insidentia, utrinque viridia, venosa, punctis raris tamquam poris pallidis notata.* Stipulæ *lanceolatæ, caducæ, pares, pallidæ, petiolo longiores.*

FILICES.

EQUISETUM. *g. pl.* 777.

1. Equisetum arvense. *Fl. lapp.* 130.
Equisetum arvense, longioribus setis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 247. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 107.
Equisetum minus terrestre. *Bauh. hist.* 3. *p.* 730.
Hippuris minor cum flore. *Dod. pempt.* 73.

Crescit

Creſcit inter ſegetes & ad agrorum margines, in ſolo ſpongioſo, frequens per Europam.
Cum caules floriferi nudi marceſcunt ſæpius antequam caules ramoſi prodeant, videtur mihi ſexus in hac ſpecie diſtinctio dubia.

2. EQUISETUM paluſtre. *Raj. ſyn.* 131. *Fl. lapp.* 392.
Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 242. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 107.
Creſcit in paludibus, ſolo limoſo per Europam.

OSMUNDA. *g. pl.* 778.

1. OSMUNDA fronde pinnatifida caulina, pinnis lunulatis. *Fl. lapp.* 389.
Oſmunda foliis lunatis. *Tournef. inſt.* 547. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 27.
Lunaria racemoſa minor & vulgaris. *Bauh. pin.* 354. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 594. *ſ.* 14. *t.* 5. *f.* 1.
Lunaria botrytis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 710.
Lunaria botrytis minor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 118.
Lunaria minor cognominata, ſeu racemoſa ophioglоſſæ affinis. *Cæſalp. ſyſt.* 600.
Lunaria. *Dod. pempt.* 139.
α Oſmunda, foliis lunatis, ramoſa. *Tournef. inſt.* 547.
Lunaria racemoſa ramoſa major. *Bauh. pin.* 355.
Lunaria botrytis minor multifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 711.
β Lunaria racemoſa minor, adianthi folio. *Breyn. cent.* 183. *t.* 93.
Creſcit hinc inde in campeſtribus pratis per Europam.

2. OSMUNDA frondibus duabus decompoſitis, foliolis lanceolatis laciniatis.
Lunaria racemoſa, multifido folio. *Bauh. pin.* 355. *Breyn. cent.* 184. *t.* 95.
Lunaria minor ramoſa. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 119.
Creſcit rarius in Europa.
An ſola varietas præcedentis.

3. OSMUNDA frondibus caulinis ſimpliciter pinnatis, pinnis lanceolatis.
Oſmunda vulgaris & paluſtris. *Tournef. inſt.* 547. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 595. *ſ.* 14. *t.* 5. *f.* 1, 2, 3, 4, 5, 6. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 27.
Oſmunda regalis ſive Filix florida. *Plum. fil. XXXV. t. B. f.* 4.
Oſmunda. *Lob. hiſt.* 474.
Filix floribus inſignis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 736.
Filix floreſcens tragi. *Dalech. hiſt.* 1224.
Filix paluſtris. *Dod. pempt.* 463.
Filix ramoſa non dentata florida. *Bauh. pin.* 357.
Creſcit in locis riguis paluſtribus, putridis, ſylveſtribus hinc inde in Germania, Gallia, Anglia, Belgio.

4. OSMUNDA frondibus radicatis quater alternatim pinnatis, ſcapo nudo, pedunculis alternis alternatim ſpicatis.
Oſmunda, filiculæ folio, minor. *Plum. ſpec.* 15. *Tournef. inſt.* 547.
Oſmunda filiculæ folio altera. *Plum. fil.* 138. *t.* 161.
Creſcit in inſulæ Sandominicanæ *ſylvis rarius.*

5. OSMUNDA frondibus pinnatis, foliolis ſuperioribus baſi connatis: omnibus lanceolatis pinnato-ſinuatis.
Polypodium ſenſibile. *Moriſ. hiſt.* 289. *t.* 289. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 25.
Polypodium virginianum majus, oſmundæ facie, tenerius. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 563. *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 10.
Filix ſeu Polypodium indianum, foliis profunde ſinuoſis marrubii aquatici æmulis. *Pluk. alm.* 153. *t.* 30. *f.* 3.
Herba viva, foliis polypodii. *Bauh. pin.* 359.
Creſcit in Virginia.
Hæc apud nos numquam floruit; quantum ex ſpecimine quodam ſicco Gronoviano concludere licuit, hujus generis eſt.
Attrectata manibus nudis marceſcere dicitur.

OPHIOGLOSSUM. *g. pl.* 779.

1. OPHIOGLOSSUM folio ovato, ſpica diſticha.
Ophioglоſſum vulgatum. *Bauh. pin.* 548. *Plum. fil. XXXVI. t. B. f.* 5. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 27.
Ophioglоſſum ſive Enneaphyllum. *Lob. hiſt.* 471.
Ophioglоſſon. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 708. *Dod. pempt.* 139.
Lingua ſerpentina, quibusdam Ophioglоſſa. *Cæſalp. ſyſt.* 600.
α Ophioglоſſum anguloſo folio. *Bauh. pin.* 354. *prod.* 150.
β Ophioglоſſum minus, ſubrotundo folio. *Bauh. pin.* 354.
γ Ophioglоſſum bilingue majus, folio acuto. *Tournef. inſt.* 548.
δ Ophioglоſſum bilingue medium, folio obtuſo. *Tournef.*
ε Ophioglоſſum bilingue minimum. *Tournef.*
Creſcit in paſcuis humidioribus per Europam.

2. OPHIOGLOSSUM frondibus ſimpliciter pinnatis ſerratis, ſcapis alternatim ſpicatis, caule ſquamaſo ſcandente.
Lingua cervina ſcandens, foliis laurinis ſerratis. *Plum. ſpec.* 14. *fil.* 102. *t.* 117. *Tournef. inſt.* 545.
Filix ſcandens latifolia ſerrata. *Plum. amer.* 8. *t.* 12.
Filix ſcandens jamaicenſis, pinnatis fraxini foliis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 571.
Filix major ſcandens in pinnas tantum diviſa oblongas latasque non crenatas. *Sloan. flor.* 17. *hiſt.* 1. *p.* 83. *t.* 38.

Creſcit

Creſcit in inſula Martinicana & Jamaica *locis montoſis arbores ſcandens.*
Spicæ hæ non parum differunt ab ophioglossis reliquis, proin hoc attente examinent in loco natal conſtituti Botanici, adque certius genus referant.

3. OPHIOGLOSSUM caule flexuoſo, frondibus oppoſitis pinnatis, foliolis utrinque ſpiciferis.
Filix ſcandens perpulchra braſiliana. *Breyn. cent.* 185. *t.* 96.
Lonchitis ſcandens braſiliana, pinnulis eleganter laciniatis. *Tournef. inſt.* 539. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 568. *f.* 14. *t.* 3. *f.* 15
Phyllitidi multifidæ affinis Filix ſcandens in pinnas tantum diviſa oblongas anguſtas laciniatas. *Sloan. flor.* 19 *hiſt.* 1. *p.* 88.
Creſcit in Jamaica, Braſilia.
Si Ophiogloſſum fronde palmata baſi ſpicifera * Ophiogloſſum palmatum. Plum. fil. 139. t. 163 *ſit ophioglossi vera ſpecies, utique & prædicta planta; hæc enim, in foliis lanceolatis, e ſerraturarum apicibus ſpicas parvas utrinque profert.*

PTERIS. *g. pl.* 780.

1. PTERIS fronde ſimplici quinquangula producta tripartita: intermedia aliquoties trifida, lateralibus bifidis.
Hemionitis profunde laciniata ad oras pulverulenta. *Plum. ſpec.* 15. *amer.* 24. *t.* 34. *fil.* 130. *t.* 152.
Hemionitis foliis atrovirentibus maxime diſſectis ſeu Filix geranii robertiani folio. *Sloan. flor.* 15. *hiſt.* 1. *p.* 73.
Filix hemionitis americana, petroſelini foliis profunde laciniatis. *Pluk. alm.* 155. *t.* 280. *f.* 5.
Adiantum monophyllum americanum, foliis profunde laciniatis ad oras pulverulentum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 592.
α Filix hemionitis americana ſpecioſa, folio ſecuris romanæ figuram æmulante. *Pluk. alm.* 155. *t.* 36. *f.* 4.
Creſcit in ſylvis & nemoribus diſſitis inſulæ La Tortuë, Sandominicanæ, Jamaicæ.

2. PTERIS fronde pinnata, foliolis ſubovatis repandis obtuſis.
Trichomanes argenteum ad oras nigrum. *Plum. ſpec.* 13. *fil.* 57. *t.* 75.
Thichomanes majus, pinnis ſinuatis ſubtus niveis. *Sloan. flor.* 17. *hiſt.* 1. *p.* 80. *t.* 35. *f.* 1.
Creſcit in rupibus, & ſylvis inſulæ Sandominicanæ & Jamaicæ.

3. PTERIS fronde pinnata, foliolis lanceolato-linearibus integerrimis ſeſſilibus erectiuſculis.
Lingua cervina latifolia membrana tenui marginata. *Plum. fil.* 88. *t.* 106.
Filix latifolia ad margines pulverulenta. *Plum. amer.* 6. *t.* 8.
Creſcit locis humentibus uliginoſis, ſylveſtribus inſulæ Sandominicanæ & Martinicæ *in aſcenſu montis de la Calebaſſe.*

4. PTERIS frondibus pinnatis radicalibus, foliolis linearibus patentiſſimis repandis baſi cordatis.
Lonchitis longis anguſtis & ad oras pulverulentis foliis. *Plum. ſpec.* 12.
Lonchitis non ramoſa, longiſſimis anguſtis & ad baſin auriculatis foliis. *Plum. fil.* 52. *t.* 69.
Filix non ramoſa, longiſſimis anguſtis & ad baſin auriculatis foliis. *Plum. amer.* 12. *t.* 18.
Creſcit juxta rivulos frequens in inſula Sandonominicana.

5. PTERIS fronde ſupra-decompoſita, foliolis pinnatis, pinnis linearibus: infimis pinnato-dentatis, imparibus longiſſimis.
Filix ramoſa pinnulis longiuſculis: partim auriculatis. *Plum. amer.* 14. *t.* 22. *fil.* 23. *t.* 29.
Filix fœmina ſeu ramoſa major, pinnulis anguſtis obtuſis non dentatis: impari ſurculum terminante longiſſima. *Sloan. flor.* 24. *hiſt.* 1. *p.* 101.
Filix fœmina ramoſiſſima jamaicenſis, pinnula alas claudente longiſſima. *Pluk. alm.* 156.
α Filix fœmina ſeu ramoſa major, pinnulis anguſtiſſimis rariſſimisque. *Sloan. flor.* 24. *hiſt.* 1. *p.* 101. *t.* 63.
Filix fœmina ramoſiſſima jamaicenſis, pinnula alas claudente longiſſima, pinnulis anguſtioribus. *Pluk. alm.* 156.
Creſcit in aridis & ſaxoſis inſulæ Sandominicanæ, Jamaicæ *&c.*

6. PTERIS fronde ſupra-decompoſita, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis; ſuperioribus minoribus.
Filix ramoſa major, pinnulis obtuſis non dentatis. *Bauh. pin.* 357.
Filix major & prior trago ſeu ramoſa repens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 735.
Filix femina. *Dod. pempt.* 462. *Dalech. hiſt.* 1222.
Creſcit in ſterilibus deſertis ſylvis, ubi terra exuſta, frequens per Europam *extra circulum arcticum, intra vero nulla.*

ADIANTUM. *g. pl.* 782.

1. ADIANTUM caule fruticoſo ſupra-decompoſito aculeato, frondibus palmatis.
Adiantum fruteſcens ſpinoſum & repens. *Plum. ſpec.* 14. *fil.* 77. *t* 94.
Filix ramoſa major, caule ſpinoſo, foliis ſeu pinnulis rotundis profunde laciniatis ſeu cerefolii foliis. *Sloan. flor.* 23. *hiſt.* 1. *p.* 99. *t.* 61. *fig. melior.*
Filix ramoſa jamaicenſis, fumariæ foliis, pediculis & rachi medio aculeatis. *Pluk. alm.* 156.
Creſcit in campis Jamaicæ & Sandominicanæ.

2. ADIANTUM fronde alternate ſupra-decompoſito, foliolis trapezii formibus acuminatis inciſo-crenatis.
Adiantum ramoſius, pediculis lucidis & nigris. *Plum. fil.* 78. *t.* 95.
Adiantum fruticoſum, coriandri folio, jamaicenſe, pediculis foliorum politiore nitore nigricantibus. *Pluk. alm.* 10. *t.* 254. *f.* 1.
Adiantum nigrum ramoſum maximum, foliis majoribus trapezii in modum figuratis. *Sloan. flor.* 23. *hiſt.* 1. *p.* 98. *t.* 59. *fig. melior.*

Creſcit in locis humentis & ſylvis circa rivulorum fluenta in inſula Sandominica & Jamaica.
Caudex ramique nigri, nitidi. Folia trapezii figura, nitida, alterna, petiolata, glabra, lateribus exterioribus & interioribus inciſo-crenatis, interjectis lacinulis fructiferis, lateribus interioribus & inferioribus integerrimis, vaſa ſubtiliſſima omnia ex angulo inſertionis prodeunt, ſingula dichotome diviſa: angulus inſertionis eſt rectus; terminatrix acuminatus; laterales obtuſi; margo intimus & extimus æqualis fere longitudinis, ſuperior & inferior inter ſe æquales ſed longiores prædictis.

3. ADIANTUM fronde decompoſita, foliolis cuneiformibus inciſis.
Adiantum nigrum majus ramoſum, coriandri folio. *Sloan. flor.* 23. *hiſt.* 1. *p.* 98.
Adiantum fruticoſum, coriandri folio, jamaicenſe, pediculis foliorum politiore nitore nigricantibus, forte Adiantum nigrum braſilianum. *Pluk. alm.* 10. *t.* 254. *f.* 1.
Creſcit in Bermudis.

4. ADIANTUM fronde ramoſiſſime diviſa, foliolis linearibus retuſis, inferne attenuatis.
Adiantum minus, foliis in ſummitate retuſis. *Plum. amer.* 34. *t.* 50. *f. b.*
Filicula pinnulis obtuſis. *Tournef. inſt.* 542. *t.* 101. *f. B.*
Creſcit in inſula Sandominicana *juxta rivos.*

HEMIONITIS. *cor. g.* 990.

1. HEMIONITIS fronde palmata, lineis ſeminalibus reticulatis.
Hemionitis aurea hirſuta. *Plum. ſpec.* 15. *amer.* 23. *t.* 33. *fil.* 129. *t.* 151.
Hemionitis folio hirſuto & magis diſſecto ſeu ranunculi folio. *Sloan. flor.* 14. *hiſt.* 1. *p.* 72. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 560. *ſ.* 14. *t.* 1. *f.* 5.
Filix Hemionitis dicta, ſaniculæ foliis, villoſa. *Pluk. alm.* 155. *t.* 291. *f.* 4.
Creſcit in inſula Martinica, Guadalupa, Sandominicana, Jamaica.

ASPLENIUM. *g. pl.* 783.

1. ASPLENIUM frondibus enſiformibus integris baſi cordatis inflexis, petiolis hirſutis.
Linguæ cervinæ 1--15. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 23.
Lingua cervina officinarum. *Bauh. pin.* 353. *Plum. fil. XXXIV. t. A. f.* 4.
Lingua cervina vulgaris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 556. *ſ.* 14. *t.* 1. *f.* 1, 2. 5. 8, 9. 11.
Phyllitis ſeu Lingua cervina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 756.
Phyllitis vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 213.
Phyllitis. *Dod. pempt.* 467. *Lob. hiſt.* 468.
α Phyllitis criſpa. *Bauh. hiſt.* 759.
β Lingua cervina multifido folio. *Bauh. pin.* 353.
γ Phyllitis laciniato folio. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 213.
Creſcit in Europæ *regionibus montoſis, exceptis borealibus Sveciæ, Norwegiæ, Finlandiæ.*

2. ASPLENIUM fronde pinnata, foliolis ſubrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 388.
Trichomanes ſeu Polytrichum officinarum. *Bauh. pin.* 356. *Plum. fil. XXVI. t. B. f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 25. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 591. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 10.
Trichomanes ſive Polytrichon. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 754.
Trichomanes. *Dod. pempt.* 471. *Lob. hiſt.* 471.
α Trichomanes foliis eleganter inciſis. *Tournef.*
Creſcit in petris frequens per Europam.

3. ASPLENIUM fronde pinnata, foliis ovatis margine ſuperiore gibbis inciſis.
Chamæfilix marina anglicana. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 573. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 25. *optima. Lob. hiſt.* 474.
Creſcit e rupium fiſſuris in inſula Angleſeis, aliisque Angliæ & Cambro-britanniæ *locis.*

4. ASPLENIUM fronde pinnatifida, laciniis alternis adnatis.
Aſplenium ſive Ceterach. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 479. *Plum. fil. XXXIII. t. B. f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 561. *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 25.
Aſplenium. *Dod. pempt.* 468. *Lob. hiſt.* 470.
Ceterach officinarum. *Bauh. pin.* 354.
Creſcit e rupium aridarum rimis fiſſurisque in Wallia, Italia *&c.*

5. ASPLENIUM fronde pinnata, foliolis falcato-lanceolatis inciſo-ſerratis baſi inferiore angulatis.
Lonchitis latifolia, pediculis lucidis & glabris. *Plum. fil.* 45. *t.* 59.
Creſcit in inſula Martinicana *ad verticem montis de la Calabaſſe.*

POLYPODIUM. *g. pl.* 784.

1. POLYPODIUM frondibus lanceolatis integerrimis glabris, caule repente ſquamoſo.
Lingua cervina ſcandens, caulibus ſquamoſis. *Plum. ſpec.* 14. *fil.* 104. *t.* 119.
Phyllitis ſcandens, caulibus ſquamoſis. *Plum. amer.* 29.
Phyllitis minor ſcandens, foliis anguſtis. *Sloan. flor.* 15. *hiſt.* 1. *p.* 73.
Filix ſarmentoſa bifrons ſ. Bryopteris ſcandens jamaicenſis inter filicem & lycopodium media. *Pluk. alm.* 156. *t.* 290. *f.* 3.
Creſcit in ſylvis Antillarum *frequentiſſima ut in* Sandominicana, Martinica, Jamaica.

2. POLY-

2. Polypodium fronde ternato-ſinuata, foliolis lateralibus bifidis: intermedio petiolato trifido majori.
Hemionitis maxima trifolia. *Plum. ſpec.* 15. *fil.* 127. *t.* 148. *amer.* 22. *t.* 39.
Hemionitidi affinis, Filix major trifida auriculata, pinnis latiſſimis ſinuatis. *Sloan. flor.* 18. *hiſt.* 1. *p.* 85. *t.* 42.
Filix ſ. Hemionitis dicta caribeorum, ampliſſimis foliis, trifoliata. *Pluk. alm.* 155. *t.* 291. *f.* 3.
Creſcit frequens per ſylvas umbroſas & ſaxa rivulis defluentibus humentia in inſ. Sandominicana, Martinica, Jamaica.

3. Polypodium fronde pinnata, foliolis lanceolatis integerrimis baſi connatis: terminatrici maxima, lateralibus patulis.
Polypodium majus aureum. *Plum. ſpec.* 13. *amer.* 25. *t.* 35. *fil.* 59. *t.* 76.
Polypodium altiſſimum. *Sloan. flor.* 15. *hiſt.* 1. *p.* 75.
Polypodium jamaicenſe majus & elatius, alis longioribus, punctis aureis averſa parte notatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 563.
Creſcit frequens in inſulis Americanis *circa vetuſtarum arborum caudices.*

4. Polypodium fronde pinnata, foliolis lanceolatis integris ſerrulatis alternis connato-ſeſſilibus.
Polypodium pinnatum, pinnis lanceolatis integris. *Fl. lapp.* 380.
Polypodium vulgare. *Bauh. pin.* 359. *Plum. fil. XXVII. t. A. f.* 2. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 562. *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 1. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 24.
Polypodium majus. *Dod. pempt.* 464.
Polypodium. *Cæſalp. ſyſt.* 593. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 746.
Creſcit in Europa *vulgaris (forte & in America) in petris earumque fiſſuris.*

5. Polypodium fronde pinnata lanceolata, foliolis lunulatis ciliato-ſerratis declinatis, petiolis ſtrigoſis.
Lonchitis aſpera major. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 566. *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 1.
Lonchitis aſpera. *Bauh. pin.* 359.
Lonchitis altera, cum foliis denticulatis ſive Lonchitis altera matthioli. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 744.
Creſcit in ſummis jugis Alpinis Helvetiæ, Baldi, Monſpelii *circa Gangem*, Avorniæ.

6. Polypodium fronde pinnatifida, foliolis lanceolatis ſinuato-pinnatifidis.
Polypodium cambro-britannicum, lobis foliorum profunde dentatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 563. *ſ.* 14. *t.* 2. *f.* 8.
Polypodium cambro-britannicum, pinnulis ad margines laciniatis. *Raj. ſyn.* 117.
Filix ampliſſima, lobis foliorum laciniatis, cambrica. *Plum. alm.* 153. *t.* 30. *f.* 1.
Creſcit in Wallia.

7. Polypodium fronde pinnata, foliolis lanceolato-linearibus undulatis acuminatis oppoſitis connatis.
Polypodium radice ſubcœrulea & punctata. *Plum. ſpec.* 13. *fil.* 60. *t.* 78.
Creſcit in inſula Martinicana *monte de la Calabaſſe.*

8. Polypodium fronde pinnata, foliolis pinnatifidis: inferioribus reflexis, paribus pinnula quadrangulari connexis.
Polypodium pinnatum, pinnis lanceolatis pennatifidis integris, inferioribus nutantibus. *Fl. lapp.* 367.
Filix minor britannica, pediculo pallidiore, alis inferioribus deorſum ſpectantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 575. *ſ.* 14. *t.* 4. *f.* 17.
α Filix virginiana non ramoſa, foliis planis, partim & dentatis, rachi medio apophyſibus foliaceis plerumque ex oppoſito, per intervalla eleganter adnexis. *Pluk. alm.* 151. *t.* 286. *f.* 2. *optima.*
Creſcit in Lapponia, Svecia, Anglia.
Varietas virginiana α *differt ſolum lacinulis ſerratis, quæ in Europæa integerrimæ ſunt, ſpecies tamen abſolute eadem.*

9. Polypodium fronde alternatim duplicato-pinnata, foliolis laciniatis.
Filicula ſaxatilis regia, pinnulis ad fumariam accedentibus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 27.
Filicula regia, fumariæ pinnulis. *Vaill. pariſ.* 52. *t.* 9. *f.* 1.
Creſcit in Svecia & Gallia.

10. Polypodium fronde duplicato-pinnata, foliolis obtuſis crenulatis, petiolo ſtrigoſo.
Polypodium duplicato-pinnatum, pinnulis obtuſis crenulatis. *Fl. lapp.* 385.
Filix non ramoſa dentata. *Bauh. pin.* 358. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 578. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 6.
Filix vulgo mas dicta, ſive non ramoſa. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 737.
Filix mas. *Dod. pempt.* 462. *Lob. hiſt.* 473.
Dryopteris. *Dalech. hiſt.* 1227.
Creſcit ſolo pingui in nemoribus juxta vias & lapides frequens in Svecia, in Anglia, Gallia perque maximam partem Europæ.
Pluribus modis variat hæc ſpecies, quæ facile tamen dignoſcitur a petiolo in averſa parte ſtrigoſo.

Acrosticum *g. pl.* 785.

1. Acrosticum fronde pinnata, foliolis linguiformibus integerrimis glabris.
Lingua cervina aurea. *Plum. fil.* 87. *t.* 104.
Lonchitis paluſtris maxima. *Sloan. flor.* 15. *hiſt.* 1. *p.* 76.
Filix americana maxima aurea non ramoſa, alis integris alternis planis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 571.
Filix ſimpliciter pinnatis foliis ſeu Phyllitis ramoſa jamaicenſis maxima, averſa parte ferruginea lanugine circumquaque obducta. *Pluk. alm.* 154. *t.* 288. *f.* 1.
Filix paluſtris aurea, foliis linguæ cervinæ. *Plum. amer.* 5. *t.* 8.
Creſcit locis paluſtribus & humentibus in Jamaica & Sandominicana.

2. Acrosticum fronde pinnata, foliolis oblongo-ovatis vix cordatis hirſutis obſolete ſerratis.
Filix minor, ruffa lanugine tota obducta, in pinnas tantum diviſa raras non crenatas ſubrotundas. *Sloan. flor.* 19. *hiſt.* 1. *p.* 87. *t.* 45. *f.* 1.
Creſcit in America.

3. Acrosticum fronde pinnata, foliolis digitatis, pinnis linearibus: intermedia longiori.
Lingua cervina triphylla anguſta & leviter ſerrata. *Plum. ſpec.* 15. *fil.* 123. *t.* 144.
Phyllitis ramoſa trifida. *Sloan. flor.* 19. *hiſt.* 1. *p.* 88. *t.* 45. *f.* 2.
Filix jamaicenſis non ramoſa trifoliata anguſtifolia, caule lævi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 572.
Creſcit juxta rivulorum fluenta, e ſaxorum rimis aut inter ipſa ſaxa, in inſ. Sandominicana & Jamaica.

4. Acrosticum fronde duplicato-pinnata, pinnis oppoſitis, pinnulis lanceolatis obtuſis ſerratis ſeſſilibus alternis.
Filix africana floridæ ſimilis, in ambitu foliorum argute denticulata. *Pluk. alm.* 156. *t.* 81. *f.* 5.
Creſcit in Africa *ſi fides Plukenetio.*

5. Acrosticum fronde alternatim duplicato-pinnatum, pinnis lanceolatis ſeſſilibus: inferioribus ſerratis inciſis.
Filix non ramoſa minor, caule nigro, ſurculis raris, pinnulis anguſtis dentatis raris brevibus acutis ſubtus niveis. *Sloan. flor.* 20.
Adiantum calomelanos americanum, ſeu Adiantum nigrum, foliis prona parte candidiſſimis. *Pluk. alm.* 11. *t.* 124. *f.* 3.
Adiantum nigro ſimile, albiſſimo pulvere conſperſum. *Plum. amer.* 30. *t.* 44.
Filix albiſſimo pulvere conſperſa. *Plum. fil.* 30. *t.* 40.
Avenca major. *Marcgr. braſ.* 23.
Creſcit in ſylvis & ſepibus humidis inſulæ Martinicanæ, Jamaicæ, Braſiliæ.

Trichomanes. *cor. g.* 991.

1. Trichomanes fronde lanceolato-pinnata, pinnis ſeſſilibus parallelis obſolete ſerratis.
Polypodium criſpum caliciferum. *Plum. fil.* 67. *t.* 86.
Creſcit in inſula Martinicana *ſupra montem de la Calabaſſe.*

Muſci.

Lycopodium. *g. pl.* 792.

1. Lycopodium caule repente, foliis patulis, pedunculis ſpica gemina terminatis. *Fl. lapp.* 418.
Lycopodium clavatum, pediculis folioſis. *Dill. giſſ.* 230.
Lycopodium. *Tabern. ic.* 814. *Raj. ſyn.* 107.
Muſcus terreſtris clavatus. *Bauh. pin.* 360.
Muſcus repens a trago depictus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 766.
Muſcus terreſtris repens, pediculis foliaceis, binis clavis in altum ſe erigentibus. *Pluk. alm.* 258. *t.* 47. *f.* 8. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 623. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 2.
Muſcus clavatus. *Lob. hiſt.* 645.
Muſcus terreſtris 2. *Dalech. hiſt.* 1324.
Muſcus alius terreſtris. *Dalech. hiſt.* 1325. *fig. mala.*
Creſcit in umbroſis ſylvis, per Europam præſertim ſeptentrionalem.

2. Lycopodium caule erecto dichotomo. *Fl. lapp.* 420.
Selago foliis & facie abietis. *Rupp. jen.* 330.
Selago tertia thali. *Breyn. Ephem. nat. cur. dec.* 1. *ann.* 4. *obſ.* 149. *p.* 116.
Muſcus terreſtris abietiformis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 9.
Muſcus erectus ramoſus ſaturate viridis. *Bauh. pin.* 360.
Muſcus terreſtris rectus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 767.
Creſcit in umbroſis ſylvis & ſubhumidis ſub juniperis per Europæ *frigidiores plagas.*

3. Lycopodium ramis reflexis apicibus radicatis, foliolis ſubulatis baſi citiatis.
Muſcus terreſtris repens virginianus humifuſus, viticulis longioribus, foliolis tenuibus veſtitus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 12. *Raj. app.* 32.
Creſcit in Virginia.
Fructificatio hujus plantæ mihi nondum viſa eſt.

4. Lycopodium caule repente, ramis tetragonis. *Fl. lapp.* 417. *t.* 11. *f.* 6.
Creſcit in alpibus Lapponicis *frequens.*

Polytrichum. *g. pl.* 786.

1. Polytrichum caule ſimplici. *Fl. lapp.* 395.

Mas.
Muſcus juniperifolius, calice expanſo. *Vaill. pariſ.* 131. *t.* 23. *f.* 8. *a. b.*

Femina.
Polytrichum majus vulgari, capſula quadrangulari. *Dill. giſſ.* 221. *Raj. ſyn.* 90.
Polytrichum aureum majus. *Bauh. pin.* 356.
Polytrichum apulei majus quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 760.
Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus. *Tournef. inſt.* 550.
Muſcus juniperifolius, capitulo quadrangulo. *Vaill. pariſ.* 131. *t.* 23. *f.* 8.

Poly-

α Muſcus capillaceus ſtellatus prolifer. *Tourneſ. inſt.* 251.
Muſcus juniperi folio, roſeus prolifer. *Vaill. pariſ.* 131. *t.* 23. *f.* 7.

α Polytrichum montanum minus, capſula quadrangulari. *Dill. giſſ.* 221.
Polytrichum aureum medium. *Bauh. pin.* 356.
Muſcus coronatus medius, pileo villoſo tenuiore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p* 630. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 6.
β Muſcus erectus, juniperi folio glauco rigido, calyptra longiſſima. *Vaill. pariſ.* 131. *t.* 23. *f.* 6.
Muſcus coronatus humilis rigidior, capitulis longis acutis ſeſſilibus erectis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 630. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 8.

Creſcit frequentiſſimum per Europam.
Cum muſcorum colligendi tempus mihi non ſuperfuit, nec rariores ſpecies paſſim obviæ fuere, nec ab exteris regionibus tranſportatæ, ad Algas tranſeo, easque etiam pauciſſimas.

ALGÆ.

MARCHANTIA. *g. pl.* 793.

1. MARCHANTIA calice communi quadripartito, laciniis tubuloſis.
Lichen pileatus parvus, capitulo crucis inſtar ſe expandente. *Raj. ſyn.* 115.
Lichen ſive Hepatica lunulata epiphyllocarpos. *Raj. hiſt.* 1. *p.* 125. *app.* 47.
Lunularia vulgaris. *Mich. gen.* 4. *t.* 4. *optima.*
Creſcit in Italia, Gallia, Anglia; *in* Belgio *juxta foſſam lugdunenſem intra primum lapidem ab urbe vidi.*

ANTHOCEROS. *g. pl.* 795.

1. ANTHOCEROS.
Anthoceros major. *Mich. gen.* 11. *t.* 7. *f.* 1.
α Anthoceros minor, foliis magis carinatis atque eleganter crenatis, ſubtus incurvatis. *Mich. gen.* 11. *t.* 7. *f.* 2
Creſcit juxta urbem Harlemenſem *in foſſarum aggeribus, & in* Italia.

LICHEN. *g. pl.* 797.

1. LICHEN caule ramoſo ſolido, foliis ſetaceis, receptaculis maximis orbiculatis peltatis, foliis radiatis.
Muſcus arboreus cum orbiculis. *Bauh. pin.* 361.
Muſcus arboreus peltatus & ſcutellatus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 764.
Muſcus fœniculaceus. *Dalech. hiſt.* 1325.
Creſcit in Fagis per Smolandiam, Scaniam, Germaniam, Angliam *&c.*

LEMNA. *g. pl.* 798.

1. LEMNA foliis ſeſſilibus, ſubtus hemiſphæricis, radicibus ſolitariis.
Lenticula paluſtris major, inferne magis convexa, fructu polyſpermo. *Mich. gen.* 15. *t.* 11. *f.* 1.
Creſcit ubique in foſſis Belgii, *aliisque.*
Folia veſicutato-inflata ſubtus conſpiciuntur. In hac flores deſcripſit Michelius.

2. LEMNA foliis ſeſſilibus utrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis.
Lenticula paluſtris vulgaris. *Bauh. pin.* 362.
Lens paluſtris. *Dod. pempt.* 587. *Raj. ſyn.* 129. *t.* 4. *f.* 1.
Lenticularia minor monorrhiza, foliis ſubrotundis utrinque viridibus. *Mich. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 3.
α Lenticularia media monorrhiza, foliis oblongis utrinque viridibus. *Mich. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 2.
Creſcit ubique in foſſis & aquis ſtagnantibus per Europam.

3. LEMNA foliis ſeſſilibus radicibus confertis.
Lenticula paluſtris major. *Dill. app.* 50. *Raj. ſyn.* 129. *t.* 4. *f.* 2.
Lenticularia major polyrrhiza inferne atro-purpurea. *Mich. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 1.
Creſcit cum antecedentibus ubique.

4. LEMNA foliis petiolatis. *Fl. lapp.* 470.
Lenticula aquatica trifulca. *Bauh. pin.* 362. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 786.
Lenticularia ramoſa monorrhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis. *Mich. gen.* 16. *t.* 11. *f.* 5.
Creſcit cum antecedentibus vulgaris per Europam *ſeptentrionalem.*

CHARA. *g. pl.* 801.

1. CHARA caulibus aculeatis.
Chara major, caulibus ſpinoſis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 23. *t.* 3. *f.* 3.
Equiſetum ſive Hippuris muſcoſus, cauliculis ſpinulis crebrius exaſperatis ſub aquis repens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 621.
Equiſetum ſive Hippuris muſcoſus, ſub aqua repens, in hibernia. *Pluk. alm.* 135. *t.* 193. *f.* 6.
Creſcit in foſſis minoribus frequentiſſima per Hollandiam.

FUCUS. *g. pl.* 802.

1. Fucus caule tereti ramoſiſſimo, frondibus lanceolato-linearibus ſerratis, fructificationibus globoſis pedunculatis filoque umbilicatis.
Fucus folliculaceus, ſerrato folio. *Bauh. pin.* 365.
Lenticula marina, ſerratis foliis. *Lob. hiſt.* 653. *Dalech. hiſt.* 1397. *Sloan. flor.* 4.
Sargaço acoſtæ. *Dalech. hiſt.* 1918.
Sargaço. *Piſ. braſ.* 2. *p.* 266.
Creſcit in omnibus fere rupibus aqua marina opertis circa Jamaicam, *aliisque* Americæ *pluribus, unde a fluctibus abripitur, magnamque partem maris Americani borealis implet, ut pratum viride diceret ſpectator remotus.*

2. Fucus caule tereti compreſſo dichotomo, veſicula medio ramorum innata, veſiculis ex alis laxis.
Fucus caule tereti compreſſo dichotomo, foliis oppoſitis minimis, veſicula in medio ſinguli rami. *Fl. lapp.* 464.
Fucus maritimus nodoſus. *Bauh. pin.* 365.
Fucus maritimus, veſiculis majoribus ſingularibus per intervalla diſpoſitis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 647. *ſ.* 15. *t.* 8. *f.* 2.
Fucus marinus quartus. *Dod. hiſt.* 781.
Creſcit in mari Belgium, Sveciam, Angliam *adjacente.*

3. Fucus fronde plana dichotoma ſerrata, verſus apices tuberculata.
Fucus folio plano dichotomo ſerrato laciniato. *Fl. lapp.* 462.
Fucus ſive Alga latifolia major dentata. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 468. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 1.
Creſcit ubique in mari.

4. Fucus fronde plana dichotoma integerrima, veſiculis glabris oppoſitis ad alas, tuberculatis paribus terminatricibus.
Creſcit cum præcedentibus.

5. Fucus *teres dichotomus ramoſiſſimus acutus*
Fucus parvus, ſegmentis prælongis teretibus acutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 648. *ſ.* 15. *t.* 9. *f.* 4.
Creſcit cum prioribus.

6. Fucus ramoſus teres, fructificationibus turbinatis membrana cinctis.
Fucus marinus veſiculas habens membranis extantibus alatas. *Sloan. flor.* 4. *hiſt.* 2. *p.* 58. *t.* 20. *f.* 6.
Creſcit in rupibus maris Jamaicenſis.

7. Fucus linearis ramoſus ſubteres.
Fucus longiſſimo latiſſimo craſſoque folio. *Bauh. prod.* 154.
Fucus maritimus primus. *Dod. hiſt.* 781.
Alga longiſſimo lato craſſoque folio. *Bauh. pin.* 364.
Creſcit in mari cum præcedentibus.

ULVA. *g. pl.* 803.

1. Ulva tubuloſa ſimplex. *Fl. lapp.* 458.
Ulva marina tubuloſa inteſtinorum figuram referens. *Raj. ſyn.* 63.
Fucus cavus. *Bauh. pin.* 364. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 803.
Creſcit in foſſis, piſcinis & mari frequens per Europam.

2. Ulva filiformis articulata, articulis alternatim compreſſis.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei. *Comm. D. D. Röell.*
Craſſities ſetæ, filiformis, rarius ramoſa, articulata, diaphana, articulis alteris oppoſite compreſſis.

FUNGI.

PHALLUS. *g. pl.* 810.

1. Phallus volva exceptus, pileo apice pervio.
Phallus vulgaris totus albus, volva rotunda, pileo cellulato ac ſumma parte umbilico pervio ornato. *Mich. gen.* 201. *t.* 83.
Phallus hollandicus. *Park. theatr.* 1322. vel batavicus. *Dalech. hiſt.* 1398.
Boletus phalloides. *Tourneſ. inſt.* 562.
Fungus phalloides. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 843.
Fungus fœtidus penis imaginem referens. *Bauh. pin.* 374.
Fungus virilis penis arrecti facie. *Ger. hiſt.* 1385.
Creſcit in arundinetis Belgii.

2. Phallus petiolo nudo, pileo ſubtus laxo.
Phalloboletus eſculentus, pileo parvo conico ex fulvo ſubobſcuro, pediculo leucophæo fiſtuloſo. *Mich. gen.* 203. *t.* 84. *f.* 3.
Creſcit cum ſequenti.

3. Phal-

3. PHALLUS petiolo nudo, pileo ſubtus undique adnexo.
Boletus eſculentus rugoſus albicans quaſi fuligine infectus. *Tournef. inſt.* 561. *Mich. gen.* 203. *t.* 85. *f.* 2.
Merulius 2. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 13.
Morchella minor oblonga, fuligine quaſi infecta. *Dill. gen.* 74. *giſſ.* 188.
Fungus poroſus. *Bauh. pin.* 370.
Fungus rugoſus ſeu cavernoſus ſive Merulius. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 836.
Primi generis eſculentorum fungorum ſpecies 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 263.
Creſcit in locis glareoſis per Europam.

CLAVARIA. *g. pl.* 810.

1. CLAVARIA clavata integerrima obtuſa erecta.
Clavaria alba, piſtilli forma. *Vaill. pariſ.* 39. *t.* 7. *f.* 5.
Clavaria major alba. *Mich. gen.* 208. *t.* 87. *f.* 1.
Fungoides clavatum majus. *Dill. giſſ.* 189.
Fungus clavatus albicans. *Bocc. muſ.* 1. *t.* 307.
Creſcit in ſylvis per Sveciam, Germaniam, Galliam.

ELVELA. *g. pl.* 809.

1. ELVELA petiolo breviſſimo, pileo turbinato: diſco punctato.
Peziza inferne nigra, ſuperne alba nigris maculis punctata. *Celſ. upſ.* 35.
Fungus minimus infundibuliformis, ſuperne nigris punctis notatus. *Raj. app.* 21. *ſyn.* 12.
Muſcus minimus lignoſus, diſco punctato. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 25. *t.* 107.
Creſcit in Belgio *rarius*, *in* Svecia *frequens &* Anglia.

PEZIZA. *g. pl.* 812.

1. PEZIZA calice campanulato.
Peziza calyciformis lentifera lævis. *Dill. giſſ.* 195.
Cyathoides cyathiforme cinereum & veluti ſericeum. *Mich. gen.* 222. *t.* 102. *f.* 1.
Fungoides infundibuli forma, ſemine fœtum. *Tournef. inſt.* 560. *Vaill. pariſ.* 56. *t.* 11. *f.* 6, 7.
Fungus campaniformis niger parvus, multa ſemina plura in ſe continens. *Pluk. phyt.* 184. *f.* 9.
Fungus minimus, ligneis tabellis areolarum hortorum adnaſcens. *Bauh. pin.* 374.
Fungus minimus, ſine petiolo, pernicioſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 847.
Creſcit in tabellis ligneis areolarum per Europam.

CLATHRUS. *g. pl.* 811.

1. CLATHRUS ſeſſilis ſubrotundus.
Clathrus ruber. *Mich. gen.* 214.
Boletus cancellatus purpureus. *Tournef. inſt.* 561. *t.* 329. *f.* 6.
Fungus coralloides cancellatus. *Cluſ. app. alt.*
Fungus rotundus cancellatus. *Bauh. pin.* 375.
Creſcentem Harlemum *inter &* Amſtelodamum *menſe Octobri juxta viam in arundineto, legi* 1735.

LYCOPERDON. *g. pl.* 813.

1. LYCOPERDON petiolo longiſſimo, capitulo globoſo glabro: ore cylindraceo integerrimo.
Lycoperdon pariſienſe minimum, pediculo donatum. *Tournef. inſt.* 563. *t.* 331. *f. E. F. Mich. gen.* 217.
Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo inſidens. *Raj. ſyn.* 27.
Creſcit in Dunis Belgicis *ubique.*

2. LYCOPERDON volva multivalvi patente, capitulo glabro, ore acuminato dentato.
Fungus pulverulentus, Crepitus lupi dictus coronatus & inferne ſtellatus. *Raj. ſyn.* 27. *t.* 1. *f.* 1.
Geaſter major, umbilico fimbriato. *Mich. gen.* 220. *t.* 100. *f.* 1, 2, 3.
Creſcit in Dunis Belgicis *rarius*, *in Svecia frequens juxta* Upſaliam.

LITHOPHYTA.

ISIS. *g. pl.* 816.

1. ISIS flexilis arborea, caule ſimplici, ramulis ſetaceis, ſtrictis aſcendentibus.

2. ISIS flexilis fruticoſa, caule ſubdiviſo, ramulis ſetaceis ſtrictis undique prominentibus.
Fruticulus marinus aſperiuſculus, ramulis ferulaceis ſpinulis exeuntibus donatus. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 652. *ſ.* 15. *t.* 10. *f.* 18.

3. ISIS fragilis, caule ſubdiviſo glabro nitido, articulis ad ramificationes rugoſis.

SPONGIA. *g. pl.* 817.

1. SPONGIA fragilis repens, ramis teretibus obtusis.
Spongia ramis teretibus obtusis. *Fl. lapp.* 535.
Crescit in aquis dulcibus, lacubus & aquis placide fluentibus.
Est hæc admodum fragilis, repens, crassitie pennæ majoris anserinæ, cornu cervi modo ramosa, procumbens, ramis erectis teretibus piscem olentibus.

2. SPONGIA tenax ramosissima erecta, ramis teretiusculis obtusis.

3. SPONGIA rigidiuscula subramosa ramulis minimis undique tecta.

4. SPONGIA simplex tubulosa.
Spongia dura sive spuria major alba fistulosa, fibris crassioribus. *Sloan. flor.* 6. *hist.* 1. *p.* 62. *t.* 23. *f.* 2.

5. SPONGIA flabelliformis, caule teretiusculo, disco compresso-plano vix diviso.

LITHOXYLUM. *cor. g.* 992.

1. LITHOXYLUM decomposito-pinnatum flexile compressum.

2. LITHOXYLUM ramosum erectum articulatum rigidum, ramis sæpius liberis opposite compressis, geniculis crassiusculis.
Hoc rubrum est, porosum, quasi ochra flava tinctum, punctisque fulvis adspersum, dum flectitur franguntur genicula, articuli vero difficile.

3. LITHOXYLUM ramosum erectum enode flexile, ramis parallele compressis longissimis liberis rectis.

4. LITHOXYLUM ramosum erectum compressum flexile, ramis ramosis undulatim flexilibus liberis.

5. LITHOXYLUM pinnato-ramosum erectum compressum flexile, ramulis setaceis.

6. LITHOXYLUM retiforme, ramulis oppositе compressis, fructificationibus subrotundis exsertis prominentibus.
Keratophyton maximum cinereum elegantissime reticulatum. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 6.

7. LITHOXYLUM retiforme, ramis teretiusculis.

8. LITHOXYLUM retiforme, ramis parallele compressis æqualis fere crassitiei.

9. LITHOXYLUM retiforme, ramis parallele compressis: primordialibus crassioribus.
Keratophyton album dense reticulatum, fibris latioribus. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 6.
Frutex marinus elegantissimus albus, Corallium nautis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 307.
Frutex marinus elegantissimus. *Clus. exot.* 120.

10. LITHOXYLUM virgis longissimis simplicioribus, tuberculis undique prominentibus.
Cortex coccineus; virgæ vix ramosæ, bipedales; tubercula undique conferta, prominentia, truncata.

SERTULARIA. *g. pl.* 823.

1. SERTULARIA caule simplici, umbraculo orbiculato peltato.
Acetabulum marinum procerius. *Tournef. inst.* 569.
Androsaces petræ innascens vel major. *Bauh. pin.* 367.
Androsaces. *Matth. dioscor.* 897.
α Acetabulum marinum minus. *Tournef. inst.* 570.
Androsaces chamæconchæ innascens vel minor. *Bauh. pin.* 367.

2. SERTULARIA ramosissima, articulis sulcatis.
Hippuris saxea. *Besl. mus.* 78. *t.* 23. *Raj. hist.* 68. *Bauh. hist.* 3. *p.* 788. *Clus. exot.* 124.
Crescit in India Orientali.

3. SERTULARIA ramosissima, articulis reniformibus compresso-planis trichotomis.
Scutellaria sive opuntia marina. *Bauh. hist.* 3. *p.* 802.

4. SERTULARIA setacea, basi ramosa cornea erecta, articulis scabris corneis.

MILLEPORA. *g. pl.* 818.

1. MILLEPORA membranacea flexilis ramosissima, ramis distinctis planis obtusis superne dilatatis.

2. MILLEPORA membranacea plana simplicissima: altera superficie adnata.

3. MILLEPORA membranacea rigida cellulosa connata labyrintiformis.

4. MILLEPORA cyathiformis turbinata interius prolifera.

5. MILLE-

5. MILLEPORA ramoſiſſima, punctis obſoletis, ramis acutis nudis.

6. MILLEPORA ramoſiſſima, punctis ſubtus ſemi-ovato-prominulis, ramis acutis.
Madrepora erectior ramoſa, tuberculis crebris ſurſum ſpectantibus. *Tournef. inſt.* 573.
Porus albus erectior ramoſus, tuberculis crebris ſurſum ſpectantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 566. *ſ.* 15. *t.* 10. *f.* 3.

7. MILLEPORA ramoſiſſima, punctis obſoletis, ramulis ovatis obtuſis per ramulos imbricatis.

8. MILLEPORA polymorpha, punctis obſoletis, lineisque ramoſis.

MADREPORA. *g. pl.* 820.

1. MADREPORA ſimplex acaulis orbiculata convexa, lamellis denticulatis.
Fungus lapidoſus. *Beſl. muſ.* 83. *t.* 26. *f.* 3. *Cluſ. exot.* 125. *f.* 1.

2. MADREPORA ſimplex acaulis orbiculata concava, lamellis denticulatis.

3. MADREPORA ſimplex ramoſa, ramis angulatis exaſperatis, lamellis integerrimis.

4. MADREPORA ſimplex ramoſa, ramis teretibus lævibus ſolidiuſculis, lamellis integris.
Madrepora vulgaris. *Tournef. inſt.* 573.
Corallium album oculatum officinarum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 573.

5. MADREPORA ſimplex ramoſa, ramis teretibus lævibus tubuloſis, lamellis integris.

6. MADREPORA compoſita conica obtuſa ſubtus excavata, lamellis denticulatis decurrentibus.

7. MADREPORA compoſita oblonga convexa: ſubtus concava, lamellis denticulatis decurrentibus.

8. MADREPORA compoſita labyrinthiformis hemiſphærica, lamellis duplicato ordine integris obtuſis, ſinubus æqualibus.
Aſtroites undulatus major politus. *Bocc. obſerv. epiſt.* 17. *p.* 141.
Maſſa coralloides albicans porosa, maris fluctuationem egregie repræſentans. *Beſl. muſ.* 83. *t.* 26. *f.* 1.

9. MADREPORA compſita labyrintiformis, acie acuta, lamellis ſimplici ordine integris acutis, ſinubus punctis excavatis.

10. MADREPORA aggregata, ſtellis uniformibus contiguis turbinato-excavatis.

11. MADREPORA aggregata, ſtellis uniformibus ferme contiguis cylindraceis-excavatis.

TUBIPORA *g. pl.* 819.

TUBIPORA membranis transverſalibus tubos perpendiculares connectentibus.
Tubularia purpurea. *Tournef. inſt.* 575. *t.* 342.
Tubularia purpurea: Alcyonio Mileſio ſecundo alcuni. *Imper.* 631.
Coralliis affine Alcyonium fiſtuloſum rubrum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 808. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 657. *ſ.* 15. *t.* 10. *f. ult.*

CELLIPORA. *g. pl.* 821.

CELLIPORA margine catenulato.
Creſcit in mari Balthico juxta Gottlandiam.

Classis XXV.

V A G A.

P A L M Æ.

CHAMÆROPS. *g. pl.* 887.

1. CHAMÆROPS frondibus palmatis plicatis, petiolis ſpinoſis.

Hermaphrodita.

Chamæriphes tricarpos ſpinoſa, folio flabelliformi. *Pont. anth.* 147.
Chamæriphes. *Dod. pempt.* 820.
Chamæriphes ſeu Palma humilis. *Dalech. hiſt.* 369.
Palmites. *Lob. hiſt.* 640.
Palma minor. *Bauh. pin.* 506. *Plum. gen.* 2.
Palma humilis ſeu Chamæriphes. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 368.
Palma humilis dactylifera, radice repente ſobolifera, folio flabelliformi, pedunculo ſpinoſo. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 169.
α Palma humilis dactylifera, radice repentiſſima ſobolifera, folio flabelliformi, pedunculo vix ſpinoſo. *Boerh.*
β Palma chamærops plinii *Dalech. hiſt.* 369. *Boerh.*
γ Palma major dactylifera, folio flabelliformi, pedunculo ad latera duriſſimis magisque ſpinis armato. *Boerh.*

Mas.

Eadem.

Creſcit in Italia, Hiſpania, Sicilia, Ilva *inſula, locis maritimis.*

Hæc palma vel acaulis perſiſtit, vel in altum excreſcit caudice inferne anguſtiore, qui nil eſt niſi radix ſupra terram; herba potius eſt quam arbor planta. Cauleſcens, per Belgium, Palma dactylifera vera *dicitur, licet diverſiſſima ſit a depictis authorum, a Kæmpferi &c. Dactyli enim, qui vulgo venales proſtant in foris & officinis, hanc arborem nobis omni anno produxere. Repentem ſoboliferam ſpecie non diſtinctam eſſe docent folia & flores.*

2. CHAMÆROPS frondibus palmatis plicatis, petiolis inermibus.
Palma braſilienſis prunifera, folio plicatili ſeu flabelliformi, caudice ſquamato. *Sloan. hiſt.* 2. *p.* 121. *t.* 213. *f.* 2. *figura tenus.*

Creſcit in America, *adhuc tenera nobis inde allata eſt.*

De ſpecie & ſynonymis nil certi ſtatuo, quamdiu nec florum, nec fructus mihi innotuit ſtructura, nec adolevit planta; locum ob convenientiam in facie ei hic conceſſi, usque dum verior a innoteſcant.

CORYPHA. *g. pl.* 888.

1. CORYPHA frondibus pinnato-palmatis plicatis interjecto digitis filo.
Palma montana, folio plicatili flabelliformi maximo, ſemel tantum frugifera. *Raj. hiſt.* 1367.
Palma montanà malabarica, folio magno complicato acuto, flore albo racemoſo, fructu rotundo. *Comm. flor.* 50. *Plum. gen.* 3.
Palma zeylanica, folio longiſſimo latiſſimoque, Tala & Talaghas dicta. *Burm. zeyl.* 181.
Coddapanna ſive Palma montana malabarica. *Rheed. mal.* 3. *p.* 1. *t.* 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12.
Coddapanna. *Pont. anth.* 142.
Tallipot. *Knox. zeyl.* 20.

Creſcit in Malabaria, Zeylona, America *locis montanis & petroſis.*

Excreſcit ſterilis per triginta quinque annos ad ſeptuaginta pedum altitudinem, tum per quatuor menſes ad triginta adhuc pedes aſſurgit, floret, fructumque eodem anno producit, quibus abſolutis tota emoritur. Hanc Palmam ſtupenda induſtria adumbratam videas in Horto malabarico.

CYCAS.

1. CYCAS frondibus pennatis, foliolis lineari-lanceolatis, petiolis ſpinoſis.
Palma farinifera japonica, Sotitſou japonenſibus. *Breyn. prod.* 2. *p.* 8.
Palma indica, caude in annulos protuberante diſtincto. *Raj. hiſt.* 1360.
Palma prunifera japonica. *Herm. lugdb.* 472. *Plum. gen.* 3.
Palma japonica, ſpinoſis pediculis, polypodii folio. *Herm. prod.* 361. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 170.
Palma vinifera belgarum. *Breyn. prod.* 1. *p.* 43.
Todda-panna. *Rheed. mal.* 3. *p.* 9. *t.* 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21. *Pont. anth.* 156.
Teſſio. *Kæmp. jap.* 896.

Creſcit in locis montoſis arenoſis petroſis Malabariæ, Amboinæ, Americæ.

PHOENIX. *g. pl.* 886.

1. PHOENIX frondibus pinnatis, foliolis alternis enſiformibus baſi complicatis, petiolis compreſſis dorſo rotundatis.

Mas.

Palma Dachel ſterilis. *Pont. anth.* 154.
Palma hortenſis mas. *Kæmpf. jap.* 668. 686. *t.* 1, 2. *f.* 1. 3.

Femina.

Palma Dachel fertilis. *Pont. anth.* 154.
Palma hortenſis (femina). *Kæmpf. jap.* 668. 686. *t.* 1, 2. *f.* 2. 6. 11. *t.*
Palma major. *Bauh. pin.* 506. *Plum. gen.* 2.
Palma. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 351. *Raj. hiſt.* 1352. *Lob. hiſt.* 637. *Dod. pempt.* 819.
Palma arbor. *Dalech. hiſt.* 362.
Palma dactylifera major vulgaris. *Sloan. hiſt.* 174.
Palma dactylifera major & dactylus vulgo. *Burm. zeyl.* 183.

Creſcit in Arabia, Perſia, Malabaria, Zeylona, America.
An Katou-indel. Rheed. mal. 3. p. 15. t. 22—25. *ſola hujus varietas vel planta ſylveſtris?*

COCCUS. *g. pl.* 889.

1. Coccus frondibus pinnatis, foliolis enſiformibus, petiolis margine villoſis.
Palma indica coccifera anguloſa. *Bauh. pin.* 508. *Plum. gen.* 2.
Palma indica nucifera. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 375.
Tenga indica coccifera anguloſa, fructu maximo. *Pont. anth.* 159.
Tenga. *Rheed. mal.* 1. *p.* 1. *t.* 1, 2, 3, 4.
Inaja guacuiba. *Marcgr. braſ.* 138.
Maron. *Hern. mex.* 7.
Creſcit in arenoſis utriusque Indiæ.
Ex hac unica arbore obtinent incolæ regionum, in quibus creſcit, omnia quæ ad vitæ uſum & ſuſtentationem umquam deſiderari poſſunt, qui naturali methodo vivere gaudent.

TOURNEFORTIANA.

SCHINUS. *g. pl.* 897.

1. SCHINUS foliolis ferratis: impari longiſimo.
Rhus obſoniorum ſimilis peruviana, ſerratis fraxini pinnatis foliis, ſumma ſingulari pinna alas claudente longius exporrecta. *Pluk. alm.* 319.
Lentiſcus africana. *Seb. theſ.* 2. *p.* 7. *t.* 5. *f.* 5.
Lentiſcus peruana. *Bauh. pin.* 399.
Molle. *Cluſ. monard.* 322. *f. opt. Tournef. inſt.* 661. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 258.
Mulli. *Fevill. per.* 2. *p.* 43.
Creſcit in Peru, *& ut fertur in Africa.*
Schinus eſt nomen Dioſcoridis lentiſco impoſitum, quo utor loco barbari Molle vel Mulli.

TRAPA. *g. pl.* 899.

1. TRAPA petiolis foliorum natantium ventricoſis.
Tribuloides vulgare aquis innaſcens. *Tournef. inſt.* 655.
Tribulus aquaticus. *Bauh. pin.* 194. *Cæſalp. ſyſt.* 163. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 775. *Lob. hiſt.* 324. *Dalech. hiſt.* 1083.
Tribulus aquatilis. *Dod. pempt.* 581.
α Tribulus aquaticus, foliis ſerratis, malabaricus. *Pluk. alm.* 374.
Tribulus aquaticus major indicus, caulibus geniculatis, foliis amplis numeroſis in roſæ figuram congregatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 619.
Panover-tſieraua. *Rheed. mal.* 11. *p.* 65. *t.* 33.
Creſcit in fere ſtagnantium fluviorum partibus lutoſis, lacubus, urbium foſſis ubi limoſus fundus, in Gallia, Helvetia, Italia.
Malabaricam plantam (α) *a noſtra differre vix veroſimile videtur, cum figura HM noſtram Europæam melius exprimat, quam ulla alia ab Europæo data, omnesque partes eſſentiales gerat.*

PLUMERIANA.

XIMENIA. *g. pl.* 902.

1. XIMENIA.
Ximenia aculeata, flore villoſo, fructu luteo. *Plum. gen.* 6.
Creſcit in America.
Arbor eſt, ſub alis ſpinam exerit, folia lauri plura e gemmis.

HIPPOCRATEA. *g. pl.* 908.

1. HIPPOCRATEA.
Coa ſcandens, fructu trigemino ſubrotundo. *Plum. gen.* 8.
Creſcit in America.
Ex ſeminibus communicatis (cum integro fructu) a D. Millero, enata eſt unica planta 1737 *in vaporario, quæ vix octiduum ſuperavit.*

SPONDIAS. *g. pl.* 916.

1. SPONDIAS.
Prunifera arbor americana, fructu luteo ovali, officulo majore, quorum nuclei ad porcos ſaginandos ipſis glandibus præferuntur. *Pluk. alm.* 307.
Prunus braſilienſis, fructu racemoſo ligno intus pro officulo. *Raj. hiſt.* 1554. *Sloan. flor.* 182. *hiſt.* 2. *p.* 126.
Prunus americana. *Mer. ſurin.* 13. *t.* 13.
Monbin arbor, foliis fraxini, fructu luteo racemoſo. *Plum. gen.* 44.
Acaja quæ & Ibametara braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 129 *Piſ. braſ.* 129.
Creſcit in nova Hiſpania, Jamaica, Surinama, Braſilia.
Arbor foliis pinnatis cum impare, absque ſtipulis, foliolis ovatis acuminatis ſerrato-dentatis.

CRATEVA. *g. pl.* 320.

CRATEVA.
Tapia arborea triphylla. *Plum. gen.* 22.
Tapia. *Marcgr. braſ.* 98. *Piſ. braſ.* 68. *t.* 69.
Apioſcorodon ſive arbor americana triphyllos, allii odore, poma ferens. *Pluk. alm.* 34. *t.* 137. *f.* 7.
Anona trifolia, *flore ſtamineo*, fructu ſphærico ferrugineo ſcabro minore, allii odore. *Sloan. flor.* 205. *hiſt.* 2. *p.* 169. *Raj. dendr.* 79.
Arbor americana trifolia pomifera, ſeminibus reniformibus. *Kigg. beaum.* 10.
Niirvala. *Rheed. mal.* 3. *p.* 49. *t.* 42.
Creſcit in Jamaica, Malabaria *&c.*
Stamina octo Plumierus pingit, Rheede plurima, Ego in ſicco ſpecimine (unico flore) decem reperi, naturalem numerum determinent autoptici.

CHRYSOBALANUS. *g. pl.* 915.

1. CHRYSOBALANUS.
Myrobalanus minor, folio fraxini alato, fructu purpureo, officulo magno fibroſo. *Sloan. flor.* 182. *hiſt.* 2. *p.* 126. *t.* 219. *f.* 3, 4, 5. *Raj. dendr.* 43.
Prunifera jamaicenſis, fructu rubro, cujus ante maturitatem folia non promit. *Pluk. alm.* 306.
Prunus icaco. *Labat. it.* 3. *p.* 30.
Creſcit in Jamaica, Barbiches, Surinama.

HYMENÆA. *g. pl.* 918.

1. HYMENÆA.
Ceratia diphyllos antegoana, ricini majoris fructu nigro ſiliqua grandi incluſo. *Pluk. alm.* 96. *t.* 82. *f.* 2.
Acaciæ quodammodo accedens arbor Anime gummi fundens americana, foliis magnis acuminatis in pediculo binis, lobo magno craſſiſſimo eduli. *Breyn. prod.* 2. *p.* 8.
Arbor ſiliquoſa ex qua gummi anime elicitur. *Bauh. pin.* 404.
Arbor ſiliquoſa ex virginia, lobo fuſco ſcabro. *Raj. hiſt.* 1760.
Courbaril bifolia, flore pyramidato *Plum. gen.* 49.
Ietaiba. *Marcgr. braſ.* 101. *Piſ. braſ.* 60.
Creſcit in Braſilia.
Courbaril eſt nomen barbarum, dixi itaque hanc Hymenæam ab Hymenæo, deo conjugii veteribus celebrato, cum duo folia paria conjuncta ſint, quæ omni nocte, adhuc dum juniora, connivent, ſimulque dormiunt approximata.

HIPPOMANE. *g. pl.* 30.

1. HIPPOMANE foliis ovatis ſerratis.
Mançanilla pyri facie. *Plum. gen.* 50.
Juglandi affinis arbor julifera lacteſcens venenata pyrifolia Mancanillo hiſpanis dicta. *Sloan. flor.* 129. *hiſt.* 2. *p.* 3. *t.* 159.
Malus americana, lauroceraſi folio, venenata, Mancinello arbor ſeu Maſſinilia dicta. *Comm. hort.* 1. *p.* 137. *t.* 68.
Arbor venenata Mancinello dicta. *Raj. hiſt.* 1646.
Araticupana. *Marcgr. braſ.* 94.
Creſcit locis campeſtribus arenoſis, ubi aquæ ſtagnarunt, verſus littora marina & rivulorum ac ſtagnorum ripas in Jamaica, Caribæis, Curacao, *præſertim autem in* Surinama.

Hippo-

HERNANDIA. *Hort. Cliff.* 485. *ſp.* 1.

a *Caulis ſumma pars quadruplo tenerior quam in ipſa arbore.*
b *Umbilicus purpuraſcens foliorum peltatorum.*
c *Ramulus.*

J. WANDELAAR del. & fecit.

Hippomanes & Hippomane vocabulum græcum, receptum ad exprimendum quid omnium maxime abominabile (per metaphoram ab Equis) quod itidem verbum etiam olim in Botanicis uſitatum. Aſſumſi itaque hoc ubi nominarem vegetabile quoddam, quo tetrius nullum. Nullum enim etiamnum umquam innotuit vegetabile hocce magis venenatum, ſi umquam fides adhibenda peregrinatoribus omnibus Americes, totque millenis cladibus, quas hæc arbor in ſola Surinama commiſerit. Lacteſcens eſt, & lacte forte omnia agit, ut reliquæ lacteſcentes plantæ.
Caulis glaber, folia nitent glabritie.

DALECHAMPIA. *g. pl.* 926.

1. DALECHAMPIA.
Dalechampia ſcandens, lupuli foliis, fructu hiſpido tricocco. *Plum. gen.* 17.
Lupulus folio trifido, fructu tricocco & hiſpido. *Plum. amer.* 89. *t.* 101.
Convolvulo-tithymalus. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 268. *deſcr.*
Creſcit in inſula Martinicana *&* Surinama, *unde ſemina, e quibus tenella a verme, licet lacteſcens, corroſa perit planta.*
Conſecrata memoriæ Jacobi Dalechampi *Hiſtoria Lugdunenſi claro.*

HERNANDIA. *g. pl.* 925.

1. HERNANDIA.
Hernandia amplo hederæ folio umbilicato. *Plum. gen.* 6.
Umbilicato folio arbor philippenſis Balanti dicta. *Pet. gaz. t.* 43. *f.* 1 ?
Nux veſicana oleoſa, foliis umbilicatis ex inſula barbadenſi. *Pluk. alm.* 266. *t.* 208. *f.* 1?
Nux zeylanica, umbilicatis foliis. *Kigg. beaum.* 31. *Burm. zeyl.* 171?
Arbuſcula exotica, foliis umbilicatis Pada Kelangu, maculam maculæ indicæ ſonoræ Johannis Bauhini ſimilem ferens. *Breyn. prod.* 2. *p.* 20?
Creſcit in America; in Barbados, *in inſulis* Philippinis *&c. Et certe ſingulare, ſi hæc arbor, cujus facies tota Americana, etiam Zeylanenſis ſit.*
Habemus ſpecimen ex America lectum, cujus ſingulum folium vix pyri magnitudinem attingat, at planta noſtra viva folia fere pedalia promit. Caulis inferne rugoſus, ſulcis fiſſus; rami teneriores, læves, virides; Folia ovata, acuminata, glabra, ſuperne viridia nitida, ſubtus pallide viridia. Petiolus inſeritur diſco folii ſupra baſin, hinc folium peltatum fit & diſcum ſuperiorem extrorſum vertit, acumine deorſum nutans; ubi petiolus folio inſeritur, ibi vaſa purpurea umbilicum ſtellatum rubrum conſtituunt. Hinc collata foliorum magnitudine, nitore, ſitu, macula, evadit arbor adeo ſpecioſa, nitida, ſuperba & grata ut formoſiorem me numquam conſpexiſſe fatear. Adhuc in Horto non floruit; fructus eſt lignoſus, oblongo campanulatus, collo coarctatus, tubo ſubrotundo, limbo patenti-concavo. Nucleus intra tubum, qui per collum anguſtius, exire nequit. Hinc fructus in arbore pendulus parumque ſonorus evadit.
Conſecrata fuit Franciſco Hernando, *ex hiſtoria pl. mexicanarum claro.*

HOUSTONIANA.

CONOCARPUS. *g. pl.* 929.

1. CONOCARPUS.
Alnus maritima myrtifolia coriariorum Buttonwood bermudenſibus vulgo. *Pluk. alm.* 18 *t.* 240. *f.* 3.
Alni fructu, laurifolia arbor maritima. *Sloan. flor.* 135. *hiſt.* 2. *p.* 18. *t.* 161. *f.* 2. *Raj. dendr.* 11.
Frutex innominatus 2dus. *Marcgr. braſ.* 76. *fig. inferior.*
Rudbeckia. *Houſt. mſſ.*
Creſcit in arenoſis maritimis Bermudenſibus *&* Jamaicenſibus *prope paſſage fort & old habour copioſe.*
Folia lanceolata; ſtrobili ſubrotundi: ſquamis reflexis, imbricatis, incanis, villoſis, quarum lateri (non margini) vel diſco affiguntur floſculi ſingulari methodo.

RANDIA. *g. pl.* 390.

1. RANDIA. *Houſt. mſſ.*
Lycium majus americanum, jaſmini flore, foliis ſubrotundis lucidis. *Pluk. alm.* 234. *t.* 97. *f.* 6.
Cacao affinis frutex ſpinoſus, lycii facie, jaſmini flore albo, fructu in diſpares particulas inter ſe arcte hærentes diviſo. *Sloan. flor.* 135. *hiſt.* 2. *p.* 18. *t.* 161. *f.* 1. *Raj. dendr.* 82.
Creſcit in Jamaica.
Dixit hanc Houſtonus a Johanne Randio *Pharmacopæo anglo.*

MISCELLANEA.

HURA. *g. pl.* 933.

1. HURA.
Hura americana, abutili indici folio. *Comm. hort.* 2. *p.* 131. *t.* 66.
Baruce ex Hura celſa arbore. *Cluſ. exot.* 47.
Baruce e pluribus nucibus arboris Huræ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 333. *Sloan. flor.* 214.
Qvavhtlatlatzin ſeu Arbor crepitans. *Hern. mex.* 88.
Creſcit in Mexico, Guayana, Jamaica.
Arbor provectioris ætatis, ſi in calido hybernaculo aſſervetur, aculeos aſſumit.

OURAGOGA. *g. pl.* 934.

1. OURAGOGA.
Periclymenum parvum braſilianum alexipharmacum. *Pluk. alm.* 288.
Herba paris braſiliana polycoccos. *Raj. hiſt.* 669.
Ipecacoanha. *Marcgr. braſ.* 17.
Ipecacuanha officinis. *Dal. ſuppl.* 148.
Creſcit in ſylvis humidis Braſiliæ.
Radix longiſſima. Caulis rariſſime ramoſus, decumbens, inferne nudus. Folia verſus apicem oppoſita, obverſe ovata, utrinque acuta, ſcabra, ſubtus pallidiora, duorum pollicum latitudine, trium longitudine, internodiis caulis vix pollicis longitudine. Habet plurima communia cum Trioſteoſpermo Dillenii.

INDEFINITA.

LIQUIDAMBAR.

LIQUIDAMBAR. *Bauh. pin.* 502. *Cluſ. monard.* 302.
Liquidambar arbor. *Dal. pharm.* 406.
Liquidambari arbor ſ. Styraciflua, aceris folio, fructu tribuloide pericarpio orbiculari ex quamplurimis apicibus coagmentato ſemen recondens. *Pluk. alm.* 224. *t.* 42. *f.* 6.
Styrax liquida. *Bauh. prod.* 158.
Styrax aceris folio. *Raj. hiſt.* 1681.
Styrax arbor virginiana, aceris folio; potius Platanus virginiana ſtyracem fundens. *Raj. hiſt.* 1799.
Acer virginianum odoratum. *Herm. lugdb.* 648. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 234.
Arbor ocoſol dicta, foliis hederæ, odore ſtyracis liquidæ. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 323.
Xochiocatzo-Quahvitl. *Hern. mex.* 56.
Creſcit in campeſtribus Virginiæ & Mexicæ.
Fructus conſtat capſulis plurimis utrinque acuminatis, calyci proprio adnato ad medium cinctis, connatis calicibus ſeſſilibus in capitulum globoſum; capſula dehiſcit bivalvis ab apice ad calycem usque & ſemina aceroſa vel ſubrotunda minima unilocularis ejicit. De flore nobis nulla notitia, quæritur num PALMARIA. Munt. hiſt. 444. t. 444. *delineata ſit eadem vel an diverſa planta? & ſi diverſa, quæ?*

ELEMIFERA.

1. ELEMIFERA foliis ternatis.
Frutex trifolius reſinoſus, floribus tetrapetalis albis racemoſis. *Catesb. icht.* 33. *t.* 3. *f.* 3.
Creſcit in America.
Flores ex alis in parvum corymbum, calyce quadridentato; Corolla tetrapetala, petalis apice inflexis; Staminibus octo, parvis; piſtillo unico; fructu nobis ignoto.

2. ELEMIFERA foliis pinnatis.
Toxicodendrum foliis alatis, fructu purpureo pyriformi ſparſo. *Catesb. ornith.* 40. *t.* 40.
Creſcit in America.
Folia arboris pinnata, petiolis longis pentaphyllis: foliolis ovato-oblongis, ſempervirentibus, integerrimis, oppoſitis, cum impari, propriis petiolis inſidentibus: Racemi ex alis foliorum, plures, filiformes, floribus ſparſis: calyce parvo, quadridentato; petalis quatuor; ſtaminibus octo; Germine ovato, ſtylo vix ullo, ſtigmate obtuſo obſolete quadrago. Videntur itaque hæ ambæ (1. 2) genere ex floris ſtructura & facie conjungi poſſe, ni vetet fructus nobis ignotus.

ELUTHERIA.

1. ELUTHERIA. *Syſt. nat.*
Elutheria provid. folio cordato ſubtus argenteo, Sweet-bark ſ. Cortex bene olens. *Petiv. coll.* 4. *n.* 276.
Creſcit in inſula Providentiæ.

Arbor

HURA. *Hort. Cliff.* 486. *Sp.* 1.

a *Arbor ſex pedum.*
b. *Caulis inferior pars aculeis horrens.*
c *Caulis ſuperior pars folioſa.*
d *Apex arboris florens* 1737 *menſe Octobri, ſed flores tamen imperfecti decidere.*
e *Folium magnitudine fere naturali.*
f *Pedunculus cum Calyce.*
g *Pedunculus, Calyx, Corolla.*
h *Corolla longitudinater diſſecta, ſtamina tamen vel Piſtilla adhuc non excrevere.*
i *Limbus corollæ.*

J. WANDELAAR fecit.

Arbor ramis teretibus; foliis cordato-lanceolatis, crenatis, obtuſe acuminatis, petiolatis, glabris, ſubtus argenteis; racemo terminatrici: cujus Perianthium *quinquepartitum, foliolis ovatis patentibus.* Petala *quinque, calycis magnitudine, colore, figura.* Filamenta *quinque, ſetacea, longitudine corollæ;* Antheræ *incumbentes, planæ.* Piſtillum *nullum, ergo* Mas. *alibi vero me flores cum piſtillo perfecte euphorbiæ, duodecim ſtaminibus inſtructos, obſervaſſe memini.*

INDIGOFERA.

1. INDIGOFERA foliis tomentoſis.
Coronilla zeylanica argentea tota. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 50. *Burm. zeyl.* 77.
Colutea zeylanica argentea tota. *Herm. lugdb.* 169. *t.* 171.
Ervum ſive Orobus arboreſcens incanus, glycyrrhizæ folio, flore luteo ſpicato. *Breyn. prod.* 2. *p.* 47.
Creſcit in Zeylona; *omni anno e ſeminibus excreſcit, ſæpius per hyemen perit, numquam apud nos floruit.*

2. INDIGOFERA foliis nudis.
Colutea indica herbacea ex qua Indigo. *Herm. lugdb.* 162.
Colutea indica humilis ex qua Indigo, folio viridi. *Herm. muſ.* 32. *Burm. zeyl.* 69.
Colutea affinis fruticoſa, floribus ſpicatis purpuraſcentibus, ſiliquis incurvis: ex cujus tinctura Indigo conficitur. *Sloan. flor.* 141.
Sesban aniliferum indicum, coronillæ foliis vel Indigo indica. *Breyn. prod.* 2. *p.* 91.
Anil ſive Indigo indica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 202.
Anil ſive Nil indorum color. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 945.
Ameri. *Rheed. mal.* 1. *p.* 101. *t.* 34.
Creſcit in aridis ſterilibus petroſis arenoſis & ubi pluviæ rarius cadunt, in Jamaica, Caribæis, Zeylona, Malabaria. *An ornithopo affinis?*

UVIFERA.

UVIFERA foliis ſubrotundis ampliſſimis.
Uvifera litorea, foliis amplioribus fere orbiculatis craſſis, americana Seaſide grape barbadenſibus dicta. *Pluk. alm.* 394. *t.* 236. *f.* 7.
Uvifera arbor occidentalis, folio rotundo, Obe vulgo. *Herm. prod.* 385.
Prunus maritima racemoſa, folio rotundo glabro, fructu minore purpureo. *Sloan. flor.* 183. *hiſt.* 2. *p.* 129. *t.* 220. *f.* 3. *Raj. dendr.* 40.
Populus americana. *Dalech. hiſt.* 1830.
Creſcit in maritimis arenoſis Caribearum *frequentiſſima.*

ZANTHOXYLUM.

ZANTHOXYLUM.
Zanthoxylum ſpinoſum, lentiſci longioribus foliis, evonymi fructu capſulari, ex inſula jamaicenſi. *Catesb. ornith.* 26. *t.* 26.
Zanthoxylum americanum ſeu Hercules arbor aculeata major, juglandis foliis alternis. *Pluk. alm.* 396? *amalth.* 214?
Arbor aculeata caroliniana, ſpinis grandioribus crebris tuberculis innaſcens, cortice urens. *Pluk. alm.* 43.
Arbor ſpinoſa virginiana, caudice & ramis lanigeræ ſpinoſæ malabaricæ ſimilis, an Herculis clava. *Raj. hiſt.* 1800?
Creſcit in Virginia & Carolina.
Arbor foliis eſt pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis, oppoſitis, parum retrorſum falcatis, obſolete ſerratis, fere ſeſſilibus, acuminatis, emarginatis. Petiolus communis aculeis parvis aceroſis armatur, horum aculei, qui foliolorum inſertionibus propiores ſunt majores, aculei vero in caule ſubulati, nullo tuberculo inſidentes (in noſtra quæ vix annum ſuperavit), nec cartilagine muniti. In planta ſicca vero eſt Perianthium parvum, quinquefidum, coloratum; Corolla *pentapetala, ſubglobоſa: petalis ovato-oblongis.* Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* Germen *ſubrotundum, ſemibifidum.* Styli *duo, breves.* Stigmata *capitata, conniventia, an itaque Staphylææ ſpecies?*

PRIONITIS.

PRIONITIS.
Adhatoda ad alas ſpinoſa & florifera. *Burm. zeyl.* 8.
Adhatoda malabarica tetracantha. *Pet. act.* 20. *n.* 224.
Melampyro cognata maderaſpatana, ſpinis horrida. *Pluk. alm.* 243. *t.* 119. *f.* 5. *Comm. flor.* 44.
Lycium indicum, ſpinis quaternis ad foliorum ſingulorum ortum. *Kigg. beaum.* 28. *Seb. theſ.* 1. *p.* 21. *t.* 13. *f.* 1.
Eryngium zeylanicum luteum febrifugum. *Herm. zeyl.* 43.
Coletta-veetla. *Rheed. mal.* 9. *p.* 77. *t.* 41. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263.
Creſcit in udis arenoſis Malabariæ, Zeylonæ *&c.*
Fructificatio nobis non viſa eſt, quantum vero ex deſcriptione Horti Malabarici concludere licet, plurima cum Juſticiis *eſſe communia fateri oportet, facies tamen adeo diverſa eſt, ut (ſolus numerus ſtaminum quaternus ſi ſit) genere diſtingui debeat.*

ABRUS.

ABRUS. *Dalech. ſuppl.* 193.
Phaſeolus ruber Abrus vocatus. *Alp. ægypt.* 40. *t.* 40.
Phaſeolus glycyrrhizites, folio alato, piſo coccineo atra macula notato. *Sloan. flor.* 70.
Phaſeolus alatus minor americanus, glycyrrhizæ ſapore, ſiliquis orobi, ſeminibus nigris hilo coccineo notatis. *Pluk. alm.* 214. *f.* 5, 6.
Phaſeolus 2 indicus ruber, qui Abrus proſpero alpino. *Bont. jav.* 136.
Orobus indicus: Abrus alpini dictus, fructu coccineo macula nigra notato. *Burm. zeyl.* 177.
Konni. *Rheed. mal.* 8. *p.* 71. *t.* 39.
Creſcit in Jamaica, Malabaria, Zeylona, Java, Ægypto.

WINTERANIA.

WINTERANIA.
Winteranus cortex. *Cluſ. exot.* 75.
Canella alba. *Dal. pharm.* 432.
Caſſia lignea jamaicenſis, laureolæ foliis ſubcinereis, cortice piperis modo acri. *Pluk. alm.* 89. *t.* 81. *f.* 1.
Caſſia cinamomea ſive Cinamomum ſylveſtre barbademſium, arbor baccifera, fructu calyculato tetragono enervi. *Pluk. alm.* 89. *t.* 160. *f.* 7.
Arbor bacciſera laurifolia aromatica, fructu viridi calyculato racemoſo. *Sloan. flor.* 165. *hiſt.* 2. *p.* 87. *t.* 191. *f.* 2.
Creſcit in Jamaica & Barbados *locis campeſtribus ſylvoſis, ad viarum margines.*

HAVANNELLA.

HAVANNELLA.
Milleriæ affinis, ſtœchadis citrinæ facie. *Houſt.*
Creſcit in Havanna, *locis forte maritimis.*
Radix fibroſa. Rami filiformes, longi, decumbentes, articulati; articuli cincti vaginis præteritorum foliorum. Folia in ſummis ramis, oppoſita, linearia, baſi connata in tunicam brevem. Ramum terminat faſciculus florum, flavus, faſtigiatus, conſtans floribus plurimis quorum ſingulorum Calyx communis *tubuloſus, cylindraceus, quinquepartitus, perſiſtens.* Corolla compoſita *ex floſculis ſex vel ſeptem maſculis in diſco & unico femineo in radio.* Corollula maſculi *ſingula monopetala, infundibuliformis, quinquefida, vix calyce longior.* Corollula *vero* feminea *ligulata, lanceolata, plana, integerrima.*
Filamenta maſculis *quinque, breviſſima.* Anthera *cylindracea.* Piſtillum maſculis *eſt germen oblongum, tenuius; ſtylo brevi; ſtigmate nullo; adeoque nullus his ſuccedit fructus.* Piſtillum *vero* feminini *floſculi eſt germen oblongum, ſtylo ſimplici, ſtigmate bifido, cui ſuccedit ſemen unicum, oblongum, nudum. Adeoque ad ſyngeneſiam Polygamiæ neceſſariæ ſpectat.*

OIDEA.

Cum recenſere teneor plantas ignoti mihi generis, & eas nomine quodam indigitare neceſſe eſt; Verum nomen cum, ante detectum genus, præſtare nulli datum, hypotheticum interim ſubſtituere debeo, hoc cum nequeat non falſum eſſe, utique & nomen per ſe falſum aſſumam, a facie alterius plantæ, cui ſimilis quodammodo eſt nominanda, ideoque in oides *eam termino, ut ſolo ſono falſi nominis, qui plantam examinare poſſunt, ad ejus medelam ducti, ſe accingant.*

1. OLEOIDES.
Creſcit in Africa, *ſi faciei fides adhibenda.*
Arbor ſtatura & facie oleæ ſed anguſtiora omnia: folia longiora, anguſtiora, magis acuminata; rami tuberculis aſperi; rami & folia oppoſita; ſempervirens arbor nulla fructificatione, licet ſeneſcens, familiam prodidit.

2. CANNOIDES.
Mala-Inſchi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 29. *t.* 4?
Creſcit in Africa & *forte* Malabaria.
Ex ſeminibus africanis Cannæ ſimilibus enata eſt planta ante annum, cujus Radix ſingula ſubrotunda, vix bulboſa, ſed potius calloſa, fibris filiformibus inſtructa, admodum repens. Folia lanceolata, magna, pallida, avenia, petiolata, petiolis inferne ſe invicem amplexantibus.

3. LYCIOIDES.
Arbor folio ſalicis viridi alterno ſplendente, ſpinis longis alternis ad alas foliorum. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263.
Prunus javanica. *Hortulanis.*
Creſcit vel in India Orientali? vel potius in Africa?
Cum arbor altitudinis humanæ flores producere recuſabat terræ prægnanti per integrum annum commiſi, quo tempore & creſcere in tantum recuſabat immobilis.
Facies perfecte Lycii, triſtis; folia alterna, lanceolata, obtuſa, integerrima, margine undulata, in petiolos deſinentia, utrinque viridia; Rami obſcure virides, baſi rugoſi. Spina brevis, acuta, juxta alas ramorum ſæpius enaſcitur.

4. GUI-

4. GUILANDINOIDES.
Acacia africana, quæ acaciæ ſimilis, foliis myrti parvis aculeatis pinnatis, flore coccineo tetrapetaloide. *Walth. hort.* 2. *t.* 2.
Afra arbor acaciæ ſimilis, foliis myrti aculeatis ſplendentibus pinnatis, absque impari extremo, flore coccineo tetrapetaloide, ſiliqua lata, ſemine rotundo magno. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 57.
Creſcit in Africa.

5. CASSINOIDES.
Creſcit forte in America.
Arbor Caſſines facie, tripedalis; Caule tereti, firmo, lævi, cineraſcente; Ramis oppoſitis, tenuibus, flexilibus, patentibus, vix umquam erectis, copioſis. Foliis oppoſitis, ovatis, magnitudine ultimi articuli pollicis, glabris, ſerratis, petiolatis, marginibus communiter parum conniventibus; petiolis purpuraſcentibus.

6. PROTEOIDES foliis ſubulatis triquetris, foliolis calycinis coloratis.
Chryſanthemum ericoides coronatum, capitis bonæ ſpei. *Breyn. cent.* 165. *t.* 82.
Creſcit ad Caput b. ſpei.

7. LAGOPODIOIDES foliis ſetaceis digitatis piloſis ſeſſilibus, floribus capitatis.
Geniſtæ affinis. *Pluk. phyt.* 414. *f.* 4.
Creſcit in Africa.

8. MYRTOIDES foliis ovatis.
Myrtus zeylanica odoratiſſima, baccis niveis monococcis. *Herm. lugdb.* 434. *t.* 435.
Vitis idæa zeylanica odoratiſſima. *Tournef. inſt.* 608. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 70. *Burm. zeyl.* 230.
Creſcit in ſabuloſis & glareoſis Zeylonæ.
Hujus figuram exprimit Arbor braſiliana, myrti laureæ foliis inodoris. Comm. hort. 1. p. 173. t. 89. *licet eandem eſſe negetur. Rami arboris recti, cortice flaveſcente longitudinaliter fiſſo; Folia oppoſita, ovata, obtuſe acuminata, petiolis fere nullis inſidentia, patentiſſima, parum reflexa, integerrima, utrinque glabra & nitida, ſuperne atrovirentia, hyemalia minora, æſtivalia maxima, ſapore aromatica. Myrti ſpeciem ob odorem & ſtaturam* Hermannus *voluit, quod negant corollæ monopetalæ, proin* Tournefortius *Vacciniis miſcuit, quod negant numeroſa ſtamina & bacca monococca.*

9. LIGUSTROIDES. *Houſt.*
Liguſtrum aculeatum, fructu teſticulato. *Plum. ſpec.* 17.
Creſcit in America.
Arbor liguſtri facie; Folia oppoſita, ovato-lanceolata, glabra, integerrima, petiolis baſi horizontaliter patentibus, ad angulum petioli deciduis, remanente horizontali petioli parte, quæ (ut Cornutiæ) induratur, reflectitur, acuitur, ſpinaque evadit.

10. CORCHOROIDES.
Corchoro affinis chamædryos folio, flore ſtamineo, ſeminibus atris quadrangulis duplici ſerie diſpoſitis. *Sloan. flor.* 50. *hiſt.* 1. *p.* 145. *t.* 94. *f.* 1.
Creſcit in locis ſaxoſis Jamaicæ.
Hujus folia ovata, ſerrata; ſiliquæ vero lineares, biloculares, bivalves: diſſepimento oppoſito, declinatæ; ſeminibus quadrangulis.

11. SCHINOIDES petiolis ſubtus aculeatis.
Rhus obſoniorum ſimilis leptiphyllos tragodes americana ſpinoſa, rachi medio appendicibus auctо. *Pluk. alm.* 319. *t.* 107. *f.* 4.
Arbuſcula alatis foliis ad jaſminum vulgatius accedentibus. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 263?
'Tſierou-Katu-naregam. *Rheed. mal.* 4. *p.* 31. *t.* 14?
Creſcit in America.
Caulis fruteſcens, teres, rarius ramoſus; Folia alterna, remota, digiti longitudine, pinnata; petioli communes membranacei, articulati: articulis quinque vel ſex, ſingulis baſi attenuatis; foliola totidem (5 vel 6) parium, cum impari, inſerta petiolo ad articulationes. Aculei gemini, rigidi, reflexi, ad exortum petioli communis e caule, duo vero parvi ſub ſingula articulatione petioli. Baccæ globoſæ, monoſpermæ. an itaque genere cum Molle *Cluſii conveniat?*

12. CÆSALPINOIDES foliis pinnatis ac duplicato-pinnatis.
Acacia americana, abruæ folio, triacanthos ſive ad axillas foliorum ſpina triplici donata. *Pluk. mant.* 1. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 56. *Hort. angl.* 21.
α Acacia, abruæ folio, tricanthos, capſula ovali unicum ſemen claudente. *Catesb. ornith.* 43. *t.* 43? *figura tenus.*
Creſcit in Virginia.
Arbor hyemes noſtras ſub aëre aperto perfert, ubi folia ſimpliciter pinnata communiter profert, in hybernaculo (ſub 68 *gradu caloris) aſſervata duplicato-pinnata promit folia, Catisbæi figuræ ſimillima. Flores hujus non vidimus, fructus autem eſt legumen polyſpermum, ſpithamæum, compreſſum, hinc diſcedit a Catisbæi, cujus legumen monoſpermum, quod tamen varietatis potius videtur nota quam ſpeciei, cum reliqua ſtructura arboris quam ſimillima eſt. Spinæ intra alas collocantur ſolitariæ, rectæ, longæ, patentes, ſpatio parum ſupra alam remotæ, juxta baſin utrinque lateralem ſpinam, ad angulum rectum extenſam promit intermedia, & quidem laterales non oppoſitas ſed alternas.*

Classis XXVI.

APPENDIX.

GENERUM.

SALICORNIA. *g. pl.* 892.

1. SALICORNIA. *Dod. pempt.* 82. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 94.
Salicornia geniculata annua. *Tournef. cor.* 51.
Kali geniculatum majus. *Bauh. pin.* 289.
Creſcit frequens per Europam, *præſertim auſtraliorem, in maritimis.*

MELOTHRIA. *cor. g.* 937.

1. MELOTHRIA.
Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. *Pluk. alm.* 123. *t.* 85. *f.* 5. *bona.*
Cucumis minima, fructu ovali nigro lævi. *Sloan. flor.* 103. *hiſt.* 1. *p.* 227. *t.* 142. *f.* 1.
Bryonia canadenſis, folio angulato, fructu nigro. *Tournef. inſt.* 102.
Creſcit ad foſſas & ſepes in agris Virginiæ, Canadæ, Jamaicæ.
Caulis *angulatus, ſtriatus, filiformis, debilis, tenuis, lævis, bipedalis, annuus.* Folia *plana, magnitudine duorum pollicum transverſorum, ſcabra, quinqueloba: lobo antico ſinubus profundioribus diviſo, baſi cordata, margine lævissime denticulato, inſidentia petiolis laxis, ad baſin inflexis, alternis, longe remotis, longitudine ipſius folii; cirrhus juxta petiolum prognaſcitur ſimpliciſſimus, ſolitarius, longus. Pedunculus ex ala, ſolitarius, ſetaceus, longiſſimus, uniflorus. Ramus ex ala eadem, cauli ſimillimus. Corolla lutea; fructus magnitudine ſeminis Pæoniæ, tuberculatus, pendulus.*

IXIA. *cor. g.* 938.

1. IXIA.
Bupleuri anguſtioribus & gramineis foliis planta umbellata, flore rubro monopetaloide, calyce trigonali ex involucro tomentoſo prorumbente innato, cauliculis ad nodos villoſis. *Pluk. mant.* 34.
Perfoliato anguſtifolio montano columnæ ſimilis planta umbellifera nova, fructu triplici membranaceo. *Breyn. faſc.* 25.
Gramen tomentoſum pumilum promontorii bonæ ſpei. *Pluk. alm.* 179. *t.* 299. *f.* 5.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Radix carnoſa, oblonga, fibroſa. Folia radicalia copioſiſſima, lineari-enſiformia, ſpithamæa, glabra. Caules plures, pedales, ſimplices. Folia caulina alterna, pauca, radicalibus ſimilia, amplexicaulia: acie caulem ſpectante; ſummæ vaginæ foliorum margine griſeo lacero-piloſo conſpiciuntur. Flores in capitula griſea, lacera; pedunculi ex alis ſummorum foliorum ſolitarii.

CORNUCOPIÆ. *g. pl.* 35.

1. CORNUCOPIÆ.
Juncus clavatus vaginatus polycephalos. *Pet. gaz. t.* 73. *f.* 5.
Gramen orientale vernum, in udis proveniens, capitulo reflexo. *Scheuch. hiſt.* 117. *t.* 3. *f.* 1.
Creſcit in Smyrna *udis locis.*
Cum defloruit incraſſatur verſus calycem petiolus, incurvatur, cornuque refert frumento repletum, unde nulla planta aptior dicatur Cornu-copiæ, quam hoc ſingulare gramen.
Calamus tenuis. Folia inferne vaginantia: vaginis ſuperioribus ventricoſis, ſpathaceis, folio vix manifeſto terminatis. Ex ſingula vagina rami plures-ſubdiviſi pari methodo.

GLOBULARIA. *g. pl.* 895.

1. GLOBULARIA caule folioſo, foliis ovatis integerrimis.
Globularia vulgaris. *Tournef. inſt.* 466. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 131.
Globularia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 6.
Aphyllanthes anguillare ſive Globularia bellidi ſimilis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 13.
Scabioſa, bellidis folio, humilis, Globularia dicta caule folioſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 51. *ſ.* 6. *t.* 15. *f.* 46.
Scabioſa cœrulea, bellidis minoris folio, Globularia dicta. *Pluk. alm.* 334.
Bellis cœrulea, Globularia monſpelienſium. *Lob. adv.* 199.
Bellis cœrulea, caule folioſo. *Bauh. pin.* 262.
Creſcit in campis gramineis, in ſilvis hinc inde campeſtribus, in graminoſis viarum & ſemitarum marginibus copioſe per Auſtriam & Pannoniam.

2. GLO-

2. GLOBULARIA foliis radicalibus cuneiformibus retuſis dentatis: denticulo intermedio minimo.
Globularia montana humillima repens. *Tournef. inſt.* 467. *Scheuch. alp.* 77. 335.
Scabioſa, bellidis folio, humilis, caule nudo, radice repente, folio cordato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 50. *ſ.* 6. *t.* 15. *f. ult.*
Scabioſa 10 ſive repens. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 5.
Bellis montana cœrulea fruteſcens. *Bauh. pin.* 262.
Creſcit in montibus, glabris, aſperis, inter ſaxa & ſalebras, inque gramineis ſiccioribus, incultis agris, vulgatiſſima per Pannoniam & Auſtriam; *nec non in ſaxoſis alpium* Helveticarum.

BLÆRIA. *cor. g.* 942.

1. BLÆRIA.
Erica ſcabioſæ capitulis hirſutis. *vulgo.*
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Planta fruticoſa, ramoſiſſima. Folia *conferta, linearia, hirſuta. Flores terminatrices, ſeſſiles, faſciculati.*
Cum Blairia Houſtoni Verbenæ ſit ſpecies, reduci debuit iſtud nomen ſub verbenis, ne autem quid meritis Patricii Bair *Angli, Ejusve manibus ſubtraherem, ſubſtitui hoc plantarum novum genus.*

LUDWIGIA. *cor. g.* 943.

1. LUDWIGIA capſulis ſubrotundis.
Anonyma. *Mer. ſur.* 39. *t.* 39.
Creſcit in Surinama.
Caulis herbaceus, teres, glaber, declinatus ſæpius. Folia alterna, lanceolata, integerrima, glabra, petiolata. Flores ſolitarii, pedunculati, ex alis; coroilæ flavæ.
Species altera: Ludwigia capſulis oblongis * Cattu-carambu. Rheed. mal. 2. p. 39. t. 50. *gaudet capſulis ſiliquoſis & oblongis, ambæ vero tetragonis.*
Dixi hoc plantarum genus a M. Chriſt. Gottl. Ludwig, *in Academia Lipſienſi Celebri Botanico, Claro ex Definitionibus plantarum, ſecundum methodum Rivinianam datis, magnoque cum judicio congeſtis.*

CHRYSOPHYLLUM. *g. pl.* 904.

CHRYSOPHYLLUM foliis ovatis, ſuperne glabris parallele ſtriatis: ſubtus tomentoſis nitidis.
Cainito folio ſubtus aureo, fructu maliformi. *Plum. gen.* 10.
Anona foliis ſubtus ferrugineis; fructu rotundo majore lævi purpureo, ſemine nigro partim rugoſo; partim glabro. *Sloan. flor.* 206. *hiſt.* 2. *p.* 170. *t.* 229. *Raj. dendr.* 78.
Creſcit in America.
Eſt huic floris ſtylus *unicus, ſtigmate ſimplici. Staminum filamenta quinque, ſubulata, alternata cum laciniis corollæ interioribus. Antheræ ſimplices. Corolla campanulata, laciniis quinque patulis, quinque vero alternis interioribus conniventibus; hinc Rhammo forte affinis.*

CESTRUM. *cor. g.* 944.

1. CESTRUM floribus pedunculatis.
Jaſminoides folio piſhaminis, flore vireſcente noctu odoratiſſimo. *Dill. elth.* 183. *t.* 153. *f.* 185.
Jaſminum laurinis foliis, flore pallido luteo, fructu atro-cœruleo polypyreno venenato. *Sloan. flor.* 169. *hiſt.* 2. *p.* 96. *t.* 204. *f.* 2. *Raj. dendr.* 63.
Parqui. *Feuill peruv.* 2. *p.* 32. *f.* 1.
Creſcit in Jamaicæ & Chilli *montoſis.*
Floret hæc arbor per noctem: floribus intus niveis, odoratiſſimis, interdui clauſſis.

2. CESTRUM floribus ſeſſilibus.
Jaſminoides laureolæ folio, flore candido interdui odorato. *Dill. elth.* 186. *t* 154. *f.* 186.
Laureola ſempervirens americana, latioribus foliis, floribus albis odoratis. *Pluk. alm.* 209. *t.* 95. *f.* 1.
Hediunda jaſmini flore. *Feuill. peruv.* 2. *p.* 25. *t.* 20. *f.* 3.
Creſcit circa Havanam *in America.*
Hic frutex floret interdui floribus vireſcentibus; inde hæc planta hortulanis flos diei, præcedens vero noctis dicitur. Hujus folia contrita odorem fœtidiſſimum ſpirant, illius vero non.
In hiſce ſpeciebus odore & facie diverſis difficillime eruitur aliqua realis differentia, conſentiente idem Cl. Dillenio, nec tamen quis facile has ambas varietates ejusdem ſpeciei diceret.
Cum Lycia noſtra facie inter ſe ſimillima ſint & ab hac diverſiſſima, licet etiam in hac triſtis quædam torvaque facies tamen alia, raroque obſervetur ſaltus a Natura in eodem genere, potius has diſtinctas volo ſpecies genere a Lyciis, cum notæ intercedentes ſufficientes ſint. Maxime diſtinctum eſſet hoc Ceſtri genus ſi fructus bacca ſit unilocularis, quod innuere videntur icones Feuillæi, nec non germina a nobis transverſim ſecta unilocularia deprehenſa, (abortit enim apud nos planta) niſi forte receptacula ſeminum, reniformia, dein excreſcant ut in Solanis, & ſic bicapſulares evadant fructus per metamorphoſin, cum venenata dicatur bacca Sloaneo (Pen-

tandræ monogynæ biloculares communiter venenatæ ſunt) cum bilocularis Dillenio, cumque ſtigma bilocularem indicat fructum.

MENZELIA. *g. pl.* 847.

1. MENZELIA.
Menzelia foliis & fructibus aſperis. *Plum. gen.* 41.
Creſcit in America.
Hoc anno e ſeminibus enata nondum floruit. Folia panduriformia ſunt.

ROELLA. *cor. g.* 946.

1. ROËLLA.
Creſcit in Africa; *communicata a Cl. Roëll.*
Radix lignoſa, perennis, fibroſa; e qua Caules *plures, ſimplices, erecti, digiti altitudine.* Folia *alterna, ſubulata, depreſſa, patentia, ciliata, ſuperiora ſenſim majora. Ex ala ſingula propullulat rami rudimentum foliolis plurimis, minimum in inferioribus alis, at in ſuperioribus majus, in ſummis vero rami unciales, cauli ſimillimi, terminati: Flore unico, magno, corolla cœruleſcente: fauce violacea; reliqua ſuppeditat character.*
Dixi hanc in Honorem Clariſſimi Guilielmi Roëll, *in theatro Anatomico Amſtelodamenſi Profeſſoris Celeberrimi, cui noſter hortus quam plurima rara ex utraque india, præſertim vero ex Africa & Japonia debet ſemina, variaque exotica Lithophyta, & inter alias hanc rariſſimam, quam reſtituimus honorifice, plantam.*

MITREOLA. *g. pl.* 932.

1. MITREOLA.
Mitra. *Houſt. mſſ. figura bona.*
Creſcit in Virginia, *comm. D. Gronovio.*
Herba caule erecto, integro; Foliis ovatis, utrinque acuminatis, glabris, integerrimis, oppoſitis, petiolatis; Ramis oppoſitis; corymbo racemoſo, terminatrici, racemulis dichotomis, patentibus; floribus alternis, ſeſſilibus. adde in charactere: Germen *bipartitum, ovatum.* Styli *duo, terminatrices, longitudine ſtaminum.* Stigmata *obtuſa.* Capſula *ovata, acuta, ſimplex, bipartita, bilocularis, intra lobos dehiſcens.* Semina *numeroſa, ſubrotunda, parva.*

ILLECEBRUM. *cor. g.* 947.

1. ILLECEBRUM.
Illecebrum ſpurium vel Sedoides. *Rupp. jen.* 89.
Corrigiola. *Dill. gen.* 169. *Raj. ſyn.* 160. *Mœhr. hort.* 106.
Paronychia ſerpillifolia paluſtris. *Vaill. pariſ.* 157. *t.* 15. *f.* 7.
Polygonum parvum, flore albo verticillato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 378.
Polygala repens nivea. *Bauh. pin.* 215.
Creſcit in paſcuis ſubhumidis udis circa Jenam *& in* Anglia.
Calices, eboris inſtar, albi ſunt & nitidi, ſingularique modo conſtructi.

PHARNACEUM. *cor. g.* 950.

PHARNACEUM pedunculis communibus longiſſimis.
Creſcit forte in Africa, *ut facies & Schedula adſcripta (Telephioides africanum, flore albo Raj.) monent.*
Caulis teres, rarius ramoſus, incanus, gemmis ſparſis & villis albis terminatis; e gemma ſingula prodeunt folia plura, linearia, obtuſa, lævia, villis multoties longiora. Ex apicibus ramorum excreſcunt Pedunculi communes quinque vel plures, filiformes, erecti, foliis decies vel vigecies longiores, terminati involucro aliquot foliolorum, intra quod pedunculi partiales, communi ſextuplo breviores, qui vel iterum ſubdiviſi cum involucro partiali, vel pedunculum proprium aſcendendo ad ſingulum nodum demittunt. Hinc planta facie ad ſpergulam (1) proxime accedit.

SURIANA. *g. pl.* 852.

1. SURIANA.
Suriana foliis portulacæ anguſtis. *Plum. gen.* 37.
Thymæleæ facie frutex maritimus tetraſpermos, flore tetrapetalo. *Sloan. flor.* 138. *hiſt.* 2. *p.* 29. *t.* 162. *f.* 4. *Raj. dendr.* 96.
Arbor americana, falicis folio, frondoſa bermudenſibus Birch-tree (*f. e.*) Betula arbor dicta. *Pluk. alm.* 44. *t.* 241. *f.* 5.
Creſcit in Bermudis *& ad littus maritimum inſulæ* Jamaicæ *ſeptentrionalis.*

APHYL-



ROELLIA. *Hort. Cliff.* 492. *sp.* 1.

a *Planta magnitudine naturali, in Æthiopia lecta.*
b *Flos cum fructu biloculari & calyce dentato.*
c *Calyx fructum coronans.*
d *Corolla.*
e *Tubus corollæ cum staminibus.*

Huic Affines sunt. Campanula africana fruteſcens aculeaſa, flore violaceo. Comm. hort. 2. p 77. t. 30.
Campanula africana humilis piloſa, flore ex albido languide purpureo. Seb. theſ. 1. p. 25. t. 16. f. 5.
vide & Pluk. phyt. 252. f. 4.

APHYLLANTHES. *g. pl.* 894.

1. APHYLLANTHES.
Aphyllanthes monſpelienſium. *Lob. adv.* 190. *Tournef. inſt.* 567.
Aphyllanthes monſpelienſibus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 336.
Caryophyllus cœruleus monſpelienſium. *Bauh. pin.* 209.
Caryophyllus ſylveſtris juncifolius cœruleus monſpelienſium. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 562. *ſ.* 5. *t.* 25. *f.* 12.
Creſcit Monſpelii *prope Caſtelneuf locis montoſis ſaxoſis ſterilibus; communicavit Cl.* Hallerus.
Stamina huic ſex, corolla breviora. Stylus ſimplex, ſtigmate trifido.

GETHYLLIS. *cor. g.* 958.

1. GETHYLLIS.
Creſcit in Africa.
Facies omnino Croci vel Bulbocodii Tournefortii. Radix bulboſa. Folia plurima, linearia, longitudine digiti. Spatha alba ad radicem intra vaginam communem foliorum. Tubus corollæ foliis longior; Limbus albus; ſtamina alba; Antheræ flaveſcentes. Fructus intra ſpatham reconditus.

TRICHOSTEMA. *cor. g.* 963.

1. TRICHOSTEMA.
Scutellaria cœrulea, majoranæ foliis, americana. *Raj. app.* 311.
Creſcit in Virginia *communicata per DD. Gronovium.*
Radix fibroſa, annua. Caulis ſpithamæus, teres, erectus, pubeſcens, brachiatus. Folia oppoſita, lanceolata, obtuſa, integerrima, ſcabra; ex alis infimis foliola aliquot, ramorumve rudimenta. Rami ex alis ſuperioribus, caule longiores, brachiati & folio caulis inſtar, deſinentes tandem paniculatim in pedunculos dichotomos, pedicellis propriis unifloris, ſtaminibus ſetaceis longiſſimis, calycibus abſoluta floreſcentia reflexis.

DIODIA. *cor. g.* 968.

1. DIODIA.
Creſcit in Virginiana *per Cl. J. F. Gronovium communicata.*
Herba pedalis, rarius ramoſa. Folia oppoſita, lanceolata, ſeſſilia, erecta, acuminata, integerrima, verſus baſin ſæpe denticulis ciliata, glabra, longitudine internodiorum caulis. Flores laterales, ſolitarii, oppoſiti, ſeſſiles.

CHELONE. *g. pl.* 508.

CHELONE foliis lanceolatis ſerratis oppoſitis: ſummis quaternis.
Chelone acadienſis, flore albo. *Tournef. act.* 1706. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 240.
Creſcit in America ſeptentrionali: in Virginia, Acadia *&c.*

MELIANTHUS. *cor. g.* 324.

1. MELIANTHUS ſtipulis ſolitariis petiolo adnatis.
Melianthus africanus. *Amm. boſ.* 21. *Herm. lugdb.* 414. *t.* 415. *Tournef. inſt.* 431. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 300.
Melianthus africanus, pimpinellæ foliis ampliſſimis glaucis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 517.
Melianthus africana major fœtida, floribus atropurpureis. *Pluk. alm.* 246.
Pimpinella ſpicata maxima africana. *Bart. act.* 1673. *p.* 58.
Creſcit ad Caput b. ſpei *locis ſuccolentis & udoſis, apud nos in teſtis aſſervata vix umquam floret, at ſi terræ liberæ committatur per totum fructificat annum.*
In claſſe naturali Fumariis adjungi debet; an itaque, quæ vulgo petala ſalutentur petala vel nectarii partes ſint? ex analogia reſponſum difficile eſt.

2. MELIANTHUS ſtipulis geminis diſtinctis.
Melianthus africanus minor fœtidus. *Comm. rar.* 4. *t.* 4. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 300.
Melianthus africanus minor, foliis viridantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 518.
Melianthus africana minor fœtida, floribus obſoleti coloris. *Pluk. alm.* 246.
α Melianthus americana minor. *Tournef. inſt.* 431.
Melianthus hyſiquanenſis minor fœtidus. *Raj. dendr.* 120.
Creſcit forte ad Caput b. ſpei.
Hæc a præcedenti differt ſtipulis duabus diſtinctis ad ſingulam foliorum alam, nec petiolo adnatis, hinc ſuſpicor plantam α ſpecie non diſtinctam eſſe, cum Rajus mentionem faciat duorum acuminum ad alas foliorum.

BORBONIA. *cor. g.* 971.

1. BORBONIA foliis cordatis acuminatis integerrimis multinerviis.
Geniſta africana fruteſcens, ruſci nervoſis foliis. *Old. afr.* 29.
Spartium africanum fruteſcens, ruſci folio caulem amplexante. *Comm. hort.* 2. *p.* 195. *t.* 98. *mala.*
Frutex æthiopicus, foliis ruſci, floribus papilionaceis ſericea lanugine fuſca villoſis. *Pluk. alm.* 159. *t.* 297. *f.* 3.
Creſcit ad Caput b. ſpei *& in* Æthiopia.
Folia ſeſſilia, cordata, acuminata, pungentia, quatuordecim nervis ſtriata, integerrima, nec uti Planta leguminoſa æthiopica foliis ruſci. Breyn. cent. 69. *t.* 28. *ullo modo crenata.*

2. BORBONIA foliis lanceolatis acuminatis trinerviis.
Geniſta africana fruteſcens, ruſci anguſtis foliis. *Old. afr.* 29.
Frutex idem anguſto & minore folio. *Pluk. alm.* 159. *t.* 297. *f.* 4. & *t.* 414. *f.* 1.
Creſcit ad Caput bonæ ſpei.
Folia lineari-lanceolata, acuminata, pungentia, trinervia, integerrima, Cliffortiæ 2^dæ *ſimillima. Genus, quod ſub Borboniæ nomine condidit Plumier, cum ad Lauros amandari debet, recipio nomen Magni Principis* Gaſtonis Borbonii *ad deſignandum ſempervirens plantarum novum genus, ut ſancta ſit apud omnes, qui rem Botanicam amant, tanti Herois, tanti Botanici, Botanicesque cultoris & promotoris immortalis memoria.*

GLYCYRRHIZA. *cor. g.* 973.

1. GLYCYRRHIZA leguminibus glabris.
Glycyrrhiza non echinata: Schytica herba. *Dalech. hiſt.* 248.
Glycyrrhiza liliquoſa & germanica. *Bauh. pin.* 352. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 88. *ſ.* 2. *t.* 7. *f.* 8. *Tournef. inſt.* 389.
Glycyrrhiza, radice repente, vulgaris germanica. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 328.
Glycyrrhiza vulgaris. *Dod. pempt.* 341.
Creſcit in Franconia *&* Hiſpania.

ASCYRUM. *g. pl.* 607.

ASCYRUM foliis ovatis.
Hypericoides fruteſcens erecta, flore luteo. *Plum. gen.* 51.
Hypericum pumilum ſempervirens, caule compreſſo ligneo ad bina latera alato, flore luteo tetrapetalo ſeu Crux ſ. Andreæ. *Raj. app.* 495. *Pluk. mant.* 104.
Creſcit in Virginia.

POROPHYLLUM. *cor. g.* 977.

1. POROPHYLLUM foliis ellipticis.
Porophyllum foliis oblongis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 407.
Tagetes foliis integris perforatis. *Plum. ſpec.* 10.
Bidens americana, foliis oblongis bullatis & ſinuoſis. *Tournef. inſt.* 462.
Creſcit in America meridionali.
Singularis ſtructura plantæ inter compoſito flore gaudentes.
Folia veſiculis lunulatis adſperſa ſunt & ad crenas marginis notata.

SILPHIUM. *cor. g.* 981.

1. SILPHIUM.
Aſteriſcus coronæ ſolis flore & facie. *Dill. elth.* 42. *t.* 37. *f.* 42.
Creſcit in Carolina.
Recedit facie a Buphthalmis & Helianthis, nec convenit in alia quam ſeminis figura & receptaculi paleis cum iis, at in plurimis diſcedit, hinc diſtinctam trado plantam.

CORYMBIUM. *cor. g.* 976.

1. CORYMBIUM.
Bupleurifolia ſemine pappoſo Valerianoides umbellata, cauliculo ſcabro. *Pluk. alm.* 73. *t.* 272. *f.* 5.
α Bupleuri ſimilis planta æthiopica, ad caulium nodos tomentoſa. *Pluk. alm.* 73. *t.* 272. *f.* 4.
Creſcit in Æthiopia.
Radix coronatur lana ſeu capillis longis inque tophum congeſtis. Folia radicalia copioſiſſima, linearia, margine involuta, hinc ſubulato-ſetacea, ſpithamæa vel pedalia. Caulis pedalis, teres, erectus, purpuraſcens, ſcaber, inſtructus foliis aliquot alternis, lanceolatis, amplexicaulibus, e quorum alis ſuperioribus racemi compoſiti, qui omnes faſtigiati in corymbum flores ferunt.

ARCTO-

ARCTOPUS. *cor. g.* 994.

1. ARCTOPUS.
Valerianoides cortuſæ matthioli facie planta æthiopica, foliorum ad lacinias ſuperna parte ſpinis ſtelliformiter echinata & ad oras pilis longioribus fimbriata. *Pluk. mant.* 185.
Auricula urſi aut potius cortuſæ matthioli facie Planta æthiopica, foliis ad lacinias ſuperna parte ſpinis ſtellæ in modum diductis echinata & ad oras pilis longioribus fimbriata. *Pluk. phyt.* 304.
Creſcit in Æthiopia.
Radix teres, longa, craſſitie digiti. Folia ovata, inciſa, margine ſetis undique ciliata, quæ ſetæ ad ſinus foliorum ſpinæ evadunt, petioli lati longi. Caulis omnium breviſſimus, involucro patulo ſpinoſiſſimo duos flores compoſitos ſuſtentans; matureſcente fructu connivent ſpinæ involucro minantes arcentque animalia.
Arctopum ſeu pedem urſi diximus a ſimilitudine involucri cum horridis ferarum unguibus.

ACALYPHA. *cor. g.* 986.

ACALYPHA foliis ovato-lanceolatis, involucris femininis obtuſis.
Mercurialis tricoccos hermaphroditica ſeu ad foliorum juncturas ex foliolis criſtatis julifera ſimul & fructum gerens. *Pluk. alm.* 248. *t.* 99. *f.* 4.
Creſcit in Virginia, *communicata a Cl.* Royeno.
Hæc non hirſuta eſt, ſed ſcabra.

SPECIERUM.

1. BLITUM foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis capitulis ſummis folioſis.
Creſcit in Perſia, *communicata per ſemina a Cl.* Siegesbeckio.
Chenopodii facie eſt, caule ramoſiſſimo, folia Chenopodio-mori Boerh., magis dentata & acuminata, capitula in alis foliorum ſolitaria, ita ut nullum capitulum ſeſſile reperiatur, quod non in ala folii collocetur ſecundum totam longitudinem ramorum.

2. MONARDA floribus verticillatis.
Clinopodium virginianum anguſtifolium, floribus amplis luteis purpuro-maculatis, cujus caulis ſub quovis verticillo decem vel duodecim foliolis rubentibus eſt cinctus. *Pluk. alm.* 111. *t.* 24. *f.* 1.
Creſcit in Virginia.
Cum hæc Monardæ ſit ſpecies dicatur præcedens (*ſpec.* 1.) Monarda capitulis terminatricibus, caule obtuſe angulato; *cum alia datur ſpecies inter virginianas D. Gronovii* caule acute angulato, capitulisque terminatricibus.

18. SALVIA foliis cordato-ſagittatis dentatis.
Horminum ſylveſtre latifolium verticillatum. *Bauh. pin.* 238. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 395. *ſ.* 11. *t.* 14. *f.* 27. *Tournef. inſt.* 178.
Horminum ſylveſtre 3. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 29.
Gallitricho affinis planta: Horminum ſylveſtre latifolium cluſio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 314.
Lamium maximum fœtens purpureum, galea hormini. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 158.
Creſcit paſſim juxta vias in agris & vinetis circa Viennam.

3. COMMELINA foliis ovato-lanceolatis, caule erectiuſculo ſcabro, petalis duobus majoribus.
Commelina erecta, ampliore ſubcœruleo flore. *Dill. elth.* 91. *t.* 77. *f.* 88.
Creſcit in Virginia.
Hæc ſpeciei primæ ſimilis, ſed minus ramoſa, magis erecta, nec ut illa ex geniculis caulis radicata, petioli in hac vaginantes ſcabri ſunt, in illa vero glabri, corollæ demum hujus pallidiores ſunt.

3. SCHOENUS florum capitulis involucro longiſſimo radiatis.
Gramen cyperoides, ſpica compacta alba, foliis ad ſpicam partim albis partim viridibus. *Sloan. flor.* 36. *hiſt.* 1. *p.* 119. *t.* 78. *f.* 1.
Creſcit in Bahama & Jamaica.

2. CYNOSURUS bracteis integris.
Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *Scheuch. hiſt.* 33.
Gramen verſicolor. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 466. *deſcr.*
Gramen parvum montanum, ſpica craſſiore purpuro-cœrulea brevi. *Raj. ſyn.* 399.
Creſcit copioſe in Helvetia, *paſſim in* Svecia *præſertim juxta* Upſaliam *in prato regio; in* Anglia *rarius.*
Differt hic a Cynoſuro Hort. Cliff. p. 22. (Cynoſurus bracteis pennatifidis) *quod hic gaudeat bracteis ovatis integris coloratis, glumaque corollæ dentata.*

2. AIRA foliis ſetaceis, ariſtis ex baſi glumarum calycem æquantibus.
Gramen foliis junceis oblongis, radice alba. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 72. *Scheuch. hiſt.* 242.
Gramen foliis junceis, radice jubata. *Bauh. pin.* 5. *Scheuch. hiſt.* 243.
Gramen junceum. *Dalech. hiſt.* 425.
Gramen exile durius. *Lob. hiſt.* 9.

Creſcit copioſiſſime in dunis Belgicis, *paſſim in* Svecia, *inque* Norwegia *circa fodinas Roeroſienſes, & Dania circum Helſingoram in tumulis, ubi a nobis ipſis lecta.*

4. POA panicula contracta, ſpicis ovato-teretiuſculis.
Gramen paluſtre paniculatum altiſſimum. *Bauh. pin.* 3. *theatr.* 38. *Scheuch. hiſt.* 191.
Creſcit omnium copioſiſſima in Hollandia *ad margines foſſarum, nec non in maritimis Belgii ad munimentum* Helvoetſluis *&c. frequentiſſimum gramen.*

4. PROTEA foliis ſetaceis, floribus racemoſis.
Creſcit in Africa.
Facies plantæ omnino Valerianellæ africanæ fruticantis, foliis longis & anguſtiſſimis. Comm. hort. 2. p. 219. t. 110. *an vero eadem ſit ob imperfectam delineationem certo determinare non licet, ſunt enim flores tomento obducti ſeu petala quatuor hirſuta & folia linearia, ſetacea, conferta. Racemo laxo & floſculis remotis, differt hæc planta manifeſtiſſime ab omnibus Proteis, cujus tamen genuina eſt ſpecies, licet ipſi facies Hebenſtretiæ perfecta.*

4. POTAMOGETON foliis oblongis undulatis obtuſis, caule compreſſo.
Potamogeton ſeu Fontinalis criſpa. *Bauh. hiſt* 3. *p.* 778.
Potamogeton ſive Fontinalis criſpa, foliis alternis, caulibus compreſſis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 197.
Potamogeton foliis anguſtis & undulatis. *Tournef. inſt.* 233.
Potamogeton foliis criſpis ſeu Lactuæ ranarum. *Bauh. pin.* 193.
Tribulus aquaticus minor. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 252.
Creſcit frequens per Europam, *præſertim in foſſis Hollandiæ, ſub aquis.*

14. CONVOLVULUS foliis cordatis, caule aculeato.
Convolvulus americanus, ſubrotundis foliis, viticulis ſpinoſis. *Pluk. alm.* 115. *t.* 276. *f.* 4.
Creſcit in America.
E ſeminibus ſatis die 15 *Aprilis excrevit in hybernaculo ad duodecim pedum altitudinem (die* 8 *Junii) nec floruit. Aculei recurvi ſunt, nec pungentes.*

15. CONVOLVULUS foliis palmatis glabris, caule hiſpido.
Convolvulus zeylanicus villoſus pentaphyllus & heptaphyllus minor. *Boerh. lugdb.* 184. *t.* 187.
Volubilis zeylanica, Pes tigrinus dicta. *Dill. elth.* 429. *t.* 318. *f.* 411.
Pulli-ſchovadi. *Rheed. mal.* 11. *p.* 121. *t.* 59.
Creſcit in Malabaria *& Zeylona, nobis e ſeminibus americanis enata eſt.*

16. CONVOLVULUS foliis cordato-haſtatis glabris acuminatis: angulis rotundatis, caule petiolisque piloſis.
Creſcit e ſeminibus Americanis *adhuc dum tenella.*
Caulis humanæ altitudinis, volubilis, herbaceus, pilis albis (ut & petioli) patentibus obſitus; folia acuminata, cordata, ſed angulis extrorſum verſis, glabra, ſubtus glauca.

7. PHYSALIS radice perenni, foliis cordatis obtuſis.
Alkekengi bonarienſe repens, bacca turbinata viſcoſa. *Dill. elth.* 11. *t.* 10. *f.* 10.
Creſcit in Agro Bonarienſi (*Buenos Agres ſeu Bonus ager*) *Americæ auſtralis.*
Facie accedit ad ſpeciem 2^dam^. *a qua foliis magis cordatis (in noſtra minime angulatis) & ſcabritie ac corollis flavis minusque piloſis differt.*

8. LONICERA racemis lateralibus ſimplicibus laxis, floribus oppoſitis pendulis, geniculis caulinis compreſſis.
Periclymenum racemoſum, flore flaveſcente, fructu niveo. *Dill. elth.* 306. *t.* 228. *f.* 295.
Liguſtrum americanum, lauri folio, flore flaveſcente, baccis niveis. *Tournef. inſt.* 597.
Jaſminum (forte), folio myrtino acuminato, aliorum adminiculo ſe ſuſtentans, flore albicante racemoſo. *Sloan. flor.* 169. *hiſt.* 2. *p.* 97. *t.* 188. *f.* 3. *Raj. dendr.* 64.
Creſcit in Barbados *locis confragoſis rivuloſis.*

11. GENTIANA foliis connatis, floribus octifidis.
Centaurium luteum perfoliatum. *Bauh. pin.* 278. *Vaill. pariſ.* 32.
Centaurium luteum. *Cam. epit.* 427.
Centaurium parvum, flavo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 180.
Perfoliatum Centaurium minus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 355.
Creſcit in Hiſpania, Gallia, Narbonenſi, Hollandia.

5. CRASSULA caule flaccido prolifero determinate folioſo, foliis patentiſſimis imbricatis.
Craſſula orbicularis repens, foliis ſempervivi. *Dill. elth.* 119. *t.* 100. *f.* 118.
Sedum afrum ſaxatile, foliis ſedi vulgaris in roſam vere compoſitis. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 287.
Creſcit in Africa.

6. CRASSULA foliis oppoſitis obtuſe ovatis integerrimis hinc anguſtioribus.
Craſſula anacampſerotis folio. *Dill. elth.* 115. *t.* 97. *f.* 114.
Creſcit in Africa.

